This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

P. OVIDII NASONI

OPERA OMNIA.

VOL. IV.

P. OVIDII NASONIS

OPERA OMNIA

EX EDITIONE BURMANNIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

NOTITIA LITERARIA

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN QUARTUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1821.



14062.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER XIV.

Fab. I. Scylla in Feram.

Glaucus Anthedonius supradictus Scyllam circa Siciliam conspicatus dum adamasset, et quia nollet sequi adpetentem, venit ad Circen, obsecrans remedia, ut amanti succurreret: quem illa, ipsius non levi cupiditate capta, neqniens a proposito retardare; amorem incidit, dicens quæ esset, quæ sibi præferretur. Instructa enim Hecates carminibus venit in locum, in quo Scylla ablui consueverat, venenisque imbuit, quibus tenus pube canibus est efferata, ut amantibus odio ac timori esset. Quod ob factum illa postea in Ulixem amatum ab ea exercuit sævitiam. Quod Glaucus factum hoc a Circe dolenter tulit.

Jamque Giganteis injectam faucibus Ætnen,
Arvaque Cyclopum, quid rastra, quid usus aratri

1. *Jamque Euboicus sulcator aquarum æstuosarum præterierat Ætnam impositam cervicibus giganteis, atque agros Cyclopum intactos rastris atque aratro, nec quic-*

1 *Injectam* pro vulg. *ingestam* plerique vett. exhibent; tres etiam libri *invectam*. Alii quoque *Ætnam*.—2 Vulg. *quis usus aratr. quid* Burm. dedit ex

NOTÆ

1 *Giganteis*] Non modo Ætna capiti Typhoëi Gigantis, sed tota insula Sicilia quam late patet illi monstro imposita; ut alibi cecinit Naso.

2 *Cyclopum*] Qui Neptuni et Amphitrites filii in Sicilia ferrariam sub

Nescia, nec quicquam junctis debentia bubus,
Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum:
Liquerat et Zanclen, adversaque mœnia Rhegi,
Navifragumque fretum, gemino quod littore pressum
Ausoniæ Siculæque tenet confinia terræ.
Inde, manu magna Tyrrhena per æquora lapsus,
Herbiferos adiit colles, atque atria Glaucus
Sole satæ Circes, variarum plena ferarum.
Quam simul aspexit; dicta acceptaque salute,
Diva, Dei miserere, precor: nam sola levare
Tu potes hunc, dixit, (videar modo dignus,) amorem.
Quanta sit herbarum, Titani, potentia nulli,
Quam mihi, cognitius, qui sum mutatus ab illis.

quam debentes bobus jugo pressis. Præterierat etiam Zanclen, et muros oppositos Rhegio, et fretum naufragum, quod coarctatum duplici littore fines facit terræ Italæ et Siculæ. Inde Glaucus natans vasta manu per maria Tusca, accedit ad montes herbidos, atque aulam Circes filiæ Solis refertam feris diversi generis. Quam statim atque vidit, salute oblata atque accepta, Dea, inquit, oro, miserere Dei: nam sola potes opem ferre huic amori, modo videar dignus. O filia Titanis, nulli est magis perspectum quam mihi qui sum versus ab illis quanta sit vis graminum. Neve ne-

duobus V. Farnes. Capronn. et Aldin. In alio V. *quid usus equorum.*—3 Vulg. scribitur *bobus* pro *bubus.*—4 In uno V. *E. liquidarum cult.*—5 Berolin. *mœn. Rethi.*—6 Pro *Navifragumque* in vetustis *Naufragumque*; ut tamen quadrisyllabum sit; velus et id Virgilianum, 'Naufragum Scylacæum.'—7 Heins. suadet *terit* pro *tenet.*—8 Duo Codd. et Politiani *man. forti* T. Leid. *nando.* Dein *lapsus* Heins. recepit ex pr. Pal. et V. et Bas. et R. et Erfurt. Arund. Cant. et multis aliis: vulg. *vectus.*—10 Med. tert. Fl. et N. C. *vanarum pl.*—12 In quibusdam Codd. *mei* pro *Dei.*—13 Quinque libri *mod. dignior esse*: multi *dignus amore*, et unus *honore.*—15 In Berolin. *mih. cognocius, qui* scribitur.

NOTÆ

Vulcano exercuerunt, Jovis præsertim fabricandis fulminibus intenti.

3 *Debentia*] Quia nunquam aratro subacta.

4 *Euboicus*] Glaucus Anthedonius, scil. de quo supra, qui Deus factus marinus maria natando sulcabat.

5 *Rhegi*] Rhegium urbs est in extremis finibus Calabriæ, qua parte Sicilia ab Italia impetu maris distracta dicitur: unde et Græce nomen istud habuit.

6 *Fretum*] Siculum dicit, propter æstus violentiam atque angustias maris, scopulos, itemque ventorum impetum, maxime naufragum.

7 *Ausoniæ*] Quam ab Ausonibus populis Italiam esse supra diximus.

8 *Tyrrhena*] Tyrrhenum et Tuscum dicitur mare quod Italiæ maximam partem a latere meridionali alluit.

14 *Titani*] Vocativus est Græcus: Titanis, namque fuit Circe, Solis Titanis filia.

Neve mei non nota tibi sit causa furoris;
Littore in Italico, Messania mœnia contra,
Scylla mihi visa est. Pudor est promissa, precesque,
Blanditiasque meas, contemtaque verba referre.
At tu, sive aliquid regni est in carmine; carmen
Ore move sacro: sive expugnacior herba est;
Utere tentatis operosæ viribus herbæ.
Nec medeare mihi, sanesque hæc vulnera mando:
Fineque nil opus est: partem ferat illa caloris.
At Circe (neque enim flammis habet aptius ulla
Talibus ingenium; seu causa est hujus in ipsa;
Seu Venus indicio facit hoc offensa paterno;)
Talia verba refert: Melius sequerere volentem,
Optantemque eadem, parilique cupidine captam.
Dignus eras: ultro poteras certeque rogari:

scias causam mei amoris, Scylla conspecta est a me in littore Italico ex adverso murorum Messeniorum. Me pudet narrare pollicitationes, et preces, et mea lenocinia, et dicta neglecta. At tu, seu est aliqua potentia in incantationibus, profer incantamentum ore sacro: sive gramen est efficacius, utere viribus probatis graminis efficacis. Neque hortor ut mihi remedium admoveas, aut consolides has plagas: nam finem non quæro: illi sit pars æqua amoris. At Circe (neque enim ulla prædita est animo promtiore ad ignes hujus generis, seu causa istius rei est in ipsa, seu Venus læsa indicio paterno hoc præbet) reddit talia verba: Sapientius amaveris cupientem, atque quærentem eadem, et irretitam simili amore. Meritus eras: atque certe

Monet Heins. *qui sim* legendum.—16 Zinzerl. Promula. Crit. cap. 21. legit *nec* pro *non*. In uno V. *caus. doloris*.—17 Sex libri *in Italio*, *M*. Multi etiam *Messenia*; et quinque *littora contr.* quam repetitionem elegantem Burm. judicat.—20 *Aliquid* ex Cant. sec. Pal. et quinque aliis pro vulg. *aliquod* recepit Heins. Conj. etiam *At tibi*.—21 Quidam *expugnantior*; vel *expugnatior*; Leid. etiam *oppugnatior*: Cant. et tres alii *hoc pugnacior*.—24 In uno Ciofan. et Cælest. *Hoc mihi nil opus est*; multi *Fine opus est nullo*: S. Marci et unus Bonon. *Et neque nil opus est*: multi etiam, *Hoc mihi nil opus est*: duo, *sic mihi*: alii, *Fine nihil opus est*: *Fineque opus nullo*: Thuan. *Sive opus est. nullo*. Heins. conj. *Hac ope nil opus est*. V. et unus Bas. *Sic mihi nil opus est*. Grou. *hoc quoque nil opus est*. Burm. conj. *sic quoque nil opis est*. Deinde Cælest. et unus V. *ill. doloris*.—25 Multi Codd. *kab. altius ull*.—26 In uno V. *ejus* pro *hujus*.—28 Barb. *sequer. sequentem*; et Fl. S. Marci *videntem*.—30 In uno V. *Ut poteras ultroque potes certeq. rog.* in uno Mor. *D. e. certeque potes ul-*

NOTÆ

24 *Illa*] Scylla, scilicet; quam pari amore correptam cupit Glaucus.

25 *Aptius*] Ut satis superque constet insignem fuisse meretricem.

27 *Indicio*] Solem vidimus antea Circes patrem, qui Veneris cum Marte adulterium deprehendit, atque insuper Vulcano indicavit.

Et, si spem dederis, mihi crede, rogaberis ultro.
Neu dubites, absitque tuæ fiducia formæ:
En ego, cum Dea sim, nitidi cum filia Solis,
Carmine cum tantum, tantum cum gramine possim;
Ut tua sim, voveo. Spernentem sperne: sequenti
Redde vices: unoque duos ulciscere facto.
Talia tentanti, Prius, inquit, in æquore frondes,
Glaucus, et in summis nascentur montibus algæ;
Sospite quam Scylla nostri mutentur amores.
Indignata Dea est: et lædere quatenus ipsum
Non poterat, nec vellet amans; irascitur illi,
Quæ sibi prælata est: Venerisque offensa repulsa,
Protinus horrendis infamia pabula succis
Conterit, et tritis Hecateia carmina miscet:

poteras rogari: et si spem indulseris, mihi fidem habe, sponte rogaberis. Neve s incertus, aut diffidas de tua elegantia, ecce ego, cum Dea sim, cum filia splendi Solis, cum tantum valeam incantamentis, cum tantum herbis, percupio tuam ess Contemne negligentem: par pari refer amanti, atque vindica duas uno fact Glaucus respondet talia conanti, Ante rami crescent in mari, et algæ in excels collibus, quam nostri amores mutentur Scylla incolumi. Dea irata est; et siqu dem non poterat ipsum offendere, neque amans id *cuperet, odium exercet in illa quæ sibi præposita est: atque læsa repulsa Veneris continuo terit herbas damnat succis abhorrendis: et addit contritis incantationes Hecateias: et sumit pull*

troq. rog. unus Bas. *certe poteras ultroque rog. Potius* pro *poteras* in quibu dam; et in aliis *certoque.* In pr. Pal. *certoque rigori.* Denique Heins. v sic constituere volebat, *Dignus eras, poterasque ultro (mihi crede) rog.* Burr sic, *Dignus eras: ultro poteras, per teque rog.*—32 *Neu dubit.* meliores; a *ne. Absitque* etiam Thuan. pr. Erfurt. et Mor. et septem alii; at nonnul edidere *adsitque;* Heins. conj. *absitne.*—33 In Cælest. *nitid. quoque fil.*- 34 Omnes libri scripti *tant. quantum quoque gram.:* at Sprotianus *quantu eum;* unde Heins. *tantum cum.* In tert. etiam Med. et quinque aliis *quoq* omiss.—36 Pro vulg. *duas* ex V. et quinque aliis Burm. recepit *duos;* qu prævalere debet genus masculinum. Heins. quoque malebat *ulc. pact* ut pactum nuptiale intelligatur.—37 Bas. *Tal. captanti, P.* quod placet Burr —43. 44 Heidelb. sic habet *Prot. horr. infamia gramina miscet,* omissis medii Unus Mor. *Prot. infestis inf.* Pro *pabula* multi *gramina;* et Bernegg. *pocu* Heins. sic volebat, *Prot. horrendos, infamia pabula, succos.* Multi etiam Cod

NOTÆ

36 *Redde vices*] Me pariter redama.

Duos] Vulgo *duas:* i. e. Scyllam, quæ amori non respondebat, deserendo; Circem, quæ opem denegabat, spem illi injiciendo amoris, ut eo torqueretur.

38 *Algæ*] Quæ herba est nulli valoris, maris ejectamentum.

44 *Hecateia*] Incantamenta ab H cate matre accepta.

Cœrulaque induitur velamina: perque ferarum
Agmen adulantum media procedit ab aula:
Oppositamque petens contra Zancleia saxa
Rhegion ingreditur, ferventes æstibus undas:
In quibus, ut solida, ponit vestigia, ripæ;
Summaque decurrit pedibus super æquora siccis.
Parvus erat gurges, curvos sinuatus in arcus,
Grata quies Scyllæ: quo se referebat ab æstu
Et maris et cœli, medio cum plurimus orbe
Sol erat, et minimas a vertice fecerat umbras:
Hunc Dea prævitiat, portentiferisque venenis
Inquinat: huic fusos latices radice nocenti
Spargit: et obscurum verborum ambage novorum
Ter novies carmen magico demurmurat ore.
Scylla venit; mediaque tenus descenderat alvo;
Cum sua fœdari latrantibus inguina monstris

amictus; et egreditur ex media regia per turbam ferarum adblandientium: et tendens Rhegium obversum petris Zancleis intrat aquas agitatas æstibus; in quibus firmat pedes tanquam in duro littore, et fertur super ultima maria siccis plantis. Exiguus erat gurges curvatus in arcus tenues, acceptum olim Scyllæ; quo se recipiebat a furore maris et caloris, cum Sol erat intensus in medio cœlo, et signabat brevissimas umbras a capite. Dea ante inflcit huic gurgitem, *atque fœdat venenis monstriferis: in hunc immittit succos expressos ex radicibus noxiis; et demurmurat ter novies ore magico incantamentum obscurum ambitu vocum inauditarum. Scylla adest, atque progressa erat usque ad medium ventrem, cum videt sua inguina dede-*

Hecat. gramina.—47 *Oppositamq.* ex duobus Bonon. vulg. *Oppositumq.*—48 Alii *ferventesque.*—49 Unus V. et Cælest. *posuit* pro *ponit:* Fr. etiam et Cod. Sprotii *posuit vestig. ripa.*—51 Thysii Cod. *Paucus er.* Pro *curvos* Bas. et A. *parvos,* unde Heins. *patulos.* Certe offendit Burm. ille sonus, *parvus gurges curvos.* Deinde duo Med. *falcatus;* eleganter, judice Burm.—52 Berolin. *se recreabat ab.*—53 Duo Med. *Et m. et Solis, med.* Deinde duo Codd. *plur. orbi,* scil. ut 'medius orbis' sit meridialis pars orbis, non solis orbis.—54 Bas. *a tergore fec.*—55 Alii *portentificisque.*—56 Vulg. *hic* pro *huic,* quod est ex conj. Heins. pr. Mor. et pr. Bonon. *huc;* Thysii *hac;* unus Gron. et alii *hinc.* Deinde *fusos* etiam vulg. legitur, et extat quoque in tert. Bonon. altero Hamburg. et pr. Gron. et plurimis aliis; multi *pressos;* et S. Marci *fusi.* Berolin. habet *hic fontis laticem.* Mox Leid. unus *rud. recenti.*—57 Urbin. et duo alii *et obscura verb.*—58 Voss. et Arg. *mag. Dea murmurat;* alius *dum murmurat.*—59 In uno Ciofan. *pontumq. subit media tenus alvo:* Gron. et tres alii *mediamq. tenus descendit in alvum;* et quatuor cum Heidelb. *ad alvum.*—60 In uno Bas. *latr. ing. raucis;*

NOTÆ

45 *Cærula*] Pro nigris videntur posita.

53 *Cæli*] Cum Solis ardor intensissimus est æstuare etiam dicitur.

56 *Fusos*] Succos dicit ex venenatis herbis expressos.

60 *Monstris*] Canibus, scilicet, atque lupis.

Aspicit: ac primo non credens corporis illas
Esse sui partes, refugitque, abigitque, timetque
Ora proterva canum. Sed quos fugit, attrahit una.
Et corpus quærens femorum, crurumque, pedumque,
Cerbereos rictus pro partibus invenit illis.
Statque canum rabies: subjectaque terga ferarum
Inguinibus truncis, uteroque extante, cohærent.

Fab. II. Eadem in Saxum.

Docet eandem Scyllam transformatam esse in saxum, ne Æneæ, naviganti in Italiam, nocere posset.

Flevit amans Glaucus: nimiumque hostiliter usæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco mansit: cumque est data copia primum,

corari monstris latrantibus: et primo non putans eas esse partes sui corporis, et vitat, et repellit, et metuit rictus pervicaces canum. Verum secum rapit quos vitat: atque lustrans corpus femorum et tibiarum et pedum, reperit ora canum loco illarum partium. Atque manet canum rabies; et terga subdita ferarum junguntur inguinibus mutilatis atque ventri prominenti.

11. *Glaucus amans lacrymatus est, atque vitavit conjugium Circes usæ nimis hostiliter viribus herbarum. Scylla ibi mansit; et cum primum occasio oblata est pri-*

scil. 'latrantes' pro canibus.—61 Berolin. *cred. non.*—63 Duo vett. *sed quas fug.* Schepper. corr. *quæ fug. attr. ora.* Nonnulli etiam *abstrahit.*—64 Tres scripti *Et partes quær.*—66 Pr. Grop. *Statque:* Heins. conj. *Statq. canum rabie.*—67 Vulg. *extant. coërcet;* Cant. et unus Voss. *coërcent:* unus Pat. et I. *cohæret:* Heins. corr. *cohærent;* atque ita alter Hamburg. et Fr. Sed totus locus mendi suspectus et Heinsio et Bothio; et ille quidem ex Berolin. sic emendat: *invenit illis, Atque canum rabiem, subjectaq. t. f. I. t. u. e. coërcet;* i. e. continet, ut Æn. III. 424. 'At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris,'

NOTÆ

65 *Cerbereos*] Cerberi Inferorum canis similes.

67 *Truncis*] Quia in canes fuerunt mutatæ. Qua ex re, quid denique hominibus turpis voluptas afferat, quæ per Circen est intelligenda, quivis possit cognoscere. Quamquam paulo aliter alii hujus fabulæ sensum expiscari conantur.

68 *Flevit*] Quod fere illis evenit qui incaute ab obviis quibusque amicis consilium vel auxilium petunt: namque rarissimis contingit veros atque fideles, hac tempestate præsertim, nancisci.

69 *Circes*] Quam Scylla Ulyssis amore teneri resciverat: sibi namque invicem insidiantur inimici.

In Circes odium sociis spoliavit Ulixen.
Mox eadem Teucras fuerat mersura carinas,
Ni prius in scopulum, qui nunc quoque saxeus extat,
Transformata foret: scopulum quoque navita vitat.

FAB. III. Cercopes in Simias.

CERCOPES propter fraudem scelusque, quia boni semper insidiatores fuerunt, perosi ab Jove, ut, qualem animum habuissent, talem et speciem post obitum indicarent, in simias conversi sunt. Itaque Inarimen Prochytenque insulas proximas, quas hi incoluerant, nomine suo Pithecusas vocavit.

HANC ubi Trojanæ remis avidamque Charybdin
Evicere rates; cum jam prope littus adessent
Ausonium, Libycas vento referuntur ad oras.
Excipit Ænean illic animoque domoque,

ravit Ulyssem comitibus in odium Circes. Brevi eadem fuerat perditura naves Trojanas, nisi ante mutata fuisset in scopulum, qui nunc quoque saxeus eminet: nauta etiam effugit scopulum.

III. *Postquam naves Trojanæ remis effugerunt hanc, atque rapacem Charybdim; cum jam pæne appulissent ad littus Italum, revehuntur vento ad littora Africa.* Dido *Sidonia, non æquo animo passura divortium viri Trojani, illic accipit mente*

&c.—68 Unus Heins. *nimiumq. viriliter;* A. *utiliter.*—71 Alii *Ulixem.*—72 Fr. et quidam alii *Moxque ead.*—73. 74 In Arg. hoc ordine hæc legebantur: *Ni pr. i. s. (scopulum q. n. vitat) Transf. foret; qui nunc q. s. extat.* In duobus V. Johan. Heidelb. et Cælest. *foret; saxum quoq.*—75 *Hanc* Heinsius dedit ex melioribus; alii *Hunc.*—76 Sixii Cod. *Erasere rat.*—77 Unus Med. *vent. rapiuntur ad.*—79 *Discidium* in omnibus vett. legi

NOTÆ

71 *Spoliavit*] Plurimos eorum in freto Siculo amisisse Ulyssem scripsit Homerus in Odyssea.

72 *Teucras*] Æneæ, qui per fretum Siculum iter habebat.

74 *Scopulum*] Inde nata fabula, quod procul visentibus promontorium appareat ex parte Italiæ specie mulieris; ad cujus radices aqua, æstu atque ventorum impetu allisa, latrantium canum voces reddere videatur.

75 *Avidam*] Quia a latere Siciliæ mare vorticosum ex repulsu atque collisione fluctuum qui in oppositos scopulos Italiæ per vim ventorum irruerunt: quo efficitur ut naves illac transeuntes trahi videantur, quæ æstu abripiuntur.

77 *Libycas*] Africanas. In Africam nempe tempestate delatus, ad Didonem Æneas pervenit: quod fuse persecutus est Maro.

78 *Excipit*] Scilicet illum exceperit quæ nondum nata, atque post 286. annos in lucem edita! Æneæ errores describit Poëta, ut commode

Non bene discidium Phrygii latura mariti,
Sidonis: inque pyra, sacri sub imagine facta,
Incubuit ferro; deceptaque decipit omnes.
Rursus arenosæ fugiens nova mœnia terræ,
Ad sedemque Erycis, fidumque relatus Acesten,
Sacrificat, tumulumque sui genitoris honorat.
Quasque rates Iris Junonia pæne cremarat,
Solvit: et Hippotadæ regnum, terrasque calenti
Sulfure fumantes, Acheloiadumque relinquit

et hospitio Æneam: atque sese injecit in ensem super rogo structo sub specie sacri; et clausa omnes elusit. Rursus vitans recentes muros terræ arenosæ, et revectus ad sedes Erycis et fidelem Acesten, sacrum facit, atque veneratur sepulcrum sui patris: et solvit naves quas Iris Junonia prope cremaverat: atque præterit regnum Hippotadæ, et terras fumantes sulfure calido, et cautes Sirenum Acheloiadum: et navis

testatur Ciofan. vulg. tamen *dissidium*.—80 Unus Leid. *imag. ficti*.—81 Octo libri *Incumbit serr.* duo *Succubuit*; et *gladio* Politian. et unus Heins. et A.—83 *Sedemq.* ex S. Marci et quatuor aliis profert Heins. et unus *sedesque*: vulg. *sedes*. Unus V. etiam *sedes Circes*.—87 Unus Med. *Sulf. flammantes*. Alii

NOTÆ

ad Pithecusam insulam descendat, atque Cercopum metamorphosim describat.

79 *Non bene*] Namque Ænea profecto sese ipsa Dido amoris impatientia jugulavit.

80 *Sidonis*] Dido, Sidone oriunda.

Sacri] Quod pluribus persequitur Maro Æn. IV.

81 *Decepta*] Ab Ænea, qui spem fecerat firmarum nuptiarum.

Decipit] Neminem namque, nequidem Annam sororem, fecit suæ necis consciam: 'Non tamen Anna novis prætexere funera sacris Germanam credit, nec tantos mente furores Concipit.' Virgil.

82 *Arenosæ*] Libycæ, scil. de qua Iarbas apud Virgilium, de Didone loquens: 'cui littus arandum Dedimus.'

83 *Erycis*] Qui mons est Siciliæ, ab Eryce Veneris filio ibi sepulto sic dictus, nisi Etymologia est Punica.

Acesten] Qui Trojano a sanguine cretus, per Egestam matrem, atque Segestæ imperium tenens, quam ipse condiderat, benignissime antea hospitio Æneam exceperat.

84 *Tumulum*] Namque patri in Sicilia sepulto Æneas anniversarium sacrum instituerat; in cujus etiam honorem ludos Trojani celebrarunt: ut prolixe a Marone hæc omnia narrantur.

85 *Iris*] Quæ Junonis nuntia matribus Trojanis suasit, ut ignem navibus injicerent, ne ulterius posset Æneas progredi, aut in Latio 'Romanam condere gentem.'

86 *Hippotadæ*] Æolus est, Hippotæ Trojani filius, qui optimus Princeps, atque Astronomiæ peritissimus, in Æoliis insulis imperavit, quæ inter Siciliam atque Italiam jacent, alio nomine dictæ Vulcaniæ.

Terras] Vulcani insulas dicit.

87 *Acheloiadum*] Sirenes, quas jam

Sirenum scopulos: orbataque præside pinus
Inarimen, Prochytenque legit, sterilique locatas
Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.
Quippe Deum genitor fraudem et perjuria quondam
Cercopum exosus, gentisque admissa dolosæ,
In deforme viros animal mutavit: ut idem
Dissimiles homini possent, similesque videri.
Membraque contraxit, naresque a fronte resimas
Contudit, et rugis peraravit anilibus ora.
Totaque velatos flaventi corpora villo
Misit in has sedes. Nec non prius abstulit usum
Verborum, et natæ dira in perjuria linguæ.
Posse queri tantum rauco stridore relinquit.

spoliata nauclero stringit Inarimen, et Prochyten, et Pithecusas positas in monte infacundo, appellatas nomine incolentium. Namque pater Deorum, perosus dolos, et perjuria, et facinora nationis fraudulentæ veterum Cercopum, transformavit homines in turpe animal; ut iidem possent videri similes atque dissimiles homini: atque coarctavit artus, et depressit nasum retusum a fronte, et signavit vultus rugis anilibus: et misit in has sedes habentes totum corpus tectum pilis subfuscis: quin etiam antea ademit usum vocis, et linguæ factæ ad execranda perjuria. Permittit tantum posse conqueri rauco stridore.

scribunt *Acheloidumq.*—89 Tert. Med. *Inque arimen.*—94 Duo libri *Dissimilesque;* et unus R. *hominis.*—95. 96 Vulg. *front. remissas Contulit.* Salmasius ad Solinum p. 68. legit *resimas;* recte, judice Heins. pr. Bas. et sex alii *revulsas;* alii quatuor *retusas.* Vett. plurimi habent *Contudit;* unus etiam liber

NOTÆ

toties vidimus, Acheloides a patre Acheloo dictæ sunt: quarum descriptionem vide Metam. v. 552. Tres fuerunt, Parthenope, Lysia, et Leucosia; quæ in Sirenusis saxis, seu Pæstani sinus insulis, sedem habuerunt.

88 *Præside*] Palinuro, scil. quem Somnus Deus 'cum puppis parte revulsa, Cumque gubernaclo, liquidas projecit in undas,' ut habet Virgil. priusquam Sirenum scopulos esset prætervectus.

89 *Inarimen*] Insula est contra Campaniam, quæ et Æuaria atque Ischia dicta.

Prochytem] Alia est insula, a præcedenti terræ motu divulsa; unde et nomen habuit: προχέω namque est *profundo.*

90 *Pithecusas*] Quæ urbs est in Pithecusa insula supra Neapolim ad occasum; a similis, qui Græcis πίθηκοι dicuntur, sic appellata.

92 *Cercopum*] Candulus atque Atlas, inquit Suidas, fratres fraudulentissimi fuerunt, qui propter scelestos mores, Jovem ipsum ausi etiam decipere, Cercopes, hoc est Deceptores, dicti sunt.

100 *Posse queri*] Jove nihil opus est ad pœnas facinorosis hominibus irrogandas. Ipsum crimen per sese non dedecorat modo naturam, sed insuper in certissimum exitium de-

Fab. IV. Sibylla in Vocem.

Apollo, Jovis et Latonæ filius, Sibyllam Glauci filiam cum diligeret, pro concubitu optandi veniam tribuit. At illa in longum victura tempus, spatians in littore, hausto pugno arenæ, petit tot annorum spatium, quot partes ejus dinumerare posset. Igitur præstata fide ad tempus, senectute dilapso corpore, relicta est vox, quæ Sibyllam indicaret. Deus vero voluisset morari eam in eo munere: sed illa neglexit Dei voluntatem.

Has ubi præteriit, et Parthenopeia dextra
Mœnia deseruit; læva de parte canori
Æolidæ tumulum, et loca fœta palustribus ulvis
Littora Cumarum, vivacisque antra Sibyllæ
Intrat: et, ut manes adeat per Averna paternos, 105
Orat. At illa diu vultus tellure moratos
Erexit: tandemque Deo furibunda recepto,

IV. *Postquam has reliquit, atque præteriit a dextra muros Parthenopeios, adit a parte sinistra sepulcrum Æolidæ tubicinis, et littora Cumarum, loca consita ulvis palustribus, atque speluncas vivacis Sibyllæ; et precatur ut veniat ad Manes paternos per Averna. At illa sustulit oculos diu affixos terræ; et denique turbata Deo*

Contrahit.—100 Pr. Pal. et tres alii *relinquit*; vulg. *reliquit*.—103 Cod. Menard. *loc. fœda palustr.* Dein *ulvis* Heins. dedit ex pr. Gron. Norico, Bernegg. pro var. lect. Bersm. et aliis, pro vulg. *undis*. Duo *paludibus udis*.—105 Quidam *ut* vel *ad M. veniat*.—106 *Vultus...moratos* Heins. profert ex Thuan. O. sec. Pal. quart.

NOTÆ

honestatam trahit. Quod maxime perfidis adulatoribus, simiis, aut hominum larvis, hypocritis, esset perpendendum.

101 *Parthenopeia*] Neapolis est, a Parthenope Sirene ibi sepulta sic dicta.

103 *Æolidæ*] Misenum dicit, Æoli filium; ' quo non præstantior alter Ære ciere viros, Martemque accendere cantu:' ut cecinit Virg. Æn. VI.

Ulvis] Stagnorum est alga, herba nullius usus.

104 *Vivacis*] Quamobrem, postea dicetur.

Sibyllæ] Cumæam dicit, quæ inter decem a Lactantio recensitas, novem oraculorum voluminibus quæ Tarquinio Prisco obtulit, maxime celebris. Quanquam eorum omnium vanitatem prolixe Blondellus aliique viri magni coarguerunt.

105 *Averna*] Avernus, in singul. seu Averna, in plur. lacus fuit non longe a Puteolano Campaniæ sinu, profundissimus, cinctus olim inaccessis sylvis atque præruptis collibus: qua ex re, cumque insuper totus ille terræ tractus cavernosus, sulfure atque bitumine abundans esset, maxime factum ut Latini poëtæ hac etiam in Inferos descensum patere scripserint.

107 *Deo*] Apolline, scilicet.

Magna petis, dixit, vir factis maxime, cujus
Dextera per ferrum, pietas spectata per ignes.
Pone tamen, Trojane, metum: potiere petitis;
Elysiasque domos, et regna novissima mundi
Me duce cognosces, simulacraque cara parentis.
Invia virtuti nulla est via. Dixit: et auro
Fulgentem ramum sylva Junonis Avernæ
Monstravit, jussitque suo divellere trunco.
Paruit Æneas: et formidabilis Orci
Vidit opes, atavosque suos, umbramque senilem
Magnanimi Anchisæ: didicit quoque jura locorum;

admisso, Ingentia poscis, inquit, vir clarissime facinoribus, cujus dextra cognita per ensem, pietas per flammas. Omitte tamen timorem, Trojane; frueris votis, et me duce vises sedes Elysias, et regna ultima mundi, et dilectam imaginem genitoris. Nulla est via inaccessa virtuti. Dixit: atque ostendit ramum in sylva Deæ Inferorum splendentem auro, et imperavit deripere suo stipite. Æneas obsecutus est, et intuitus est divitias tremendi Plutonis, et majores suos, et Manes veteres generosi

Med. et octo aliis; vulg. *vultum...moratum.*—109 Pr. Gron. Berolin. et alii *per ignem.*—112 Fr. et Sprotii *simulacraq. vana par.* unus liber *vera;* alter Strozzæ *magna.*—114 Berolin. *ram. in sylv.*—115 Multi, *devellere.* Sed Burm. prætulit *divellere,* quia ab arbore discerpitur et dilaceratur ramus. *Devellere* vero est, depilare, vellere.—116 Unus Pat. *Annuit Æn.* Deinde Schepper. corr. *formidabilis Orco Cernit avos.*—117 In Cælest. *vultumq. senil.*—118

NOTÆ

111 *Elysias*] Elysium, Campi Elysii, aut Domus Elysiæ, sedes fuerunt beatorum apud Inferos, ex poëtarum maxime atque Ethnicorum sententia: ubi omnis generis voluptatibus securi post mortem fruerentur.

Novissima] Quæ infra Cœlum, quod Jovi, atque Aquas, quæ Neptuno, Plutoni tertio illorum fratri obtigerunt.

114 *Ramum*] Credenti atque volenti omnia equidem sunt prona: 'Invia virtuti nulla est via,' verissime dixit Sibylla. At enim, seu per virtutem fidem, sapientiam, aut veritatem ipsam intelligas, nulla earum in homine, sine præsentissimo Dei numine, quod per ramum Junonis intelligas, potest consistere. Ceterum haud equidem scio, annon arcana quædam naturæ mysteria hic attingat Poëta.

Sylva] Quæ Proserpinæ Inferorum reginæ sacra.

115 *Divellere*] Utinam vero nostris hominibus liberet etiam sua fide suum parare verum Deum; quem non alia re magis contemnunt, quam quod pro libitu quovis tempore jam diu paratum credunt.

116 *Orci*] Plutonem dicit, qui diversis de causis diversa etiam habuit nomina, quæ passim ex Lexicis licet cognoscere.

117 *Opes*] Divitiarum namque Deus est Plutus.

118 *Jura*] Quique adeo hic aut illic essent, plecterentur, aut oblectaren-

Quæque novis essent adeunda pericula bellis.
Inde ferens lassos averso tramite passus,
Cum duce Cumæa fallit sermone laborem.
Dumque iter horrendum per opaca crepuscula carpit,
Seu Dea tu præsens, seu Dis gratissima, dixit,
Numinis instar eris semper mihi; meque fatebor
Muneris esse tui; quæ me loca mortis adire,
Quæ loca me visæ voluisti evadere mortis.
Pro quibus aërias meritis evectus ad auras
Templa tibi statuam, tribuam tibi thuris honorem.
Respicit hunc vates, et suspiratibus haustis,
Nec Dea sum, dixit; nec sacri thuris honore
Humanum dignare caput. Neu nescius erres;
Lux æterna mihi, carituraque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti.

Anchisæ: edoctus est etiam jura locorum, et quæ discrimine essent subeunda novis bellis. Inde regrediens aversa via cum duce Cumæa defessus decipit laborem colloquio. Et dum iter facit tremendum per obscuram lucem, Seu, inquit, tu Dea propitia, seu Diis dilectissima, eris semper mihi tanquam Dea: et agnoscam me vivere ex tuo beneficio, quæ voluisti me visere sedes mortis, quæ voluisti me effugere sedes conspectæ mortis. Pro quibus beneficiis sublatus ad oras superas tibi ponam delubra, tibi præbebo cultum thuris. Sibylla respicit hunc, et suspiriis ex imo pectore ductis, Neque, inquit, Dea sum: neque honora caput humanum sacro thure. Neve pecces ignorans, vita æterna mihi præbebatur sine fine, si mea virginitas fuisset per-

Cant. sec. Pal. pr. Mor. et septem alii *didic. quæ jur.* unde Heins. conj. *didicitque et jura.*—121 Heidelb. *duc. Cumarum mollit serm.* plurimi etiam vett. *mollit.*—122 Heins. ex vett. Codd. præfert *opac. silentia carp.* Burm. vero vulg. retinendum putat.—125 Plurimi vett. *Munus habere tuum.*—126 Pr. V. et tert. Med. *evad. noctis.*—127 Berolin. *quib. Æneas mer.* Mox unus *mer. provectus; advectus* quinque; *ejectus* duo; *erectus* totidem; *rejectus* unus; *projectus* alius; *ereptus* Sprotii; *devectus* Arg. *allectus* N. Alii etiam *in auras.*—128 Ex Codd. Heins. dedit *honorem;* vulg. *honores.*—129 Bernegg. et pr. Gron. *Increpat hunc.* Mox Med. et quatuor alii *et respirantibus haustis,* et duo *auris: sex suspirantibus.*—130 Berolin. *Non D.*—131 *Neu* ex scriptis Heins. dedit pro vulg. *ne.*—133 Quatuor scripti *P. placuisset am.*—134 Be-

NOTÆ

tur, &c. quæ fuse persequitur Virgil. Æn. VI.

119 *Novis*] Quæ adversus Turnum præsertim gessit Æneas.

120 *Averso*] Cum rursus ad superas auras Æneas atque Sibylla rediirent.

122 *Crepuscula*] Id est, per lucem dubiam, qualem decet esse apud Inferos.

132 *Lux*] Vita; quam quidem castitatis dispendio noluit Sibylla consequi.

Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit: Elige, ait, virgo Cumæa, quid optes:
Optatis potiere tuis. Ego pulveris hausti
Ostendens cumulum, quot haberet corpora pulvis,
Tot mihi natales contingere vana rogavi.
Excidit optarem juvenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, æternamque juventam,
Si Venerem paterer. Contemto munere Phœbi
Innuba permaneo. Sed jam felicior ætas
Terga dedit, tremuloque gradu venit ægra senectus,
Quæ patienda diu est. Nam jam mihi sæcula septem
Acta vides: superest, numeros ut pulveris æquem,
Ter centum messes, ter centum musta videre.
Tempus erit, cum me de tanto corpore parvam
Longa dies faciat: consumtaque membra senecta
Ad minimum redigantur onus. Nec amata videbor,
Nec placuisse Deo. Phœbus quoque forsitan ipse
Vel non agnoscet, vel dilexisse negabit.

missa amanti. Quamdiu tamen hanc sperat, quamdiu optat me ante captare muneribus; Dispice, inquit, puella Cumæa, quid voveas, frueris tuis votis. Ego monstrans cumulum arenæ correptæ, insciens petivi tot mihi annos evenire, quot pulvis haberet atomos. Oblita sum vovere etiam continuo annos juveniles. Ille tamen mihi offerebat atque juventutem illibatam si paterer concubitus. Permaneo cœlebs, dono Apollinis neglecto. Verum jam anni lætiores præterierunt; et tristis senectus venit passu tremulo; quæ diu est ferenda. Nam jam cernis mihi septem sæcula præterita: restat aspicere tercentum messes, et tercentum vindemias, ut impleam numerum glareæ. Dies erit, cum diuturnitas temporis reddat me exiguam de tanto corpore, et artus exhausti senectute redigantur ad minimum pondus: neque videbor dilecta, neque grata fuisse Deo. Apollo etiam ipse forte non cognoscet,

---

rolin. *sperat et dum corrumpere.*—135 Med. *virg. Cumana, quid.*—136 *Hausti* meliores scripti et editi; alii *haustu.*—137 Berolin. *Ostendi cum.* Et unus Med. ex melioribus *quot haberent.*—139 Vulg. *Excid. ut peterem juv.* unus etiam Heins. ex veterrimis *hunc peterem:* Heins. autem placet *optarem* ex altero Hamburg. uno suo, et uno Leid.—145 Fl. S. Marci *numero sub pulveris æquæ.*—146 Unus Bas. *must. videri.*—147 Berolin. *cum de tant. me,* ut Bothius censet ' elegantiore positu verborum.'—148. 149 *Faciat* et *redigantur* pro vulg. *faciet* et *redigentur* Heins. dedit ex plurimis et optimis Codd.—151 O.

NOTÆ

139 *Excidit*] Neque cuiquam unquam satis compertum fuit, quid quisque optare debeat: ut satius sit id totum Deo concredere.

143 *Tremulo*] Immo maxime festino venit, sed tremula est ipsa senectus.

Usque adeo mutata ferar : nullique videnda,
Voce tamen noscar. Vocem mihi fata relinquent.

Fab. V. et VI. Socii Ulyssis in Feras. Iidem in Homines.

Æneas, iter in Italiam tendens, ad Læstrygonas venit, ubi Macareus Neritius comes Ulixis apparuit, congressusque eos est comitatus. Itaque cum exposuisset Achæmenides apud Cyclopem quæ essent passi socii, similiter et ille quæ a Circe cum comite Eurylocho, qui potione accepta in varias figuras commutati sunt: ac novissime Ulixes remedio Mercurii ibi venit, et socios recuperavit. Ex eo Circe junxit se ei in matrimonium. Monuitque Æneam, ne littoribus Circes accederet.

Talia convexum per iter memorante Sibylla,
Sedibus Euboicam Stygiis emergit in urbem
Troius Æncas : sacrisque e more litatis,
Littora adit, nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoque substiterat post tædia longa laborum
Neritius Macarcus, comes experientis Ulixei.

vel inficiabitur me amasse. Usque adeo dicar mutata ; neque cuiquam conspiciendæ, cognoscar tamen voce. Fata mihi relinquent vocem.

v. vi. *Sibylla talia referente per tramitem arduum, Æneas Phrygius prodit in urbem Euboicam ex locis inferis : et sacrificiis feliciter absolutis secundum ritus, pervenit ad oras nondum habentes nomen nutricis. Macareus Neritius, socius perspicacis Ulyssis, hic etiam requieverat post longa tædia laborum ; qui agnoscit*

Med. et quindecim alii *non cognoscet, vel.*—153 Leid. unus *fila reling.* et Thysii *relinquant ;* tres alii *relinquunt.*—155 *Emergit* ex melioribus ; vulg. *emersit.*—156 Berolin. *Troicus Æn.* et alii *ex* pro *e.*—158 Bas. *Hic ubi subst.* alius *His quoq.* Duo etiam *constiterat.*—159 Hunc versum citat Priscian.

NOTÆ

153 *Voce*] Ut hinc sapientes viros consignatis scriptis immortales esse intelligas ; quique suis consiliis superstites bene semper admoneant. Scirent vero omnes velim quid vox, veritas, aut sapientia sit ex sese sine omni ambitionis et stoliditatis humanæ fuco !

154 *Convexum*] Ascensu arduum.

155 *Euboicam*] Cumas, Chalcidensium coloniam : Chalcis enim Eubœæ fuit civitas.

Stygiis] Inferis : a Styge Inferorum palude, ' Dii cujus jurare timent et fallere numen.'

156 *Litatis*] Feliciter peractis.

157 *Nutricis*] Caietæ ; quæ ibi sepulta promontorio atque urbi nomen dedit, in ea Neapolitani regni parte quæ hodie *Terra di Lavoro* dicitur. Quanquam aliunde alii nominis istius rationem deducunt.

159 *Neritius*] Ithacensis : fuit namque Neritus mons Ithacæ Ulyssis pa-

Desertum quondam mediis qui rupibus Ætnæ
Noscit Achæmeniden: improvisoque repertum
Vivere miratus, Qui te casusve, Deusve,
Servat, Achæmenide? cur, inquit, barbara Graium
Prora vehit? petitur vestræ quæ terra carinæ?
Talia quærenti jam non hirsutus amictu,
Jam suus, et spinis conserto tegmine nullis,
Fatur Achæmenides: Iterum Polyphemon, et illos
Aspiciam fluidos humano sanguine rictus;
Hac mihi si potior domus est Ithaceque carina;
Si minus Ænean veneror genitore, nec unquam
Esse satis potero, præstem licet omnia, gratus.

Achæmeniden olim destitutum in mediis cautibus Ætnæ: et stupens quod ex improviso repertus in vivis esset, Quæ fortuna, inquit, vel quis Deus te custodit, Achæmenide? quamobrem navis Phrygia habet Græcum? quæ tellus quæritur vestra navi? Achæmenides nunc non hispidus vestitu, nunc suus, et vestibus nullis spinis obsitis, talia refert petenti: Videam denuo Polyphemum, atque illud os madens sanguine humano, si Ithaca est mihi carior domus hac navi, si minus honoro Ænean quam patrem: neque unquam potero esse satis memor, quamvis faciam omnia. Ille

---

lib. v. p. 723. qui habet *Machareus;* et *Ulixei* scribendum esse docet, pro vulg. *Ulixi.*—160 Vulg. *in rupibus;* alii *e rup.*—162 *Qui* ex Codd. Heins. dedit; alii *Quis.* Burm. ad notulam suam provocat Phædr. Fab. 1. 13. 6. ubi exemplis ostendit, veteres certos fuisse elegantiæ suæ, et ubi *qui,* ubi *quis* præstaret, usu fuisse doctos, licet nos sæpe in his fluctuemus.—164 Unus Heins. *trahit* pro *vehit.*—165 Tert. Med. *hirs. amictus:* Heins. malebat *amictum.*—166 *Conserto* plurimi Codd. et ab Heins. et Burm. probatum; vulg. *concreto:* præterea Thuan. et unus Mor. *consuto;* unus Heins. *contento;* alter Erfurt. *conjecto;* tert. Bonon. *consperto,* et emend. *consepto,* quomodo et unus Arg. Urbin. et pr. Bonon. *consertus.*—169 Hunc vs. sic e Nauger. et Gron. restituit Heins. cum antea legeretur, *Hæc mihi ni.* Heins. suadet etiam *Ithacæa carina.*—170 Alii *Æneam.*—172 Pr. Bonon. habet *Solemq. et si-*

NOTÆ

triæ. Hujus autem Macarei melius ab ipso postmodum nosces historiam.

Experientis] 'Qui domitor Trojæ, multorum providus urbes Et mores hominum inspexit, latumque per æquor, Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.' Horat.

161 *Achæmeniden*] Ulyssis socius, Polyphemi Cyclopis timore in Sicilia ab Ulysse relictus, qui mox casus suos Macareo petenti narrabit.

163 *Barbara*] Trojana, scilicet. Ceteros enim Græci barbaros vocitare solebant.

165 *Hirsutus*] Qualem optime describit Maro: quem vide.

166 *Suus*] Cum antea Polyphemi potius mactanda victima sibi videretur.

Nullis] Cum prius lacera ex spinis hispida per dumos latitantis vestis esset.

169 *Hac*] Qua nunc vehor Æneæ.

Quod loquor, et spiro, cœlumque, et sidera Solis
Respicio, (possimne ingratus et immemor esse?)
Ille dedit. Quod non anima hæc Cyclopis in ora
Venit: et ut lumen jam nunc vitale relinquam,
Aut tumulo, aut certe non illa condar in alvo.
Quid mihi tunc animi (nisi si timor abstulit omnem
Sensum animumque) fuit, cum vos petere alta relictus
Æquora prospexi? Volui inclamare; sed hosti
Prodere me timui: vestræ quoque clamor Ulixis
Pæne rati nocuit. Vidi, cum monte revulso
Immanem scopulum medias permisit in undas.
Vidi iterum, veluti tormenti viribus acta,
Vasta giganteo jaculantem saxa lacerto.
Et, ne deprimeret fluctusve lapisve carinam,
Pertimui, jam me non esse oblitus in illa.

præbuit quod verba facio, et vivo, et intueor cælum et Solem; quod hic homo non datus est in rictus Cyclopis: (possimne esse immemor et ingratus?) et quamquam jam nunc deseram lumen vitale, aut componar in sepulcrum, aut certe non in illum ventrem. Quid tum mihi fuit consilii (nisi si pavor ademit omnem sensum et consilium) cum destitutus prospexi vos provehi in vasta maria? Subiit vociferari: verum metui me delegere hosti: vociferatio Ulyssis propemodum etiam obfuit vestræ navi. Aspexi, cum rupe derepta jecit in medios fluxus saxum ingens. Aspexi projicientem iterum ingentes lapides brachio giganteo, tanquam impulsi essent viri-

dera cœli. Sidera Heins. dedit ex S. Marci, N. Bernegg. et aliis nonnullis; vulg. *lumina*.—173 Ex iisdem Codd. *Respicio* pro vulg. *Aspicio:* Burm. tamen mallet *Suspicio*, si libri addicerent. Alii etiam *possumne*.—175 Berolin. et Heidelb. *jam non vit*.—176 Heins. monet *Aut tum.* scribendum, non *ut;* posse etiam reponi *Quod*. Heins. etiam malebat *non illam c. in alvum*, quia alibi Noster sic loquitur, ut vs. 209. Burm. vero exemplis docet, utrumque recte dici.—177 Pro *tunc* Bas. unus et Leid. *nunc*. Multi etiam *nis. quod tim.* Heidelb. vs. sic exhibet: *Quid m. t. a. cum vos p. a. relictus*, omissis mediis.—179 Pr. Hamburg. sec. Pal. et quinque alii *Æq. conspexi*. Plurimi etiam *vol. clamare*.—180 Unus Med. *Dedere me t.* pr Gron. *me metui*. Alli etiam *vester* vel *vestri*.—181 Vulg. *cum m.* et libri scripti *a m. revulsum:* Heins. profert *revulso* ex S. Marci, N. et sec. Strozzæ.—182 Unus Mor. *med. projecit in;* Voss. *emisit;* Jun. *pertransit*.—185 Unus Med. *ne deprimerent ſt.*

NOTÆ

180 *Clamor*] Ad illud alludit, quod apud Homerum fingitur Odyss. IX. ubi Ulysses navi aufugiens, Polyphemum clamando, atque indicando quinam ipse vere esset, qui se prius 'neminem' dixerat, in sese irritat. Quare, ingentis saxi jactu, pæne et ipse et tota navis ab eodem Polyphemo oppressa.

186 *Oblitus*] Hinc maximus Achmemidis in suos illustratur affectus.

Ut vero fuga vos ab acerba morte removit,
Ille quidem totam fremebundus obambulat Ætnam,
Prætentatque manu sylvas; et luminis orbus
Rupibus incursat: fœdataque brachia tabo
In mare protendens, gentem execratur Achivam.
Atque ait: O si quis referat mihi casus Ulixen,
Aut aliquem e sociis, in quem mea sæviat ira,
Viscera cujus edam, cujus viventia dextra
Membra mea laniem, cujus mihi sanguis inundet
Guttur, et elisi trepident sub dentibus artus;
Quam nullum, aut leve sit damnum mihi lucis ademtæ!
Hæc, et plura ferox. Me luridus occupat horror,
Spectantem vultus etiamnum cæde madentes,
Crudelesque manus, et inanem luminis orbem,
Membraque, et humano concretam sanguine barbam.

bus tormenti. Atque metui ne saxum vel unda obrueret navim, immemor me jam non esse in illa. Postquam autem fuga vos seduxit a violenta nece, ille quidem rabiosus excurrit totam Ætnam, atque prætentat manu arbores, et privatus oculo impingit in saxa, atque porrigens in æquor lacertos infectos sanie, detestatur nationem Græcam. O etiam *dicit, si quæ fors mihi reddat Ulyssen, vel aliquem ex comitibus, in quem mea ira exæstuet, cujus laniem præcordia, cujus sanguis mihi irriget fauces, et membra fracta fremant sub dentibus, quam nullum, vel parvum sit mihi dispendium oculi effossi! Sævus hæc et plura* dixit: *pallidus metus me invadit, qui cernerem faciem etiamnum fluentem sanguine, et truculentas manus, et circulum orbatum oculo, et artus, et barbam squalentem sanguine humano. Mors erat præ*

—187 Unus Hamburg. *vos a certa morte reduxit;* vulg. etiam *reduxit* legitur. *Removit* est ex pr. Pal. et V. Cant. pr. Gron. et Mor. Urbin. Arund. aliisque multis; sec. V. et duo alii *redemit;* tert. Med. *revellit;* unus Bonon. *revulsit:* Heins. denique conj. *vos ab certa m. removit,* vel *redemit.*—188 *Fremebundus* est ex Sprotiano; vulg. *gemebundus;* alter Hamburg. et Fr. *tremebundus;* qui cum plurimis aliis etiam habet *tota...Ætna.*—189 *Prætentatq.* est ex meliori-bus; et alii quoque cum S. Marci Cod. *Prætendensq.* vulg. autem *Pertentatq.* —190 Med. *Rup. incurrit;* Gron. *impulsat;* Ms. Bersm. *occursat.*—193 Multi *in quo,* ut v, 546. 'in pellice sævæ.'—194 Pr. Gron. et sec. Pal. *cuj. vivacia dextr.*—195 Pr. Ambr. *sanguine.*—196 Bas. *elisi crep.* quod non displicet Burm. Bas. *avulsi;* V. *illæsi.*—198 Berolin. *me lividus occ.* Plurimi, *occupat error,* quod Burm. de caligine capit, quæ oculis offunditur.—201 In quibus-

NOTÆ

189 *Prætentat*] Cæcorum more, aut eorum qui per tenebras ambulant.

191 *Execratur*] Id unum reliquum illis qui potentia sua abusi per sævitiam, vesanias suæ tandem pœnas luunt.

197 *Quam nullum*] Jam fabulæ color sublatus: ipsissimam vides feritatis humanæ, qua nulla alia est major, horrendam indolem.

198 *Luridus*] Qui luridos atque livore pallentes efficit.

...que albis ossa med
nesque artus avidam condebat in alvun
ıor invasit: stabam sine sanguine mœs
temque videns, ejectantemque cruentas
es, et frusta mero glomerata vomentem,
ıgebam misero mihi fata parari.
dies multos latitans, omnemque tremisce
ɔitum, mortemque timens, cupidusque m
famem pellens, et mixta frondibus herba,
ıops, exspes, leto pœnæque relictus,
rocul aspexi longo post tempore navim:

tamen minimum malorum. Atque cogitabam illum *modo*
ı deturbaturum mea præcordia in sua: et species illius temp
quo intuitus sum duo corpora meorum sodalium ter quater
ipse immissus, tanquam hispidus leo, profundebat in ventri
et carnes, et ossa expressis medullis, et membra semiviva.
Tristis eram atque exsanguis, aspiciens manducantem, et ejic
inolentas, et vomentem partes vino immistas: credebam ejus
infelicem. Atque latitans per multos dies, et fremens ad om
ıtans mori, fugans famem glandibus, et gramine misto foliis
e, traditus morti et supplicio, post longum tempus non longe

præced. præponitur. Schepper. conj. *Mentaque.*—20
luobus V. vulg. *illa* vel *ipsa doloris:* Bas. *laborum.* I
mumque habet ipsa doloris: Urbinas, *minimum tamen an*
et multi alii *Et jam pressurum;* Ball. Pal. Sprotii, et
Mox *jam jam* ex castigatioribus Heins. dedit; vulg.
. *versurum* pro *mersurum.*—205 Multi *vid. viva meo*
eins. recepit *Quæ*; vulg. *Cum.*—208 In sec. Pal. et
sis: in nonnullis Heins. censet
sis, et cuma, esis

que fugam gestu, ad littusque cucurri :
ovi : Graiumque ratis Trojana recepit. 220
ioque pande tuos, comitum gratissime, casus,
cis, et turbæ, quæ tecum credita ponto est.
lon ille refert Tusco regnare profundo ;
n Hippotaden, cohibentem carcere ventos :
bovis inclusos tergo, memorabile munus, 225
hium sumsisse ducem : flatuque secundo
us isse novem, et terram aspexisse petitam :
ima post nonam cum sese Aurora moveret ;
ia socios prædæque cupidine ductos,

ecatus sum discessum gestu, et excurri ad littus: commovi etiam, et navis recepit Græcum. Tu etiam, dilectissime sociorum, expone tuam sortem, et agminis, quod tecum commissum est pelago. Ille narrat Æolum Hippotæ etinentem ventos carcere, imperium habere in Tuscum mare; quos coactos tauri ducem Dulichium cepisse donum magnificum: atque progressum esse liebus flamine propitio, et intuitum esse terram desideratam; cum Aurora set nonam sese exhiberet, comites impulsos invidia, et desiderio prædæ, pu-

t sic vulg. editum. Pr. V. et unus Med. *Hanc tamen asp.* Deinde alii —219 Pro *gestu* quinque Codd. *gemitu ;* unus *nutu.* Gron. *ad littusq.* —221 Pr. Bas. *com. fidissime, cas.*—222 Unus Med. ex optimo descriptus *æ, quæ.* Mox Berolin. *quæ tec. est cred. ponto :* Heidelb. *quæ tunc est cr. p.* In quibusdam *Æol. ipse ref.*—225 Gron. et tres alii *mirabile mun.* t unus Heins. *memorab. pignus.*—227 Pr. Bas. et duo Gron. *aspex. pa-* —229 In duobus V. et Cælest. *cup. captos ;* et sic etiam multi vett. alii

NOTÆ

ugam] Gestu indicavit se mibi relictum, atque in navim ere recipi.

Graium] Ut hinc Æneæ, aut oëtæ, humanitas sit maxime ua, qui hostem miseria atque is liberat. ' Splendidum pectamen fuerit, loquacitati suæ ondonata atque concessa pu- atque id tantum, quibusdam il ipsi quam blaterare volunt. ero fictum suum sine re Chaomen illos beneficiis Ethnicis nat, quos jam diu hujuscemodi ium judices ipse Christus Jeguavit.

Tusco] In mare Tuscum, ubi insulas sitas esse supra vidimus, imperium tenere.

225 *Inclusos*] Possintne magica arte coërceri venti, vel pro voto ab hac aut ab illa parte emitti, ut quidam dicunt, mihi quidem videtur dubium; quanquam neque impossibile. Æolo ea potestas data est, quod certissime eorum tempora atque impetum cognosceret, aliisque indicaret. Fabulam ad mores si transferas, dubium non est quin, maxima ex parte saltem, affectus qui hominum mentes concutiunt, et persæpe convellunt, ratione, quæ per Æolum significatur, possint reprimi, atque utiliter suo loco immitti. Per ventos, insuper, aura quavis leviores populos si malis intelligere, quid ex eorum æstibus oriatur,

Esse ratos aurum, demsisse ligamina ventis:
Cum quibus isse retro, per quas modo venerat undas,
Æoliique ratem portus repetisse tyranni.
Inde Lami veterem Læstrygonis, inquit, in urbem
Venimus. Antiphates terra regnabat in illa.
Missus ad hunc ego sum, numero comitante duorum:
Vixque fuga quæsita salus comitique mihique.
Tertius e nobis Læstrygonis impia tinxit
Ora cruore suo: fugientibus instat, et agmen
Concitat Antiphates. Coëunt, et saxa trabesque
Continuant, merguntque viros, merguntque carinas.
Una tamen, quæ nos, ipsumque vehebat Ulixen,
Effugit. Amissa sociorum parte, dolentes,
Multaque conquesti terris allabimur illis,

tantos esse aurum, solvisse vincula ventis; cum quibus retrocessisse per aquas per quas modo venerat, atque navem relatam ad portus regis Æolii. Inde, ait, venimus in antiquam urbem Lami Læstrygonis. Antiphates imperium tenebat in illa regione. Ego sum missus ad hunc, duobus comitantibus, et vix salus parta socio atque mihi fuga: tertius ex nobis imbuit rictus impios Læstrygonis suo sanguine. Antiphates persequitur fugientes, et provocat turbam. Conveniunt, neque omittunt ingerere lapides et arbores: atque obruunt viros, obruunt naves. Una tamen elapsa est, quæ ferebat nos atque ipsum Ulyssem. Parte comitum amissa, indignantes et multa conquesti devenimus ad illas terras quas vides hinc procul. Aspice,

---

victos: Heins. recepit *ductos* ex sec. Med. et uno Voss.—231 Heins. malebat *mod. venerit und.*—232 Med. *port. tetigisse tyr.* Mor. *tenuisse.*—234 Duo Gron. *turba* pro *terra.*—237 Heidelb. *a* pro *e.*—238 In uno Ciofan. *Membra cruor.*—239 Pr. Mor. S. Marci, ut unus Med. *coë. in sax.*—240 *Continuant* ex altero Hamburg. et pr. Erfurt. pro var. lect. impense placet Heins. vulg. *Conjiciunt;* nonnulli etiam *Concutiunt.*—241 Unus Med. *Prora tam.* Bothius suadet *Prima.* Deinde pr. Mor. et pr. Bonon. *fidumque;* alii etiam *ferebat;* et nonnulli *Ulixem.*—242 In uno Ciofan. *Effugit: emissa;* unde ipse emend. *amissa:* vulg. *Fugit: et amissa.*—243 Malebat Heins. *Multaq. præquesti.*

NOTÆ

qua insuper prudentia regendi, fabula docebit.

230 *Ligamina*] Ne igitur aut affectus Rationis, aut Populi legum *ligamina* satagant frangere; nisi res suas distrahi cupiunt.

233 *Lami*] Qui Neptuni filius, docente Horatio, Formiarum dicitur mœnia tenuisse, late tyrannus, in Campania.

Læstrygonis] Fuerunt illi antiquissimi post Cyclopes Siciliæ populi; qui etiam sub Lamo in urbe cognomine atque Formiis habitaverunt.

234 *Antiphates*] Crudelissimus fuit anthropophagus ex Lami posteris: cujus a quoquam non melius cognoscas feritatem quam a Nasone nostro.

Quas procul hinc cernis. Procul hinc tibi (cerne) videnda est
Insula, visa mihi. Tuque, o justissime Troum,
Nate Dea, (neque enim finito Marte vocandus
Hostis es, Ænea,) moneo, fuge littora Circes.
Nos quoque Circæo religata in littore pinu
Antiphatæ memores, immansuetique Cyclopis,
Ire negabamus; et tecta ignota subire.
Sorte sumus lecti: sors me, fidumque Polyten,
Eurylochumque simul, nimiique Elpenora vini,
Bisque novem socios Circæa ad mœnia misit.
Quæ simul attigimus, stetimusque in limine tecti;
Mille lupi, mixtæque lupis ursæque leæque
Occursu fecere metum: sed nulla timenda,
Nullaque erat nostro factura in corpore vulnus.
Quin etiam blandas movere per aëra caudas,
Nostraque adulantes comitant vestigia; donec
Excipiunt famulæ, perque atria marmore tecta

hinc tibi est procul cernenda insula a me conspecta. Tuque, o æquissime Trojanorum, filii Deæ, (neque enim finito bello appellandus es hostis, o Ænea,) hortor, vita littora Circes. Nos etiam navi vincta in littore Circæo, non obliti Antiphatæ et Cyclopis crudelis, recusabamus ire, atque intrare domos incognitas. Delecti fuimus sorte. Sors misit me atque fidelem Polyten, et una Eurylochum, et Elpenorem nimium mero, cum octodecim sodalibus ad urbem Circæam. Ad quam statim atque pervenimus, et stetimus ad limen domus, mille lupi atque ursæ et leænæ mistæ lupis intusserunt timorem occursu: sed nulla metuenda, nullaque erat impactura plagam nostro corpori. Quin etiam agitaverunt mites caudas per aërem, atque adblandientes prosequuntur nostra vestigia, donec ministræ nos *excipiunt, et de-*

Deinde V. et septem alii *terr. illabimur ist.*—244 *Cerne* est ex emend. Heins.: vulg. *crede:* quart. Med. *cede;* alii *credo;* Jun. *certe.* Mox *videnda est* ex pr. V. sec. Pal. Cant. quart. Med. et multis aliis; vulg. *est* omiss. N. *crede videndam.*—245 Berolin. *mihi est.* Dein Sixii *o fortissime;* Bas. *tuque illustrissime;* alius Bas. *o mitissime:* et Med. tert. et unus Heins. *Teucrum.*—248 Gron. pr. *Nos modo* C.—250 Ex plurimis Heins. dedit *et;* alii *sed;* S. Marci *vel;* O. sec. Pal. aliique quatuor *nec;* tres *aut.* Dein quidam *tect. inimica:* alius *ignotaque tecta.*—252 *Thysii nimiumque E.* Libri etiam vett. *Elphenora.*—254 Sec. Pal. O. pr. Mor. et alii *attig. primoq. in lim.*—255 Alii *mistiq. lup. ursiq.*—258 *Aëra* Heins. dedit ex omnibus suis scriptis; alii *atria.*—259 Alii *Nosque alludentes vestig.*—262

NOTÆ

244 *Quas*] Circæum promontorium digito ostendebat Macareus, olim insulam, nunc continenti junctum, ut patet ex Virgil. Æn. VII. Situm est autem in Latii extrema ora, ortum, versus: atque ibi urbs fuit Circæi, a Circe sic dicta.

253 *Bisque*] Homerus viginti duos memorat.

Ad dominam ducunt. Pulchro sedet illa recessu,
Sublimis solio; pallamque induta nitentem,
Insuper aurato circumvelatur amictu.
Nereides Nymphæque simul, quæ vellera motis
Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt,
Gramina disponunt; sparsosque sine ordine flores
Secernunt calathis, variasque coloribus herbas.
Ipsa, quod hæ faciunt, opus exigit: ipsa quis usus
Quoque sit in folio, quæ sit concordia mixtis
Novit: et advertens pensas examinat herbas.
Hæc ubi nos vidit, dicta acceptaque salute
Diffudit vultus, et reddidit omnia votis.
Nec mora, misceri tosti jubet hordea grani,
Mellaque, vimque meri, et cum lacte coagula passo.
Quique sub hac lateant furtim dulcedine, succos
Adjicit. Accipimus sacra data pocula dextra.

ducunt ad dominam per aulas marmore obductas. Illa sedet in pulchro secessu super solio conspicuo; et tecta palla splendenti, circumvelatur insuper veste aurata. Nereides mistæ puellis, quæ nullas trahunt lanas agitatis digitis, neque ducunt fila sequacia, herbas in ordinem ponunt, atque dividunt in quasillos flores confuse positos, atque gramina distincta coloribus. Ipsa excutit opus quod hæ faciunt: ipsa etiam scit quæ sit virtus cujusque herbæ, quæ sit vis conjunctarum; atque sedula discutit gramina expensa. Postquam illa nos intuitus est, salute oblata atque reddita exhilaravit faciem, et respondet omnia pro voto. Atque omissa cunctatione, imperat hordea tosta, et mella, et copiam vini, cum lacte passo coagulum: et admiscet succos, qui clam sint sub hac dulcedine. Sumimus pocula exhibita sacra manu. Quæ

Vulg. *sublimi sol.* multi, *solenni.* Hinc Heins. *solenni in solio*, quemadmodum 'solennes aræ,' &c. passim. Sed Burm. non placet *solenne* illud *solium*; recepit ergo e quinque Mss. *sublimis*, ne tot Ablativi cumulentur. Copula *que* etiam post *pallam* eidem videtur otiosa et molesta. Mox O. et quinque alii *inducta nit.*—265 Heins. malebat *trahant* et *ducant.*—266 Leid. unus *ex ordin.*—267 *Variasq.* ex vett. plerisque recepit Heins. pro vulg. *variisq.* Schepperus conj. *variantque.*—268 Thuan. et alter Twisden. *hæ faciant.* Mox Fragm. Boxhorn. alter Hamburg. et tres alii *quid* pro *quis.*—270 Menard. R. unus et quatuor alii *prensas* pro *pensas.*—272 Unus Med. *Exhilerat vult.* Dein plurimi vett. *omina vocis*, vel *omnia votis*; vulg. *omina votis:* duo ex melioribus *omnia voce.*—274 Voss. *Mellaq. juncta mero, et.* Sed *et* in quibusdam deest. In Cælest. *coag., presso.*—276 Heins. malebat *arripimus sacr.* quod aviditatem sitientium magis

NOTÆ

265 *Nulla*] Quomodo hodieque plurimæ solent vivere, id unum curantes ut suis illecebris obvios quosque ad vesanum sui amorem perducant.

272 *Diffudit*] Quia forma sua plurimum valere intelligunt mulieres, ideo in ea concilianda sunt maxime intentæ. Ex ea vero veneficæ famam Circe, quamquam et ideo Solis filia dicta sit, non sine causa comparavit.

Quæ simul arenti sitientes hausimus ore,
Et tetigit summos virga Dea dira capillos;
(Et pudet, et referam;) setis horrescere cœpi,
Nec jam posse loqui; pro verbis edere raucum
Murmur, et in terram toto procumbere vultu:
Osque meum sensi pando occallescere rostro;
Colla tumere toris: et qua modo pocula parte
Sumta mihi fuerant, illa vestigia feci.
Cumque eadem passis (tantum medicamina possunt)
Claudor hara: solumque suis caruisse figura
Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit.
Quæ nisi vitasset, pecoris pars una manerem
Nunc quoque setigeri: nec tantæ cladis ab illo
Certior ad Circen ultor venisset Ulixes.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:

statim atque siti compulsi bibimus ore sicco, et Dea crudelis attigit extremos capillos baculo; (et pudet, et narrabo;) cœpi rigere setis, neque jam posse verba facere; loco vocum proferre raucum murmur; et dilabi in solum tota facie: atque sensi meum os pollere curvo rostro; colla turgere toris; et qua parte pocula a me accepta fuerant, illa signavi vestigia. Et (tantum valent medicinæ) concludor suili; atque advertimus unicum Eurylochum in porcum non fuisse mutatum: unicus vitavit exhibita pocula. Quæ nisi effugisset, esset nunc etiam pars una pecoris setiferi: neque Ulysses edoctus tantum exitium ab illo vindex adiisset Cir-

exprimit.—278 In uno V. *Dea sæva cap.*; sic et Leid. et Mor.—279 Bothius conj. *Hei pudet, at ref.*—280 *Loqui* ex melioribus dedit Heins.; alii *queri.*—281 Quinque libri *in terra:* et pro *toto* Heins. conj. *prono.*—282 Nonnulli *pand. callescere rostro*, vel *coalescere*; pr. Gron. duo Leid. Berolin. et alii *durescere:* unus *concrescere.*—284 Gron. *illac* pro *illa.* Dein Bonon. *vestig. cepi:* at Heins. malit *figi*, vel *ferri.*—286 Sic Heins. emend. ex Bernegg. Thuan. pr. Hamburg. Arund. O. pr. Gron. Grævian. et decem aliis: vulg. fuit *Claud. in antra suis: solum caruisse fig.*—287 Heins. conj. *Poc. vitat*, quia seq. *vitasset.*—288 *Manerem* pro vulg. *maneret* e conject. Gruteri recepit Burm. Leid. et Vivian. *fuis-*

NOTÆ

277 *Simul*] Quam periculosum sit Cupidinis motibus obsequi Davidis prophetæ, itemque Salomonis ejusdem filii, clades indicant: ut tutissimum sit, ne dicam oculis, sed ne quidem cogitatione, ad istos scopulos deflectere.

285 *Medicamina*] Immo eorum stultitia, qui sese fucatis iisdemque fugacibus deliciis labefactari sinunt.

291 *Cyllenius*] Mercurius est a Cyllene Arcadiæ monte, ubi educatus, qui Moly reperisse dicitur ab Homero.

Album] Scripsit Plinius luteum pingi a Græcis auctoribus, qui sibi ex Campania herbarum laudatissimam Homero, specie illa qua ab eo describitur, allatam dicit; radice rotunda, nigraque, magnitudine cepæ, folio

Moly vocant Superi: nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitisque simul cœlestibus intrat
Ille domum Circes: et ad insidiosa vocatus
Pocula, conantem virga mulcere capillos
Repulit; et stricto pavidam deterruit ense.
Inde fides, dextræque datæ: thalamoque receptus
Conjugii dotem, sociorum corpora, poscit.
Spargimur innocuæ succis melioribus herbæ,
Percutimurque caput conversæ verbere virgæ:
Verbaque dicuntur dictis contraria verbis.
Quo magis illa canit, magis hoc tellure levati
Erigimur, setæque cadunt, bifidosque relinquit
Rima pedes: redeunt humeri: subjecta lacertis
Brachia sunt. Flentem flentes amplectimur illum,
Hæremusque ducis collo: nec verba locuti

cen. Cyllenius pacis conciliator illi dederat florem candidum; Dii appellent Moly. Alitur radice atra. Ille securus eo, atque simul documentis cœlestibus subit domum Circes: atque illectus ad dolosa pocula repulit illam *nitentem tangere comam bacillo, et prohibuit trementem evaginato gladio. Inde fides et dextræ junctæ; atque admissus in lectum petit in dotem connubii corpora comitum. Irrigamur succis melioribus graminis innoxii; atque verberamur per caput ictu virgæ conversæ; et voces contrariæ vocibus prolatis proferuntur. Quo magis ille canitat, eo magis tollimur sublati ex terra, et setæ decidunt, et fissura deserit pedes bifidos. Humeri redduntur, brachia submittuntur lacertis. Nos lacrymantes amplectimur illum lacrymantem, atque manemus fusi in collo ducis; neque protulimus*

set.—291 A. *huic. donat flor.*—292 Berolin. habet *Moli.*—294 Ciofan. emend. *domum;* olim *domus.*—295 Berolin. *virg. miscere scap.*—296 Bas. *et modo det.* In uno V. *stricto patefactam terruit:* unus *conterruit;* Jun. et Gron. *perterruit.*—298 Arg. et duo alii *Conj. dotes.*—299 *Innocuæ* Heins. dedit ex sec. Pal. quart. Med. O. pr. Mor. I. et aliis decem, pro vulg. *ignotæ.*—300 Jun. *verb. casdæ.*—302 Berolin. *hac tell.*—304 Pr. Mor. *redeuntque:* libri vett. etiam et Aldin. *et subj.*—305 Heins. conj. *Brachia: tum flent. Amplectimur* ex vett. libris; vulg. *complectimur.* Fr. cum septem aliis *ulnis* pro *illum:* et Berolin. *illis,*

NOTÆ

scyllæ. Effodi difficulter addit, utpote quæ inter difficultates saxeas serpat, atque ita abrupta in maximam longitudinem porrigatur.

293 *Monitis*] Sapientia, atque veritati obsequi, est optimum Moly: quanquam et præsentissima esse remedia adversus incantationes et veneficia experti docent.

297 *Datæ*] Adeoque Veneri etiam suus locus, modo ne quis abutatur per impotentiam.

298 *Sociorum*] Qui, cognita voluptatis turpitudine, ad meliorem mentem compulsi, eo in libertatem ab Ulysse vindicati dicuntur.

305 *Flentem*] Ex commiseratione status adhuc quasi præsentis sociorum per turpitudinem amissorum.

Ulla priora sumus, quam nos testantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora: multaque præsens
Tempore tam longo vidi, multa auribus hausi.
Hoc quoque cum multis, quod clam mihi retulit una
Quatuor e famulis, ad talia sacra paratis.
Cum duce namque meo Circe dum sola moratur,
Illa mihi niveo factum de marmore signum
Ostendit juvenile, gerens in vertice picum,
Ædе sacra positum, multisque insigne coronis.
Quis foret, et quare sacra coleretur in ædе,
Cur hanc ferret avem, quærenti, et scire volenti,
Accipe, ait, Macareu: dominæque potentia quæ sit
Hinc quoque disce meæ: tu dictis adjice mentem.

ullas voces priores quam significantes nos fore *memores. Ibi mansimus per annum: et cum tam diu affuerim vidi plurima, accepi plurima auribus.* Audivi *hoc etiam cum plurimis, quod una ex ancillis institutis ad ejusmodi sacra mihi narravit: namque, dum Circe sola est cum meo duce, illa mihi monstrat statuam juvenis sculptam ex candido marmore, ferentem picum in vertice, collocatam in sacello, atque conspicuam multis sertis. Cum exquirerem, et nosse cuperem quisnam is esset, et quamobrem coleretur in æde sacra, quare gereret hanc volucrem, Audi, inquit, Macareu; atque hinc cognosce etiam quæ sit potestas meæ dominæ. Tu attentum præbe animum* meis *sermonibus.*

quod lepidissimum videtur Bothio.—310 Cant. et tres alii *mult. quondam mihi.* —311 Pr. V. *tal. facta par.*—314 Heins. putat huic versui præponendum illum, qui sequitur, 'Ædе sacra,' &c. Plurimi vett. *Ostendens juv.* In quibusdam etiam *juvenale.* Tum duo *ferens.* Deinde Gron. pr. et duo alii *vert. saxum;* Sixii *pictum;* unus Heins. *pici.*—315 In Heidelb. *que* omiss.—316 Duo

NOTÆ

307 *Gratos*] Paucissimos reperire licet, qui erga illos gratum animum testentur, a quibus asserti sunt. Voluptas quia grata est, placent etiam quæcumque probra ad eam perducunt: odio habentur, qui illa improbando, voluptatem etiam tollere videntur.

315 *Multis*] Ni fallor, aliquid magnum latet sub hac fabula: cum præsertim Marti picus sacer esse dicatur; qui hominibus herbam eam indicasse dicitur, cujus tactu seræ resolvuntur. Illam namque volunt eum petere, si clavis aut quibuscumque ferramentis, nidi ejus quem in cavis arborum struit, aditus præcludatur. Ipse Horatius de Circe Solis filia male sensit. Ceterum, quid agat cum illa hominum versutissimus per annum integrum, non facile assequor, si meretrix fuit, atque id tantum. Quid si eo in sues et canes dicitur Ulyssis socios transformasse, quod sapientia sua eos esse ostenderet, quos deinde ad meliorem frugem reduxerit?

Fab. VII. Picus in Avem.

Picus, ex progenie Saturni, rex Tyrrheniæ, quæ postea Italia dicta est, cum in agro Laurenti venaretur, visus a Circe, propter eximiam pulchritudinem est adamatus. Sed cum amore conjugis suæ devinctus appetitum Deæ rejiceret, ab eadem ob contemtum in avem picum mutatus est.

Picus in Ausoniis, proles Saturnia, terris
Rex fuit, utilium bello studiosus equorum.
Forma viro, quam cernis, erat. Licet ipse decorem
Aspicias, fictaque probes ab imagine veram.
Par animus formæ: nec adhuc spectasse per annos
Quinquennem poterat Graia quater Elide pugnam.
Ille suos Dryadas, Latiis in montibus ortas,
Verterat in vultus: illum fontana petebant

VII. *Picus filius Saturni rex fuit in terris Italis cupidus equorum generosorum. Species erat viro quam vides. Potes ipse spectare pulchritudinem, atque laudare veram a simulacro ficto. Animus similis pulchritudini: neque adhuc poterat per ætatem vidisse quater certamen quinquennale in Græca Elide. Ille traxerat in suam faciem Dryadas natas in collibus Latinis: Naiades Deæ aquaticæ, quas Ti-*

Quid for. et tres *sacr. celebretur in.*—319 Thuan. *disce, meis tu dict.*—322 In plurimis scriptis *ips. colorem*; Berolin. *decorem.*—323 Vivian. *formamque*; et vett. quinque *sub imag.*—324 Berolin. *spect. tot ann.*—325 Olim edebatur *Quinq. poteras Graia q. edere pugna*: Nauger. notat et nonnullis legi *Graiam...pugnam.* Ciofano teste, quidam alii impressi *Graios...edere pugnam*; vett. autem libri *Graia...edere pugna*; quod sibi sequendum videbatur. Ex vulg. Bersm. profert *Graios q. edere pugnam*; et ex uno Cod. suo *Graiam...pugnam*; ex altero *pugna quater edere Graia*: ipse legebat *poterat Graiam quater edere pugnam.* In quibusdam etiam Codd. varie legitur *poteram, poteras, poterant*: at in N. opt. Fl. aliisque *poterat*, quod Heins. sequitur. Denique etiam correxit *Elide* pro *edere.* Post hunc vs. in uno Leid. alter erat additus; *Gratus erat cunctis, et munere dignus amoris.*—326 Multi scripti *D. latis in*; unus *altis.*—327 Opt. Fl. *ill. furtiva pet.* quinque libri *montana*

NOTÆ

320 *Ausoniis*] Italis, ut sæpe dictum.

322 *Quam*] Statuam et signum Pici ostendebat.

324 *Nec adhuc*] Nondum natum fuisse dicit viginti annos.

325 *Elide*] Quæ regio est Peloponnesi, in qua Pisa seu Olympia ad Alpheum fluvium, ubi ludi Olympici quinto quoque anno celebrati.

326 *Dryadas*] Nymphas dicit, quæ in sylvis vivere credebantur, Pici amore fuisse correptas.

Numina, Naiades; quas Albula, quasque Numici,
Quasque Anienis aquæ, cursuque brevissimus Almo,
Narque tulit præceps, et amœnæ Farfarus umbræ,
Quæque colunt Scythicæ regnum nemorale Dianæ,
Finitimosque lacus. Spretis tamen omnibus unam
Ille fovet Nymphen, quam quondam in colle Palati
Dicitur ancipiti peperisse Venilia Jano.

bris, et quas aquæ Numici, et quas aquæ *Anienis, et Almo brevissimus curru, et Nar celer habuit, et Farfarus gratæ umbræ, et quæ frequentant regnum nemorale Dianæ Scythicæ, et stagna proxima, illum cupiebant. Ille tamen, contentis ceteris, amat unam Nymphen, quam Venilia dicitur peperisse olim Jano Ionio in monte*

colebant: unus Leid. *fontana bibebant.*—328 Unus Bonon. *quasque Alb.*—329 *Quasque* est ex eodem Bonon. vulg. *Quas* omiss. copula: Priscian. habet *Aut An.* Opt. Fl. *cursusq. brevis.* Heins. conj. *cursumq.* ut sit Græcismus. Leid. unus *Almon.*—330 Berolin. *Narve...et opacæ:* vulg. etiam edebatur *opacæ:* at *amœnæ* Servius habet ad Æn. VII. 715. unde Heins. recepit. Dein *umbræ* dedit idem ex opt. Fl. Bernegg. et octo aliis; vulg. *undæ.*—331 In uno Ciofan. *Quasque tenent S.* Nonnulli etiam *Scythiæ. Regnum* ex Bernegg. Heins. recepit pro vulg. *stagnum.*—333 *Favet* pro *fovet* habent unus Gron. unus Jun. et alius; ceteri, *colit.* Berolin. *Nympham.*—334 Nonnulli, *Ionio Jano.* Heins. conj. *Ineo Jano;* Janum enim pro Palæmone sive Portu-

NOTÆ

328 *Albula*] Tybris est, qui prius ab aquæ colore eo nomine appellatus.

Numici] Fluvius est Laurentis agri, in quem Æneam cecidisse ferunt.

329 *Anienis*] Anio fluvius est Latii non longe ab urbe in Tyberim defluens.

Almo] Hic etiam rivus haud longe ab urbe Roma Tyberim ingreditur.

330 *Nar*] Umbriæ hic est in Tyberim quoque labens.

Farfarus] Sabinorum est, qui per valles stagnans ripas habet plurimis arboribus consitas, a quibus amœnæ umbræ.

331 *Scythicæ*] In Chersoneso Taurica sanguine exterorum qui illuc appellebant colebatur Diana; quæ ab Oreste, ut quibusdam placet, Ariciam Latii oppidum oraculi jussu translata, tanta ibi non culta fuit immanitate. Servus tantum aliquis fugitivus, qui 'Rex nemoralis' aut 'nemorensis' a nemore templo adjacenti dicebatur, sacerdotio fungebatur, qui ab alio fugitivo provocatus ad certamen, aut ipse mactabatur, aut illum jugulabat qui regno suo succedere cupierat.

333 *Palati*] Palatium mons fuit unus ex septem Romæ maxime conspicuis; ubi Augustus Apollini ædem porticibus et Bibliotheca celeberrimam excitavit.

334 *Ancipiti*] Plurimæ Edd. *Ionio:* nam Janus, qui antiquissimus rex fuit Italiæ, atque idem prudentissimus, ideo Ionius dicitur, quod Perrhæbus, atque adeo Ionio mari vicinus, illud superandum habuerit cum in Italiam venit. Inspice modo tabulas Geographicas, sine quibus vix unquam lector cautus librum aperuerit.

Venilia] Soror una dicitur Amatæ

Hæc, ubi nubilibus primum maturuit annis,
Præposito cunctis Laurenti tradita Pico est:
Rara quidem facie, sed rarior arte canendi;
Unde Canens dicta est. Sylvas et saxa movere,
Et mulcere feras, et flumina longa morari
Ore suo, volucresque vagas retinere solebat.
Quæ dum fœminea modulatur carmina voce,
Exierat tecto Laurentes Picus in agros,
Indigenas fixurus apros: tergumque premebat
Acris equi, lævaque hastilia bina ferebat,
Pœniceam fulvo chlamydem contractus ab auro.
Venerat in sylvas et filia Solis easdem:
Utque novas legeret fœcundis collibus herbas,
Nomine dicta suo, Circæa reliquerat arva.
Quæ simul ac juvenem, virgultis abdita, vidit,

Palatino. Postquam hæc rara quidem forma, sed rarior peritia cantandi, ex quo vocata est Canens, *primum pervenit ad ætatem nubilem, data est Pico Laurenti antepositio omnibus. Consueverat agere arbores et lapides, et delinire feras, et sistere suo cantu longos fluvios, et corripere aves fugaces. Quæ dum modulatur versus voce muliebri, Picus prodierat domo in campos Laurentes trajecturus apros indigenas; atque equo insidebat generoso, et gerebat sinistra duo venabula, collectam habens chlamydem purpuream fibula auri flavi. Filia Solis venerat etiam in eadem nemora; atque ut carperet raras* quasdam *herbas in fertilibus montibus, deseruerat agros Circæos appellatos suo nomine. Quæ tecta frondibus statim atque*

---

no habitum.—336 *L. est trad.* P.—337 Multi *facies*, sed *facie* præferendum Burm. docet, quia seq. *arte*. Pro *Rara* et *rarior* Fr. et Sprotii *Grata* et *gratior;* Ball. *Clara* et *clarior.*—338 Sec Pal. *sylvasque.*—339 Idem Cod. *sæpe* pro *longa.*—341 Heins. ex Cant. placet *molitur* pro *modulatur.* Conj. etiam *flexanima voc.* ut 'flexanima oratio' apud Ciceronem.—344 Vulg. *bina gerebat:* Ciofani libri, et Cælest. *ferebat;* unus *tenebat;* Pal. et tres alii *regebat.*—345 Alii *Puniceam fulv.* Dein *contractus* Heins. dedit pro vulg. *comprensus* ex opt. Fl. Bernegg. et duodecim aliis: ceteri *contactus*, vel *concinctus*, vel *contortus*, vel *contectus*, vel *compressus*, vel *complexus*, vel *suspensus:* Heins. monet etiam *connexus* posse legi.—348 Plerique vett. et optimi

NOTÆ

Latini uxoris, et mater Turni a Virgilio; quæ quomodo Jani uxor esse potuerit non video. Sed neque Janus ullus fuit. Sunt hæ obscurissimæ veritatis larvæ; quæ utinam nullæ unquam extitissent.

336 *Laurenti*] Qui Laurenti Latii oppido ab ipso condito, Laurentibus, non procul a Lavinio imperabat.

345 *Contractus*] Illud est quod Maro ita expressit, Æn. v. 'lato quam circum amplectitur auro Balteus, et tereti subnectit fibula gemma.'

346 *Filia*] Circe, scilicet.

349 *Simul*] Maximum est periculum ex visu, ut cernis; at certe imparatis,

Obstupuit. Cecidere sinu, quas legerat, herbæ:
Flammaque per totas visa est errare medullas.
Ut primum valido mentem collegit ab æstu;
Quid cuperet, fassura fuit. Ne posset adire,
Cursus equi fecit, circumfususque satelles.
Non tamen effugies, vento rapiare licebit,
Si modo me novi; si non evanuit omnis
Herbarum virtus; nec me mea carmina fallunt.
Dixit: et effigiem, nullo cum corpore, falsi
Finxit apri, præterque oculos transcurrere regis
Jussit, et in densum trabibus nemus ire videri,
Plurima qua sylva est, et equo loca pervia non sunt.
Haud mora: continuo prædæ petit inscius umbram

aspexit juvenem, hæsit attonita: gramina quæ carpserat exciderunt sinu, et ignis visus est currere per totas medullas. Postquam primum resipuit a potenti flamma, voluit agnoscere quid optaret. Impetus equi et ministri circumfusi causa fuerunt ne posset accedere. Non tamen elaberis, inquit, *quanquam ventis auferreris, si saltem mihi perspecta sum, si omnis potentia graminum non effluxit, et mea carmina* non *me decipiunt. Dixit; et formavit speciem ficti apri sine omni corpore: atque imperavit transcurrere præter oculos regis, et videri subire sylvam spissam arboribus, qua ea est maxime opaca, et loca non sunt pervia equo. Sine cunctatione,*

relig. antra.—350 *Sinu* recepit Heins. ex pr. Gron. Thuan. Jun. et Bernegg. pro var. lect. vulg. *manu.* Plurimi etiam scripti *leg. herbas.*—351 Pal. O. et Berolin. cum tribus aliis *est torrere med.* Bas. et plures *ardere.*—352 Unus *calido* pro *valido.* Mor. *ment. concepit ab.*—355 Plurimi *Non, ait, effug.*—357 Langerm. *Herb. succus.* Dein meliores *nec;* alii *et.*—359 Quart. Pal. *propterque.*—360 Fl. S. Marci, et N. *Esset et.* Deinde Burm. monet, si quem τὸ *videri* offendat, illum *videtur* legere posse Gronoviani et duorum aliorum Mss. auctoritate. Heins. pro *Jussit* arridebat *Fecit.* Unus Med. *et horrendum.* Inde conj. Burm. *Jussit. In horrendum trabibus nemus ire videtur.*—361 Berolin. *et quo loc.*—362 Pro *præda* Urbin. et unus Med. *gratam.* Dein S. Marci et alii

NOTÆ

et libidini suæ obsequentibus. Ille facile vincitur, immo jam victus est, qui vinci cupit. At certe qui periculum timet, suæque cavet libertati, non ita corripitur. Reflexu scil. radiorum lippiunt amatores oculi, et, 'Dum spectant læsos, læduntur et ipsi.' Verum, 'Carpit enim vires paulatim, uritque videndo Fœmina:' quam si fugeris, 'Tutus eris,' ipso docente Ovidio.

354 *Circumfusus*] Non modo celerrimus equus Picum a Circes oculis abstulerat; verum, ut maxime constitisset, facile non erat coram comitum latera stipantium agmine de amore illum compellare.

362 *Umbram*] Aprum, scilicet, Circes veneficiis simulatum: cujusmodi simulacra, num per artes magicas excitari possint, miror viros etiam præstantissimos dubitasse.

Picus; equique celer fumantia terga relinquit;
Spemque sequens vanam, sylva pedes errat in alta.
Concipit illa preces, et verba venefica dicit:
Ignotosque Deos ignoto carmine adorat,
Quo solet et niveæ vultum confundere Lunæ,
Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.
Tum quoque cantato densetur carmine cœlum,
Et nebulas exhalat humus; cæcisque vagantur
Limitibus comites; et abest custodia regi.
Nacta locum tempusque, Per o tua lumina, dixit,
Quæ mea ceperunt, perque hanc, pulcherrime, formam,
Quæ facit, ut supplex tibi sim Dea, consule nostris
Ignibus; et socerum, qui pervidet omnia, Solem
Accipe: nec durus Titanida despice Circen.

Picus nescius confestim persequitur umbram præcæ: atque propere decurrit dorsum fumans equi; et sequens spem inanem vagatur pedes in excelsa sylva. Illa concipit preces, et profert incantamenta, et veneratur Deos ignotos ignoto carmine, quo et consuevit obscurare faciem Lunæ splendidæ, atque inducere nubila bibula capiti paterno. Tum etiam aër cogitur carmine cantato, et tellus emittit vapores; atque comites errant per obscuras vias, et rex caret satellitibus. Circe *nacta locum et tempus, O, inquit, per tuos oculos, qui corripuerunt meos, et per hanc speciem, formosissime, quæ causa est, ut Dea te precer, fave nostro amori, atque sume in socerum Solem, qui pervidet omnia; neque immitis sperne Circen Titanida. Dixerat: ille sævus rejicit*

nonnulli *inse. umbras.*—363 *Fumantia* dedit Heins. ex quatuor scriptis; vulg. *spumantia. Relinquit* etiam præstantiores, non *reliquit.*—365 *Venefica* ex melioribus recepit Heins. pro vulg. *precantia.* Multi Codd. etiam *ducit.*—367 Tres libri in pro *et*; Thuan. etiam *nitidæ.* Mox unus Heins. *vult. suffundere Lunæ.* Menard. et quatuor alii *deducere*, quod etiam verb. magicum.—369 *Densetur* Heins. protulit ex plurimis vett.; alii *densatur.*—371 Urbin. *ut abest*; et quod placet Burm. si tollatur distinctio post *regi*; et ponas post *comites.* Dein *regi* Heins. dedit ex Naugerio, pr. Hamburg. et aliis suis pro vulg. *regis.*—375 *Pervidet* ex pr. Pal. S. Marci, N. Urbin. pr. Hamburg. et multis aliis; vulg. *prævidet*; O. et undecim alii *providet.*—376 Leid. *T. respice* C. Heins. malebat

NOTÆ

366 *Ignoto*] Namque melius est in totum hujusmodi artes nefarias ignorare.

368 *Patrio*] Soli. Fabulam autem videtur exponere ipse Poëta. Neque vero magis difficile est nubes cière, aut tempestates movere: siquidem tamen dæmonis scientia uti licet.

369 *Densetur*] 'In nubem cogitur aër,' ut inquit Virgilius.

373 *Mea*] 'Ipsi tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia, meis medullis acerrimum commovent incendium,' inquit Apuleius Metam. l. x. Quodque de puellis prædicavit Propertius, cum dixit, 'Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,' de viris etiam dici potest.

376 *Titanida*] Titani Solis filiam.

Dixerat: ille ferox ipsamque precesque repellit:
Et, Quæcumque es, ait, non sum tuus: altera captum
Me tenet, et teneat per longum, comprecor, ævum.
Nec Venere externa socialia fœdera lædam,
Dum mihi Janigenam servabunt fata Canentem.
Sæpe retentatis precibus Titania frustra,
Non impune feres, neque enim reddere Canenti:
Læsaque quid faciat, quid amans, quid fœmina, disces
Rebus, ait: sed amans, et læsa, et fœmina Circe.
Tum bis ad occasum, bis se convertit ad ortum:
Ter juvenem baculo tetigit: tria carmina dixit.
Ille fugit, sese solito velocius ipse
Currere miratus, pennas in corpore vidit:
Seque novam subito Latiis accedere sylvis
Indignatus avem, duro fera robora rostro
Figit, et iratus longis dat vulnera ramis.

et ipsam et preces; atque, inquit, Quæcumque es, non sum tuus: alia tenet me captum, et oro ut illa teneat per longum tempus: neque violabo jura connubialia Venere peregrina, quamdiu fata mihi indulgebunt Canentem Jani filium. Titania, precibus sæpius iteratis frustra; Non inultus discedes, inquit; neque vero reverteris ad Canentem: et scies experientia quid offensa præstet, quid amans, quid fœmina; atque Circe et offensa, et amans, et fœmina. Tum bis se convertit ad occasum, bis se contorquet ad ortum; ter tetigit juvenem virga; protulit tria carmina. Ille fugit, ipse miratus sese ferri celerius solito, advertit pennas in corpore: atque ægre ferens se repente accedere novam volucrem sylvis Latinis, percutit duras arbores sævo rostro, atque infensus impingit plagas oblongis ramis. Pennæ ceperunt

---

respue.—377 In utroque Ciofan. V. et Berolin. *precesque reliquit.*—379 In uno Ciofan. *long. deprecor æv.* Heins. malebat *Dii, precor.* Mor. etiam *annum.*—380 Quinque vett. *fœd. rumpam.*—382 Bas. *Sæpe refutatis prec.* Cant. *receptatis.*—383 *Enim* Heins. dedit ex pr. Gron. et sec. Med.: vulg. *ait:* at *ait* mox sequitur.—384 Heidelb. *Læsaque quid quid amans, quid possit fœmina disces.*—385 Multi *Circe. est.*—386 Plurimi ex optimis *ad ortum;* vulg. *ortus;* quod et revocavit Mitscherl.—389 Berolin. *Curr. miratur.* Deinde unus Leid. *corp. redit,* quod eleganter respondere sequentibus *indignatus* et *iratus* putat Burm.—390 Mor. *L. succedere sylvis.*—391 Pro *duro,* multi *diro,* i. e. infesto; nec etiam *fera robora* placent admodum, nisi dicta sunt ut *fera sylvæ,* de quo Not. Var. Epist. IV. 38. In uno Moreti erat, *rostro fregit;* unde Heinsius conjecerat, *duro fera robore rostra fregit:* ut lib. III. 53. 'Furit ille, et inania duro Vulnera dat ferro, frangitque in acumine dentes.'—392 A. *vuln. truncis.*—

NOTÆ

384 *Læsaque*] Pulcherrima, si uspiam aliqua, est gradatio.

385 *Circe*] Non sine lepore atque maxima emphasi ultimo nominata Circe.

392 *Iratus*] Captus equidem fuerat

Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem.
Fibula quod fuerat, vestemque momorderat aurum;
Pluma fit: et fulvo cervix præcingitur auro.
Nec quicquam antiqui Pico, nisi nomina, restat.

Fab. VIII. Socii ejus in Feras.

Socii quoque Pici, requirentes ducem, ne viribus in noxiam sævirent, contacti venenis in varias species abiere.

Interra comites, clamato sæpe per agros
Nequicquam Pico, nullaque in parte reperto,
Inveniunt Circen, (nam jam tenuaverat auras,
Passaque erat nebulas ventis ac sole resolvi,)
Criminibusque premunt veris, regemque reposcunt,
Vimque ferunt; sævisque parant incessere telis.
Illa nocens spargit virus, succosque veneni:
Et Noctem, Noctisque Deos Ereboque Chaoque

colorem coccineum chlamydis: quod aurum fuerat uncinus, atque contraxerat amictus, fit pluma, et collum circumdatur flavo auro: nec quicquam superest antiqui Pico, præter nomen.

VIII. *Interea comites, Pico sæpe vocato frustra per campos, neque ullibi invento, incidunt in Circen (jam enim tenuaverat aërem, atque passa erat nubila dispergi ventis ac Sole), atque coarguunt veris accusationibus, et repetunt regem, vimque intentant, et volunt irruere feris hastilibus. Illa spargit perniciosum virus et succos venenatos, et cogit Caliginem et Deos Caliginis ex Erebo et Chao, atque precatur*

394 Unus Med. *Fib. qua fuerat.* Dein tert. Med. *momord. auro;* cujus in margine ascriptus erat sequens versus. Bothius hic legendum putat *vestisque momord. oram.*—395 Pat. *et subito cerv.*—396 *Antiqui* Heins. recepit ex opt. Fl.: vulg. *antiquum:* N. Arund. et decem alii exhibent *antiquo. Restat* etiam ex castigatioribus pro vulg. *restant.*—398 Unus Heins. *P. nec in ulla parte.* Quinque etiam libri *recepto.*—399 Tres scripti *tenuav. umbras;* unus *auram.*—400 Fl. S. Marci, Bernegg. Thuan. pr. Hamburg. et Mor. et quatuor alii *sol. recludi;* quod et Burmanno elegans videbatur: unus etiam *rescindi;* alius *remitti.*—401 Sprotii Cod. *petunt* pro *premunt.*—404 *Ereboque Chaoque* Heins.

NOTÆ

Picus, at supra modum ferox: ut hinc præ studio nimios non esse decere omnes possint intelligere.

399 *Tenuaverat*] Coactas nubes et densatum aërem solverat.

404 *Erebo*] Quæ profundissima est Inferorum sedes; ubi etiam Erebus Deus ex Chao et Caligine procreatus.

Chao] Quod omnium rerum confusa moles, ex qua omnia derivata: vel etiam Deorum omnium antiquissimus, ex quo ceteri propagati.

Convocat: et longis Hecaten ululatibus orat.
Exsiluere loco (dictu mirabile) sylvæ;
Ingemuitque solum, vicinaque paluit arbos;
Sparsaque sanguineis maduerunt pabula guttis;
Et lapides visi mugitus edere raucos;
Et latrare canes; et humus serpentibus atris
Squalere, et tenues animæ volitare videntur.
Attonitum monstris vulgus pavet. Illa paventum
Ora venenata tetigit mirantia virga.
Cujus ab attactu variarum monstra ferarum
In juvenes veniunt: nulli sua mansit imago.

Hecaten magicis ululatibus. Sylvæ (mirabile dictu) loco motæ sunt; et terra ingemuit, et arbores proximæ palluerunt; et gramina humida facta sunt sparsa guttis cruentis: et saxa visa proferre raucos mugitus; et canes latrare; et terra exudare nigris anguibus; et exiles umbræ mortuorum volitare. Vulgus attonitum prodigiis tremit. Illa tetigit vultus attonitos trementium baculo incantato: ex cujus contactu prodigia diversarum ferarum invadunt juvenes. Nulli stetit sua forma.

recepit ex plerisque vett. alii *Erebonque Chaonque*.—405 Gron. pr. *Congemit*: Leid. *Evocat*. Mox plurimi *et magnis*, unde Heins. *magicis*.—406 *Exiluere* ex vett.; alii *exiliere*. Berolin. habet *sylv. mirab. dict*.—407 Multi etiam *arbor* pro *arbos*.—408 *Maduerunt* est in uno Ciofan. Cælest. et Mor.; ceteri *rubuerunt*. Et idem Cælest. et V. *gramina gutt*.—409 In uno V. *visi gemitus sunt ed*. et pr. Gron. et duo alii *reddere*: at Bonon. *edere mutos*.—411 Permulti *volitare silentum*, quod arridet Heins. Sed Burm. improbat, quia vers. seq. exit in *paventum*, et ita rhythmum faceret; quanquam nonnulla talia in Ovid. observare licet. Recepit illud Mitscherl.—412 *Monstri* olim corr. Heins.; Berolin. *vulgus timet*. In multis scriptis *Illa clientum*: Fl. S. Marci, et Bonon. *paventis*.—414 Berolin. *ab intactu*.—415 Unus Mor. *juv. abeunt*. Bas. et Thuan.

NOTÆ

405 *Hecaten*] Dianam dicit, quæ veneficiis atque incantamentis, immo et omnibus propemodum rebus, præesse credita, mutatis tamen nominibus.

411 *Squalere*] Mire horrorem veneficii istud indicat.

Tenues] Umbras dicit sine corpore.

412 *Vulgus*] De Pici comitibus sermo est.

413 *Tetigit*] Neque hodiernas veneficæ, nisi singulatim aut peculiari quodam modo singulis attributo veneno, nocere videntur.

415 *Nulli*] Adeoque suis Principibus mature debent consulere Populi; ne illorum in sese redundet clades. Possunt insuper omnes ex hac fabula cognoscere, quam periculosum sit sese perditis aliorum rebus immiscere: tametsi, vel certissimo exitio, officio suo quisque fungi debet.

Fab. IX. Canens Pici uxor in Auras.

Uxor quoque Pici Canens secundum Tiberim defiens desiderio viri amissi extabuit. Ita tamen ut locus memoriam nominis præberet posteris. Canens enim nominatus est.

Presserat occiduus Tartessia littora Phœbus ;
Et frustra conjux oculis animoque Canentis
Expectatus erat. Famuli populusque per omnes
Discurrunt sylvas, atque obvia lumina portant.
Nec satis est Nymphæ flere, et lacerare capillos,
Et dare plangorem ; facit hæc tamen omnia : sese
Proripit, ac Latios errat vesana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
Lumina viderunt, inopem somnique cibique,
Per juga, per valles, qua fors ducebat, euntem.
Ultimus aspexit fessam luctuque viaque

IX. *Sol occidens tetigerat littora Tartessia ; et maritus nequicquam erat expectatus oculis atque menti Canentis. Ministri una cum plebe discurrunt per omnes sylvas, atque ferunt lucernas obvias. Neque satis est Nymphæ ejulare, et discerpere comam, et sese plangere ; quanquam facit hæc omnia : exsilit, atque amens vagatur per campos Latinos. Sex noctes et totidem dies Solis revertentis conspexerunt illam expertem somni et alimenti, errantem per cacumina* montium *et per valles, qua fortuna ferebat. Tybris novissimus vidit illam exhaustam mœrore et*

* * * * * * * * * * * *

mansit origo.—416 Pr. Gron. et Mor. et Hamburg. S. Marci, N. Urbin. Thuan. et multi alii *Sparserat occ.* Heins. conj. *Raserat.* In voc. *Tartessia* variant Codd. *Thephesia* pr. V. O. et alii septem : *Testesia* pr. R. Arund. pr. Pal. et Urbin. *Cephesia* pr. Gron. et octo alii : *Carthesia*, vel *Carchesia*, pr. Bas. et decem alii : Heins. conj. *Carteia*, vel *Cepheia* cum uno Med. ; putat etiam posse *Carpesia* legi, nam in quatuor scriptis *Carphesia.* Græcis est *Ταρτησσὸς* at Berolin. *Tarphesia ;* et *Traphesia* plurimi opt. Codd., unde *Turpessia.*—418 Unus Heins. *Expectandus er.* Deinde Cant. *famulus :* et quatuordecim *famuli populique.*—419 Med. unus *Succutiunt sylvas.*—420 Mor. unus *et laniare cap.*—421 *Sese* erat a man. pr. in quart. Med. unde Heins. recepit : vulg. *sequs.*—422 *Latios* dedit idem ex quatuor scriptis ; olim *latos* legebatur.—425 Thuan. et alius *jug. per colles :* Heins. conj. *calles.* Alii etiam *sors.*—426 Heidelb.

NOTÆ

416 *Tartessia*] Occidentalia : Tartessia enim, vel Cartheïa, ut alii vocant, Hispaniæ sunt Bœticæ a Tarthesso oppido. Videtur autem Sol in Oceanum mergi ex littore Hesperio prospicientibus.

419 *Obvia*] Pico scilicet, si forte reperissent.

Tybris, et in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lącrymis, ipso modulata dolore
Verba, sono tenui mœrens, fundebat; ut olim
Carmina jam moriens canit exequialia cycnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit; inque leves paulatim evanuit auras.
Fama tamen signata loco est; quem rite Canentem
Nomine de Nymphæ veteres dixere Camœnæ.
Talia multa mihi longum narrata per annum
Visaque sunt. Resides, et desuetudine tardi
Rursus inire fretum, rursus dare vela, jubemur.
Ancipitesque vias, et iter Titania vastum

itinere, atque demittentem artus in ripa frigida. Ibi lugens modulata ipsos maerores proferebat voces sono exiguo cum fletibus; ut aliquando cycnus jam moriturus modulatur cantus exequiales. Denique habens medullas extenuatas fletibus defecit, et paulatim dijecta est in subtilem aërem. Fama tamen mansit loco, quem antiquae Musae appellarunt Canentem, ut par fuit, de nomine Nymphae. Multa ejusmodi mihi relata atque visa per longum annum: segnes atque ignavi desuetudine demo jubemur inire mare, atque pandere carbasa. Titania admonuerat de itinere dubio

---

Ultima aspexit; et corr. *conspexit*. Berolin. *fess. et longa*.—427 In Cælest. *corp. terra*. Unus Mor. *gelidas...ripas*.—428 Bothius conj. *Illi cum*; quo recepto concursus *c* literarum vitaretur. Vulg. etiam *ipsos...dolores*; ex vett. Heins. corr. *ipso...dolore*: at conj. *spissos...dolores*: et Burm. *ipso modulante dolore*.—429 Unus Mor. *modo* pro *sono*. Deinde Jun. *ten. Nereus fund.* duo libri *referens*.—430 Berolin. *can. exitialia cycn.*—431 In plurimis *Luct. extremis*: Heins. vero malit *Fletibus extremum*. Deinde *teneras* pro *tenues* multi vett.—433 Berolin. omiss. *est*.—434 *Camenæ* ex Fl. S. Marci, tert. Bonon. pr. Mor. et Hamburg. et uno Bas. Heins. recepit pro vulg. *coloni*.—435. 436 In N. erasa vetus lectio, nisi quod *Multaque* pro *Visaque* restabat; quomodo etiam S. Marci: Bernegg. *Miraque*. Dein idem S. Marci, et pr.

NOTÆ

430 *Canit*] Mirum est, quod non poëtæ modo, sed oratores, philosophi insuper hanc eandem fabulam de cycni ferali cantu inculcaverint, qui non aliam quam raucam vocem solitus est prodere. Placuit, credo, illis qualiscumque pulcherrimæ atque, ut videtur, sapientis avis sonus.

432 *Evanuit*] Aptissima certe metamorphosi, siquidem vocis ea sit natura, ut post breve aliquod temporis spatium 'tenues vanescat in auras.' Ceterum, cum ea sit [redacted] humanis, ut pulcherrima quæque atque fiorentissima citius pereant, delicatulis atque bellulis homunculis terribilem canit Canens cantilenam.

435. *Longum*] Quo apud Circen Macareus, una cum Ulysse atque sociis, commoratus erat.

436 *Resides*] Quibusque 'Patria potior fuit interdicta voluptas;' ut decinit Flaccus.

438 *Ancipites*] Multis periculis obsitas.

Titania] Circe est.

Dixerat, et sævi restare pericula ponti.
Pertimui, fateor; nactusque hoc littus adhæsi.

Fab. X. Diomedis Socii in Aves.

Nec minus Macareus refert insolentiam sociorum erga Venerem, cum Æneas adversus Rutulos pro Latino dimicantes ab Evandro auxilium petiisset; et quemadmodum Turnus Venulo legato a Diomede item auxilium postulasset, qui sub Dauno Iapygiæ rege domicilium posuisset: negante eo, eo quod pro Ænea adversus Venerem stetisset, a se vulneratam inimicam haberet. Et ut comites ejus contemtu Deæ cupientes proficisci in bellum, in mari volucrum figura decepti substiterint. Eorum nomina hæc sunt: Agmon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus. Quæ volucres albi coloris ut cycni sunt.

Finierat Macareus: urnaque Æneia nutrix
Condita marmorea, tumulo breve carmen habebat:
Hic me Caieten notæ pietatis alumnus,
Argolico ereptam, quo debuit igne, cremavit.
Solvitur herboso religatus ab aggere funis:
Et procul insidias, infamatæque relinquunt
Tecta Deæ, lucosque petunt, ubi nubilus umbra
In mare cum flava prorumpit Tybris arena.

atque de ejus longitudine, et superesse discrimina asperi maris. Agnosco expavi, atque nactus has oras hic *mansi.*

x. *Macareus absolverat: atque nutrix Æneia composita in urna marmorea habebat brevem titulum sepulcro: Alumnus celebris pietatis cremavit hic igne quo debuit me Caietam servatam ab* igne *Græco. Vincula nexa expediuntur ab aggere gramineo, atque longe deserunt insidias et domum Deæ famosæ, et accedunt ad lucos, ubi Tybris opacus nebulis defluit in mare cum fulva glarea. Atque Æneas*

Hamburg. *mutata per ævum.*—442 *Marmorea* pro *marmoreo* e duobus recepit Heins. *Tumuli* dedit Mitscherl.—443 Pro vulg. *Caietam* pr. Bas. et tres alii, *Caietem*; hoc est *Caieten: Tuygetin* unus Pal.—445 Sec. Pal. *Tollitur herb.* —447 Unus Bas. *nub. umbram.*—448 Vulg. *cum fulva*; unus Bas. *convulsa:*

NOTÆ

441 *Æneia*] Caieta; quæ ibi sepulta portui et urbi nomen suum dedit, quod hodieque permanet.

444 *Argolico*] A Græcis; namque, incensa Troja, ibi cum multis aliis potioris sortis perire debuisset Caieta.

Debuit] Priscis temporibus defunctorum corpora igne a consanguineis, aut proximis quibusque, cremanda curari notius est quam ut me monitore indigeat.

445 *Funis*] Quo Æneæ naves religatæ erant.

Faunigenæque domo potitur nataque Latini;
Non sine Marte tamen. Bellum cum gente feroci
Suscipitur; pactaque furit pro conjuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota: diuque
Ardua solicitis victoria quæritur armis.
Auget uterque suas externo robore vires:
Et multi Rutulos, multi Trojana tuentur
Castra. Neque Æneas Evandri ad limina frustra,
At Venulus magnam profugi Diomedis ad urbem

potitur domo et filia Faunigenæ Latini, non tamen sine bello. Bellum geritur cum natione sæva; et Turnus sævit pro sponsa promissa. Tota Tuscia congreditur cum Latio; et victoria difficilis diu quæritur armis anxiis. Uterque auget suas opes viribus peregrinis; et multi stant a partibus Rutulorum, multi a partibus Trojanorum. Neque Æneas accesserat incassum ad ædes Evandri: at Venulus frustra

---

flava Heins. recepit ex Fl. S. Marci, tert. Bonon. pr. Hamburg. et uno Voss.—452 Duo libri *Occurrit L.* quod et ipsum verbum belli esse, Burm. docet.—454 Tres *extern. milite*; unus *corpore*.—455 Mor. *sequuntur* pro *tuentur*.—456 Vulg. *ad mænia*. Unus Bas. et unus Voss. omittunt *ad*. Heins. malit *Evandria limina*, ut 'Evandrius ensis,' 'mons Evandrius,' &c. Et verbo *venire* sæpenumero quartus cas. additur sine præpositione.—457 Heins. malit, *Ut Venulus;* nam S. Marci, Urbin. N. aliique nonnulli *Et:* plures cum O. *Sed*. Pro vulg. *frustra* Heins. recepit *magnam* ex S. Marci, Urbin. et N.

NOTÆ

449 *Faunigenæ*] Fauno enim et Marica genitus Latinus.

Nata] Lavinia.

450 *Marte*] Namque gravissimum bellum adversus Turnum et Rutulos, gentem ferocem, gessit.

451 *Pacta*] Lavinia est, quam mater Amata, ut est fœminarum pervicacia, Turno, invitis Fauni oraculis, quæ illam externo marito addicebant, Latino insuper marito reluctante, promiserat.

452 *Tyrrhenia*] Quæ Trojanis favit adversus Turnum; ut canit Virgilius.

453 *Ardua*] Siquidem Dii ipsi sæpius de ea contenderint, Junone Turno, Venere suo præsertim favente Æneæ.

455 *Rutulos*] Latii fugunt populi, Turni subditi.

Multi] [illegible] a Ma-

Delph. et Var. [illegible] *Ovid.*

rone Æn. VII. a vs. 794.

456 *Evandri*] Rex fuit Arcadiæ, qui cum patrem imprudens occidisset, atque regno pulsus esset, Carmentæ matris fatidicæ hortatu in Italiam venit, atque, victis Aboriginibus, ea loca tenuit ubi postea Roma condita fuit. Is Æneæ consiliis atque copiis auxiliaribus juvit.

457 *Venulus*] Qui a Turno ad Diomedem missus orator, frustra auxilium petivit.

Diomedis] Rex fuit Ætoliæ, idemque bello fortissimus; qui a bello Trojano reversus, cum adulteram sibique insidiantem Ægialen uxorem cognovisset, in Italiam profugit; ubi Dauni Apuliæ regis filiam cum parte regni suam fecit, Argyrippam insuper condidit.

Venerat. Ille quidem sub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat, dotaliaque arva tenebat.
Sed Venulus Turni postquam mandata peregit,
Auxiliumque petit; vires Ætolius heros
Excusat: nec se soceri committere pugnæ
Velle sui populos: nec, quos e gente suorum
Armet, habere viros. Neve hæc commenta putetis;
(Admonitu quanquam luctus renovantur amaro;)
Perpetiar memorare tamen. Postquam alta cremata est
Ilion, et Danaas paverunt Pergama flammas,
Naryciusque heros, a virgine, virgine rapta,
Quam meruit solus, pœnam digessit in omnes;
Spargimur: et ventis inimica per æquora rapti,

venerat *ad ingentem urbem profugi Diomedis. Ille quidem posuerat vastissimos muros sub Dauno Iapyge, et possidebat agros dotales. Sed postquam Venulus enarravit jussa Turni, et poposcit suppetias, heros Ætolius excusat opes: neque se cupere ad bellum mittere subditos sui soceri; neque habere viros ex numero suorum quos armare possit. Neve credatis hæc esse ficta, tametsi mœror redintegratur crudeli admonitu, sustineam tamen referre. Postquam sublimis Troja deflagravit, et arces Iliacæ pabulo fuerunt igni Græco, et heros Narycius, virgine sublata, sparsit in omnes a virgine pœnam qua solus dignus fuit;* nos *Græci di-*

In quibusdam *ad urbes;* V. *ad arces.*—461 Multi vett. *Auxiliumq. petit:* vulg. *Auxilium petiit;* Berolin. *Aux. et petiit.*—462 Vulg. *se aut soc.* Heins. cum multis vett. omisit *aut:* et vs. proximo cum iisdem reposuit *nec* pro vulg. *aut.* Pr. Gron. et alii *comm. bello.*—464 *Viros* est ex Fl. S. Marci, sec. Pal. pr. Bas. Arund. et aliis; vulg. *ullos.*—465 Berolin. *quanq. renovetur luct. am.* Plurimi etiam alii *renoventur.* Heidelb. sic vs. exhibet *Amonitu—renitur amari.*—467 Plurimi *Ilios.* In uno Ciofan. *et Danais patuerunt P. dextris.* Pro *flammas* etiam Fl. S. Marci, pr. Gron. Arg. et duo alii *dextras.*—468 Tres Med. et unus Heins. *a templo virg.* Voss. pro *virgine* habet *Pallade.* Heins. conj. *a Pallade virgine.*—469 Berolin. *pœn. sol. dejecit:* Bersm. et marg. Gryph. Blitiani, Gron. et octo alii *disjecit.*—470 In uno Ciofani, et

NOTÆ

458 *Iapyge*] Qui in Iapygia seu Apulia regnum obtinebat.

459 *Dotalia*] In dotem uxoris a socero Dauno accepta.

461 *Ætolius*] Diomedes, scilicet; quem antea in Ætolia imperium habuisse diximus.

468 *Naryclus*] Locrensis: fuit enim Naryx, quæ et Narycium et Naryce dicitur, urbs Locridis. De Ajace autem Oilei hic agitur, qui ob stupratam Cassandram regiam virginem in ipso Minervæ templo, non in se tantum, sed in omnes Græcos numinis iram concitavit. Nam in patriam navigantes, et ipse, maxima orta tempestate, fulmine percussus est, et alii per maria fuere disjecti, ut vix unus et alter domum redire potuerint.

Virgine] Minerva.

Virgine] Cassandra.

Fulmina, noctem, imbres, iram cœlique marisque
Perpetimur Danai, cumulumque Capharea cladis.
Neve morer referens tristes ex ordine casus;
Græcia tum potuit Priamo quoque flenda videri.
Me tamen armiferæ servatum cura Minervæ
Fluctibus eripuit. Patriis sed rursus ab agris
Pellor: et antiquo memores de vulnere pœnas
Exigit alma Venus: tantosque per alta labores
Æquora sustinui, tantos terrestribus armis,
Ut mihi felices sint illi sæpe vocati,
Quos communis hyems, importunisque Caphareus
Mersit aquis: vellemque horum pars una fuissem.
Ultima jam passi comites belloque fretoque,

vellimur, et ablati ventis per infensa maria, ferimus fulmina, caliginem, nimbos, iram cæli et oceani, et in cumulum exitii Caphareum. Neve detineam vos memorans singulatim luctuosos eventus; Græcia tum potuit videri lugenda etiam Priamo. Favor tamen armigeræ Palladis sustulit ex undis me custoditum. Verum rursus rejicior ab Argis patriis; atque alma Venus recordans vulneris antiqui a me illati *reposcit pœnas: et passus eum tantos labores per profunda maria, tantos armis terrestribus, ut illi sint sæpe dicti beati a me, quos publica tempestas et Caphareus absorbuit aquis molestis; optaremque* ut *fuissem pars una eorum. Socii jam passi extrema bello et mari deficiunt, et orant finem*

octo aliis *æq. victi.*—471 *Fulgura* pr. Erfurt. alter R. et unus Leid. Pro *imbres* pr. Twisden. *hyemes.*—473 Omnes fere scripti *referam* pro *referens.*—474 Unus Mor. *P. miseranda vid.*—475 Novem scripti *tam. armigeræ serv.*—476 Quidam *patr. et rurs.* Berolin. *que.* Multi etiam vett. *ab Argis.*—479 Urbin. *quantos* pro *tantos.*—481 *Importunisq.* Heins. scribit cum Barb. et Langerm. pro vulg. *importunusq.*—482 Heidelb. *Misit aq.* Unus Heins. veterrimus *vellemq. chori.* Tum Heidelb. cum Berolin. habet un. *fuisse:* Heins. recepit *fuissem* ex S. Marci, Bernegg. pr. Hamburg. aliisque multis. —483 Cælest. *comites ferroque marino.* Duo libri Heins. *belloq. marique.*—

NOTÆ

472 *Capharea*] Illud Eubœæ promontorium Virgilius hac causa ultorem dixit. Nauplius, Palamedis filii mortem iniquo animo ferens, Minervæ suasu, Græcis tempestate laborantibus faces, quasi portus signa, ex Capharco extulit, quo cum appellere niterentur in cautes Euboicas naufragi interierunt.

474 *Priamo*] Utcumque infensissimo hosti, siquidem a Græcia regno, liberis, vita denique spoliatus.

475 *Armiferæ*] Nam et Dea belli.

476 *Agris*] Quidam *Argis:* Argos enim Peloponnesi urbem Tydeus, Ætoliæ regno pulsus, ad Adrastum confugerat; ubi ex Deiphyle hujus filia Diomedem suscepit.

477 *Vulnere*] Namque ipsam Deam Venerem sagitta a Diomede vulneratam, quæ [illegible] scripserunt [illegible] Dea a Diomede [illegible] abalienavit, ut

Deficiunt, finemque rogant erroris. At Acmon
Fervidus ingenio, tum vero et cladibus asper,
Quid superest, quod jam patientia vestra recuset
Ferre, viri? dixit. Quid habet Cytherea, quod ultra
(Velle puta) faciat? nam dum pejora timentur,
Est in vota locus: sors autem ubi pessima rerum,
Sub pedibus timor est, securaque summa malorum.
Audiat ipsa; licet; licet, ut facit, oderit omnes
Sub Diomede viros; odium tamen illius omnes
Spernimus, et magno stat magna potentia nobis.
Talibus invitam Venerem Pleuronius Acmon
Instimulat verbis, veteremque resuscitat iram.

itineris. At Agmon vehemens animo, tum vero etiam sævus ex malis, Quid restat, inquit, quod vestra virtus jam non patiatur, viri? quid habet Cytherea, quod amplius faciat, posito quod cupiat? nam dum graviora metuuntur, locus est precibus; cum vero sors omnium gravissima, pavor protritus est, et summa malorum minime timenda. Quanquam ipsa audiat; tametsi, ut facit, odio habeat omnes viros sub Diomede; nihilominus omnes contemnimus illius odium, et contra magnum est nobis magna vis. Agmon Pleuronius talibus verbis provocat Venerem nolentem, et ac-

---

484 Unus *Destituunt; finemque.* In quibusdam etiam *rog. terroris.* Nonnulli scribunt *Agmon;* sed *Acmon* recepit Heins. ut Procne, Cycnus, &c.—485 Pro *Ferv. ing.* unus Leid. habet pro var. lect. *Ira sibi ingenita.*—486 Heins. placet *vestra* ex castigatioribus; vulg. *nostra.*—489 *In vota locus* est ex Thuan. et duodecim aliis; vulg. *locus in voto.* Tres scripti *fors* pro *sors.* In Berolin. *ast* pro *autem.* Deinde Heidelb. *rer. est.* Bothius ita vs. refingit *Est in vota locus; at sors ubi pessima rerum.*—490 Cant. *securaq. cura mal.*—491 Sic Heins. ex altero Thuan. uno suo, et uno Med. vulg. *ips. licet et quod fac.* Bernegg. *lic. quid quod fac.* vel *qua quod:* pr. Hamburg. *quam quod;* pr. Mor. et Bonon. vel *quod.*—492 Heins. malebat *illius omne.*—493 In uno Ciofan. *Sprevimus, et.* Deinde unus Leid. *et damno;* aliique *et parvo.* Heins. etiam vult *tanta potent.* cum uno Mor. et altero Thuan.—494 Mss. omnes, præter unum Heins. et pro div. lect. Zulichem. *iratam Ven.* sed *invitam* recepit Heins. quia *iram* sequitur. Dein duo libri *Pleur. heros.*—495 *Veteremq.* est ex uno V. vulg. *veterumq.* in quibusdam *stimuliq.* tert. Med. *stimulosq.* alius *stimuliq.*—497 *Pa-*

NOTÆ

illum ab excidio Trojano reversum accipere noluerit.

484 *Erroris*] Eo nomine etiam appellantur itinera, quæ per incertum mare suscipiuntur.

487 *Cytherea*] Venus, Diomedi infensa, de qua jam toties; a Cytheris sic dicta, in quam insulam illa primum concha marina dicitur advecta.

490 *Secura*] 'Fortuna miserrima tuta est,' ut alibi dixit noster.

493 *Magno*] Hoc sibi vult, ni fallor, majoribus Veneris insultibus, majorem suam cognosci potentiam.

494 *Pleuronius*] Ex Pleurone Ætoliæ oppido oriundus.

495 *Veterem*] Ob vulnus sibi a Diomede impactum.

Dicta placent paucis. Numeri majoris amici
Acmona corripimus: cui respondere paranti
Vox pariter, vocisque via est tenuata: comæque
In plumas abeunt: plumis nova colla teguntur,
Pectoraque, et tergum: majores brachia pennas
Accipiunt: cubitique leves sinuantur in alas.
Magna pedum digitos pars occupat: oraque cornu
Indurata rigent, finemque in acumine ponunt.
Hunc Lycus, hunc Idas, et cum Rhetenore Nycteus,
Hunc mirantur Abas: et dum mirantur, eandem
Accipiunt faciem: numerusque ex agmine major
Subvolat, et remos plausis circumsonat alis.
Si volucrum quæ sit subitarum forma requiris;
Ut non cycnorum, sic albis proxima cycnis.
Vix equidem has sedes, et Iapygis arida Dauni
Arva gener teneo, minima cum parte meorum.

cendit antiquam iram. Hæc *verba probantur a paucis. Plures amici arguimus Agmonem; cujus volentis respondere vox simul et meatus vocis est diminutus: et capilli vertuntur in plumas, novum collum velatur plumis cum pectore et dorso: lacerti induunt majores pennas, et leves cubiti curvantur in alas; magna pars pedum corripit digitos; et os cornu rigidum induratur, et desinit in acumen. Lycus, atque Idas, et Nycteus cum Rhetenore, et Abas hunc mirantur; et dum stupent assumunt eosdem vultus; et potior numerus ex turba evolat, et strepit circum remos percussis alis. Si petis quænam sit facies avium repentinarum; sicut non cycnorum, sic similima candidis cycnis. Ægre equidem gener Dauni Iapygis servo hanc habitationem, et agros aridos, cum minima parte meorum.*

ranti Heins. dedit ex Urbin. N. et uno Med. pro vulg. *volenti.*—499 Heins. placet *nova* ex S. Marci, utroque Thuan. pr. Gron. et Mor. et Hamburg. præ vulg. *quoque.*—501 Omnes fere vett. *lev. curvantur in*, nisi quod nonnulli *tenuantur.*—502 *Pedum* ex pr. Mor. et sex aliis recepit Heins. vulg. *pedis.*—503 Berolin. exhibet *ducunt* pro *ponunt.*—504 Nonnulli pro *Idas* scribunt *Iolas.*—506 Quia modo præcessit ' pennas Accipiunt,' propterea Burm. cum tribus legeret, *Traxerunt faciem*, ut I. 412. Unus Heins. *assumit faciem*, ut XII. 1. Duo libri *formam.*—507 Multi vett. *Sevolat.* Dein *circumsonat* ex sec. Pal. recepit Heins. pro vulg. *circumvolat.*—508 Plurimi, *volucrum dubiarum*, quod refutat Heins. *subitarum* est ex optimis scriptis.—509 Berolin. *sit* pro

NOTÆ

509 *Cycnis*] Ardeæ sunt, seu erodii: *des herons.* Mirum autem cui videri possit, quod beneficio Deorum nonnulli, alii autem eorumdem ira in aves mutati fuerint: nam utcumque hæ sint fabulæ, non tamen sine aliquo sensu et judicio fuerunt confictæ. Hinc ergo pronum est intelligere humana omnia ex Dei numine atque nutu pendere; quæ bene aut male cedunt, prout ex ejus benevolentia aut indignatione oriuntur, et quisque utitur vel abutitur.

Fab. XI. Appulus pastor in Oleastrum.

Daunię regionis locum arboribus obumbratum Pan Mercurii filius tenuit: quem postea Nymphæ coluerunt. Has pastor Appulus cum procacibus maledictis terruisset, ne amplius linguam in propatulo haberet, nomine earum in arborem oleastrum extabuit, cujus fructus suo amarore linguæ pastoris asperitatem refert.

Hactenus Œnides. Venulus Calydonia regna,
Peucetiosque sinus, Messapiaque arva relinquit.
In quibus antra videt: quæ multa nubila sylva,
Et levibus guttis manantia, semicaper Pan 515

xi. *Hactenus Œnides. Venulus deserit regna Calydonia, et sinus Peucetios, atque campos Messapios: in quibus cernit speluncas, multis arboribus opacas, et stillantes levibus guttis, quas Pan semicaper nunc possidet; at Nymphæ olim ob-*

sic.—510 Duo libri *I. ardua D.*—513 *Pauceiosque sinus* legunt viri docti: alii, *Puteolosque:* in meo, *Plauceiosque:* in uno Vatic. *Pleurinosque:* in alio, *Pleurosque:* in Cælest. *Pleuniosque.* Ex tam magna librorum varietate et discrepantia priorem veriorem puto. *Ciofan.* Nullus vero codex inter se consentit, sed omnes fere diversa lectionum monstra exhibent: sed *Peucetios* rectum esse constat, quia Iapygibus, Dauniis, Messapiis etiam Peucetii miscentur, ut ejusdem originis: nam Lycaonis filii fuere Iapyx, Daunius, et Peucetius, qui has oras occuparunt; Anton. lib. xxxi. ubi et fabulam de Nymphis Epimelidibus narrat, non multum ab hac Ovidii dissimilem, sed, ut apparet, ex aliis auctoribus repetitam. vid. et Servium ad Virg. Æn. viii. 9. *Burm.* Alii *reliquit.*—515 Cum multi habeant, *lev. cannis,* Heins. legebat, *stagnis:* sed Burm. *guttis* tuetur. In uno Bas. erat *juncis;* in alio *tophis.*—

NOTÆ

512 *Œnides*] Diomedes, Œnei nepos.

Calydonia] Ea pars Apuliæ quam in dotem Diomedes a Dauno acceperat eo nomine appellatur, quia ille rex olim Ætoliæ Calydonius etiam a Calydone Ætoliæ urbe dicebatur.

513 *Peucetios*] Appulos. Namque in duas partes divisa Apulia, quarum alia ad ortum Peucetia, alia ad occasum Daunia appellatur. Utraque ad mare Adriaticum porrecta, atque Aufido, acri fluvio, divisa.

Messapia] In quibus Calabri atque Salentini, in peninsula ultima Italiæ, quæ ad ortum magis spectat, a parte Septemtrionali.

515 *Guttis*] Hanc ex vulgatis libris lectionem, admonente subactissimi judicii viro Tanaq. Fabro, præceptore olim meo carissimo, revocavi. *Stagnis* enim nulla Mss. levitatem possint asserere. Verum licet ipse inspicias quæ ille Epistolarum l. ii. pag. 320. consignavit. Neque vero operæ pœniteat.

Pan] De isto naturæ totius auctore, si fabulis credimus, jam sæpe dictum. Verum ne parce inculcatus a nobis videatur, consule si placet

Nunc tenet; at quodam tenuerunt tempore Nymphæ.
Appulus has illa pastor regione fugatas
Terruit, et primo subita formidine movit:
Mox, ubi mens rediit, et contemsere sequentem,
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has pastor: saltuque imitatus agresti
Addidit obscœnis convicia rustica dictis.
Nec prius obticuit, quam guttura condidit arbor:
Arbore enim succoque licet cognoscere mores.
Quippe notam linguæ baccis oleaster amaris
Exhibet: asperitas verborum cessit in illas.

tinebant. Pastor Appulus tremefecit illas fugatas illa regione, atque primo movit repentino metu: mox, postquam collegerunt animum, et spreverunt persequentem, agitaverunt choreas ad numerum motis pedibus. Pastor has arguit; atque illas *simulans saltu rustico adjecit probra insulsa turpibus verbis. Neque ante siluit, quam arbor obduxit fauces. Facile vero intelligere mores ex arbore atque* ejus *fructu: namque oleaster indicat probrum linguæ baccis austeris. Acerbitas dictorum transiit in illas.*

517 Tert. Med. et V. *has Nymphas past.* Heins. conj. *hae Nymphas past.* Bothius censet *Nymphas* e gloss. provenisse: et pro *fugatas*, quod sibi displicet, repone ret *vocatas.*—519 Bas. *contems. sequacem.*—520 Heins. malebat *motis manibus.*—521 Unus Bas. *Increpat has.* Tres scripti *Appulus has culpat: salt.* Deinde Thuan. cum duobus Mor. et sex aliis *imitatur.*—522 Berolin. *Adjicit obsc.* Thuan. *Addit et.*—524 *Arbore enim succoq.* ex Fl. 8. Marci Heins. dedit; qui etiam conj. *Arbore jam succoq.* vel, quod longius abit, *Arbore adhuc:* vulg. *Arbor enim est;* cujus *est* plurimi etiam omittunt. Bothius præfert vulg. omisso *est*, sic: *quam gutt. cond. arbor, (Arbor enim) succoq. Enim* hoc modo usurpatur I. 597. XV. 566. et passim. Fl. et duo alii *liquet* pro *licet.* —526 Mor. et Med. cum plurimis scriptis *verb. mansit in illis:* alii etiam ha-

NOTÆ

nobilissimi Huetii reconditissimæ eruditionis opus, Demonstrationem Evangelicam; unde quod sit satis assumas.

519 *Contemsere*] Nullum est aliud præsentius remedium adversus perversorum irrisorum atque calumniatorum virus, quam neglectus. Sic et illi denique obmutescunt, patientia et invicta virtute superati, quæ bonis præsidium fuit.

525 *Notam*] Pejus urit lingua quam ignis: attamen virtutem et veritatem nequit in omne tempus evertere.

Fab. XII. Naves Æneæ in Nymphas.

Turnus, adversus Æneam pro Lavinia sponsa dimicans, cum immittere ignem classibus conaretur, Mater Deum, quia ex Ida monte Phrygiæ sacrato essent factæ, impetratis precibus ab Jove, in Nympharum speciem illas convertit, utque Dearum marinarum numerum augere possent effecit.

Hinc ubi legati rediere, negata ferentes
Arma Ætola sibi, Rutuli sine viribus illis
Bella instructa gerunt: multumque ab utraque cruoris
Parte datur. Fert ecce avidas in pinea Turnus
Texta faces: ignesque timent, quibus unda pepercit.
Jamque picem, et ceras, alimentaque cetera flammæ
Mulciber urebat, perque altum ad carbasa malum
Ibat, et incurvæ fumabant transtra carinæ:
Cum memor has pinus Idæo vertice cæsas
Sancta Deum genitrix, tinnitibus aëra pulsi

xii. *Postquam legati inde reversi sunt, dicentes arma sibi denegata, Rutuli gerunt bella parata sine illis copiis; et multum sanguinis funditur ab utraque parte. Ecce Turnus infert rapaces tædas in rates pineas; et quibus fluctus non nocuerunt reformidant flammas. Jamque ignis incendebat picem, et ceras, et reliqua fomenta flammæ; atque scandebat ad lintea per excelsum malum, et transtra cavæ navis fumum emittebant; cum sancta mater Deorum recordans has arbores fuisse excisas jugis Idæis, implevit aërem tinnitibus æris percussi, et sono tibiæ*

---

bent *illis*.—528 Berolin. *vir. ullis*.—529 *Instructa* ex S. Marci, Urbin. pr. Hamburg. et quatuor aliis placet Heins. præ vulg. *infausta*: sex alii cum Berolin. *infesta*; unus *exhausta*; alius *exusta*; alius etiam *ingesta*.—531 *Texta* dedit Heins. ex Cant. I. pr. Erfurt. et Bas. et Gron. et multis aliis; vulg. *Tecta*: S. Marci *Testa*: Genevens. *Transtra*.—532 Unus Med. *picem cerasque*. Gron. etiam et quatuor alii *cet. flammis*.—533 Plurimi *Mulcifer*.—534 Thuan. *flammabant*. Hinc Heins. conj. *flammabat*, aut, quia hoc insolentius, *lambebat*: et præterea, *tigna carinæ*, quia multi habent, *igne*. Med. *fumabant claustra*; Sixii *castra*; Bonon. et unus Heins. *rostra*.—535 Berolin. *Commemorans*.

NOTÆ

528 *Ætola*] Diomedis Ætoli.

530 *Pinea*] Naves indicat Æneæ, in quas Turnus ignem immisit.

533 *Mulciber*] Vulcanus, qui a mulcendo ferro ita dictus. Atque is pro igne ponitur.

534 *Transtra*] *Les bancs des rameurs.*

535 *Idæo*] Idæ, montis Phrygiæ.

536 *Genitrix*] Cybele est: de qua jam sæpius.

Tinnitibus] Illud habuit cum Baccho commune Bona hæc Mater, ut incondito tympanorum et fistularum strepitu furialique ululatu omnia ejus fierent.

Æris, et inflati complevit murmure buxi.
Perque leves domitis invecta leonibus auras,
Irrita sacrilega jactas incendia dextra,
Turne, ait. Eripiam; nec, me patiente, cremabit
Ignis edax nemorum partes et membra meorum.
Intonuit dicente Dea: tonitrumque secuti
Cum saliente graves ceciderunt grandine nimbi:
Aëraque, et subitis tumidum concursibus æquor
Astræi turbant, et eunt in prælia, fratres.
E quibus alma parens, unius viribus usa,
Stuppea prærumpit Phrygiæ retinacula classis:
Fertque rates pronas, medioque sub æquore mergit.
Robore mollito, lignoque in corpora verso,
In capitum faciem puppes mutantur aduncæ:
In digitos abeunt, et crura natantia, remi:
Quodque prius fuerat, latus est: mediisque carina
Subdita navigiis, spinæ mutatur in usum.

inflatæ: atque vecta per tenuem aërem leonibus sub jugum missis, Frustra, inquit, immittis ignes manu impia, Turne. Auferam, neque, me sinente, flamma rapax absumet partes et membra mearum sylvarum. Æther insonuit, Dea verba faciente; et densi imbres secuti tonitru cum grandine saliente: et fratres Astræi confundunt aërem, et mare inflatum repentinis concursibus, et inter se concurrunt. E quibus alma mater, usa impetu unius, prius divellit vincula Phrygiæ classis, et rapit naves pronas, et depressit in profundum mare. Duritie emollita, atque ligno mutato in artus, puppes curvæ vertuntur in vultus capitum, remi mutantur in digitos et pedes natantes; et, quod fuerat antea, est latus; et carina subtracta mediis navibus ver-

---

mor.—536 Berolin. *æthera* pro *aëra.*—537 Pr. Med. *infl. complerat murm.* Alius etiam Med. et Fl. S. Marci *murmura.*—538 Grou. *dom. evecta leon.*—542 Unus Heins. *tonitrusque;* Voss. *tonitruque.*—544 Vulg. *tum. sub. concurs.:* in uno Ciofan. *tum. rapidis concurs.:* in nonnullis *subitum tumidis:* in plurimis *subitis tumidum.*—545 Pro *et eunt,* unus Heins. *coëunt,* Burm. conj. pro *coëuntque.*—547 *Prærumpit* ex sec. Pal. et alio; vulg. *prærupit:* multi vett. *prorupit,* vel *prorumpit.* Heins. etiam malit *retin. classi:* plurimi Codd. *puppis;* tres *navis.*—548 Unus Heins. *imoque;* et Ciofani *æq. mersit.*—550 *Faciem* ex pr. et tert. Med. I. et altero Thuan. recepit Heins. pro vulg. *facies.*—552 Plurimi, *Quodque sinus fuerat, latus est,* quod placet Heins. quia et *latera* navium dicuntur. Maluit tamen ex N. recipere, *quodque prius fuerat.* Alii quatuor *quodque ratis:* alius *Quodque latus f. ratis est:* pr. Gron. *Quodque sinul.*—553 Pro *spinæ* Jun. *pinnæ;* Fl. *linguæ.*

NOTÆ

545 *Astræi*] Venti, Astræi gigantis et Auroræ filii.

546 *Parens*] Cybele, scilicet.

548 *Mergit*] Ex eo quod aquis extinctus ignis a Turno Æneæ navibus immissus, fabulam contexuit Virgilius, eas in Nymphas esse conversas.

553 *Spinæ*] Carinæ, quæ pars est

Lina comæ molles, antennæ brachia fiunt.
Cœrulus, ut fuerat, color est. Quasque ante timebant,
Illas virgineis exercent lusibus undas
Naides æquoreæ: durisque in montibus ortæ
Molle fretum celebrant: nec eas sua tangit origo.
Non tamen oblitæ, quam multa pericula sævo
Pertulerint pelago, jactatis sæpe carinis
Supposuere manus: nisi si qua vehebat Achivos.

Fab. XIII. Alcinoi Navis in Saxum.

Naves Æneæ docet, in speciem Nympharum versas Deorum voluntate, ex recordatione suorum Neritiam navem vidisse lætas pereuntem naufragio. Item Alcinoi navem Pelasgos portantem saxo durescere.

Cladis adhuc Phrygiæ memores, odere Pelasgos:
Neritiæque ratis viderunt fragmina lætis

titur in unum spinæ. Carbasa abeunt in flexiles capillos, antennæ in lacertos. Color est cyaneus, ut fuerat: atque Naiades marinæ agitant lusibus virgineis illos fluctus quos antea reformidabant; et natæ in asperis collibus frequentant molle æquor, neque illæ curant suam originem. Non tamen immemores, quam multa discrimina sint perpessæ in mari tumultuoso, submiserunt crebro manus navibus agitatis, nisi si qua ferret Græcos.

XIII. *Nondum oblitæ Phrygii excidii, odio persequuntur Achivos; atque specta-*

Vivianus ex suis Mss. profert, *spin. curvatur in*, quod Burm. censet et elegantius, et nunc etiam propterea melius, quia præcessit *mutantur*.—554 Bonon. *Vela com.*—555 Urbin. et Bernegg. *ant. tenebant*.—556 In Berolin. a man. pr. *Illa virg.*—557 Multi vett. *summisque.*—559 Plurimi *sæpe* pro *sævo*.—560 Gron. *Pert. ferro.*—561 Med. *nisi qua vehebantur* unde Heins. *veherentur*.—562 In uno Ciofan. *Classis adh.* Duo etiam libri *Pelasgas*.—563 *Neritiæ* emend. Regius, cum antea *Nariciæ* legeretur, i. e. navis Ajacis Oilei, qui fuit Naricius. Mox unus Bonon. *lentis Vultibus*, quod non displicet Burm.—564 Heins. e Bernegg. pr. Gron. et uno Bas. malit, etiam vs. seq. *lætis videre*. Dein

NOTÆ

navis infima, seu trabes, cui ceteræ adhærent, in spinam dorsi fuit mutata.

554 *Antennæ*] Forte non abs re fuerit observare, quomodo in his transmutationibus singula quæque, huic aut illi naturæ vîciniora, in eas vertantur: ut hinc sibi quisque bona omnia comparare in futurum studeat.

562 *Phrygiæ*] Quasi Nymphæ Græcos, Trojani excidii auctores, ulciscî cuperent.

563 *Neritiæ*] Ulyssis, qui Ithacæ regnavit, ubi mons Neritus.

Vultibus: et lætæ videre rigescere puppim
Cautibus Alcinoi, saxumque increscere ligno.

FAB. XIV. Ardea Turni in Avem.

TURNO ab Ænea interemto, Ardea urbs, regnum Turni, incendio in cinerem redacta: ex quo volucris emersa est, quæ patriæ nomine vocaretur a posteris Ardea.

SPES erat, in Nymphas animata classe marinas,
Posse metu monstri Rutulum desistere bello.
Perstat, habetque Deos pars utraque: quique Deorum
Instar, habent animos. Nec jam dotalia regna,
Nec soceri sceptrum, nec te, Lavinia virgo,
Sed vicisse petunt: deponendique pudore
Bella gerunt. Tandemque Venus victricia nati
Arma videt: Turnusque cadit; cadit Ardea, Turno

verunt hilari facie fragmenta navis Neritiæ: et hilares viderunt puppim Alcinoi verti in scopulum.

XIV. *Spes erat, classe animata in Nymphas æquoreas, Rutulum posse omittere bellum timore prodigii. Pergit; atque pars utraque habet Deos; et habent animos qui instar Deorum: neque jam quærunt regna dotalia, nec sceptrum soceri, nec te, virgo Lavinia; sed victoria potitos esse; et gerunt bella pudore omittendi. Atque tandem Venus cernit arma victricia filii; et Turnus procumbit: Ardea, vocata*

multi scribunt *puppem* vel *puppes*; et sec. V. *pinum*.—565 Bas. *saxumque recondere lign.*—567 Unus Med. et alius *R. discedere bello.* Mor. *desistere cœpto.*—568 *Quique* Heins. dedit ex pr. Strozzæ pro var. lect.; at Pal. sec. et Cod. Heins. chartaceus *quisque*; reliqui *quodque*. In vulg. legitur *D. est*; at hoc plurimi vett. non agnoscunt.—569 Sec. Pal. *nec tam dot.* et mox *Se viciss.* ubi Heins. conj. *Quam viciss.*—570 Berolin. *scept. soc.*—571. 572 S. Marci, et tert. Bonon. *deponendoque dolorem Bella petunt; petunt* etiam duo alii: pr. Gron. *deponendiq. timore Bella petunt:* alter Erfurt. et Arund. *deponendoque pudorem*; at hic *Bella*

NOTÆ

565 *Alcinoi*] Qui rex Phæacum Ulyssem e naufragio enatantem hospitio excepit; navique instruxit, qua in Ithacam veheretur: quam quidem Neptunus, Polyphemi filii ultor, in scopulum mutavit; ut refert Homer. Odyss. XIII.

568 *Pars*] Trojana, scilicet, atque Rutula; hinc stante [illegible] Ænea: quorum [illegible] bat Deos, ut supra dictum, latiusque ex Maronis Æneide patet; quem vide: nam et illorum altercationibus, quod raro evenit, voluptatem, non sine fructu, capies.

570 *Soceri*] Latini regis, scilicet.

572 *Nati*] Æneæ.

573 *Turnus*] Quem Æneas interfecit; ut ex Marone intelligitur.

Ardea] Quæ urbs Latii, Turni regia.

Sospite, dicta potens. Quam postquam barbarus ignis
Abstulit, et tepida latuerunt tecta favilla;
Congerie in media tum primum cognita præpes
Subvolat, et cineres plausis everberat alis.
Et sonus, et macies, et pallor, et omnia, captam
Quæ deceant urbem, nomen quoque mansit in illa
Urbis: et ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

Fab. XV. Æneas in Deum.

Venus, ut animadvertit filium Æneam laboribus exhaustis ad finem venisse ævi, petiit ab Jove patre, ut promissis fidem faceret. Cujus ille precibus anditis efficit, ut in agro Laurenti flumine Numicio ablueret mortalitatem, interque indigetes Deos referretur: ita ut a posteris, sicut ceteris Deis, sacra ei administrarentur.

Jamque Deos omnes, ipsamque Æneia virtus
Junonem veteres finire coëgerat iras:
Cum, bene fundatis opibus crescentis Iuli,
Tempestivus erat cœlo Cythereius heros;
Ambieratque Venus Superos: colloque parentis

potens Turno incolumi, ruit: quam postquam sævus ignis consumsit, et domus sunt abconditæ sub calido cinere, præpes tum primum cognita evolat e medio cumulo, atque excutit favillas alis percussis. Et vox, et macies, et pallor, et omnia quæ conveniant urbi domitæ, nomen etiam urbis illi mansit, atque ipsa Ardea deplangitur suis pennis.

xv. *Jamque virtus Æneæ coëgerat omnes Deos ipsamque Junonem finem imponere antiquæ iræ; cum, opibus Ascanii crescentis bene constitutis, heros Cythereius erat maturus cælo; atque Venus ambierat Deos; et projecta in collum sui patris,*

---

volunt.—573 Bas. unus *Armis juvat.*—574 Heins. censet scribendum *postq. Dardanus ensis.* Alter Mor. *barbarus hostis.*—575 In uno Ciofan. et Cælest. *et trepida lat.* Et pro vulg. *patuerunt* Heins. dedit *latuerunt* ex Thuan. Cant. pr. Erfurt. et Bas. et Gron. et Mor. et aliis plurimis.—576 Plurimi *e med.* alii *in*; quidam etiam omittunt præpositionem.—577 Thysii *cin. applausis verberat.* Duo libri *plausis subverberat*; totidem *circumvolat.*—579 Tres *Quæ deceant urb. Illa* ex quibusdam: vulg. *ipsa.*—582 *Coëgerat* Heins. recepit ex

NOTÆ

576 *Præpes*] Avis, quæ altius volat, ut solent ardeæ. In auguriis felices aves 'præpetes' dicuntur.

583 *Fundatis*] Turno occiso Laviniam duxerat uxorem Æneas, qui Latino socero mortuo imperium in Latio obtinuit, ubi et Lavinium ædificavit.

584 *Cythereius*] Æneas, Veneris Cytheream filius.

585 *Parentis*] Jovis, [illegible].

Circumfusa sui, Nunquam mihi, dixerat, ullo
Tempore dure pater, nunc sis mitissimus oro;
Æneæque meo, qui te de sanguine nostro
Fecit avum, quamvis parvum, des, optime, numen;
Dummodo des aliquod. Satis est inamabile regnum
Aspexisse semel, Stygios semel isse per amnes.
Assensere Dei: nec conjux regia vultus
Immotos tenuit, placatoque annuit ore.
Tum pater, Estis, ait, cœlesti munere digni,
Quæque petis, pro quoque petis: cape, nata, quod optas.
Fatus erat. Gaudet, gratesque agit illa parenti:
Perque leves auras junctis invecta columbis
Littus adit Laurens; ubi tectus arundine serpit
In freta flumineis vicina Numicius undis.

Nunquam, dixerat, mihi immitis pater ullo tempore, precor sis nunc benignissimus; atque, optime, præbeas numen quantumvis exiguum, dummodo aliquod præbeas, meo Æneæ, qui fecit te avum de nostro sanguine. Satis est vidisse semel regnum horrendum, transivisse semel per fluvios inferos. Dii annuerunt: neque uxor regia habuit faciem immotam, annuit etiam vultu placato. Tum pater, Estis, inquit, digni dono cœlesti, et quæ poscis, et pro quo poscis: sume, filia, quod cupis. Absolverat. Illa agit gratias patri; atque lata per subtilem aërem junctis columbis, accedit ad littus Laurens, ubi Numicius velatus cannis volvitur in mare vicinum fluc-

melioribus; vulg. *coërcuit*.—583 Langerm. *rebus* pro *opibus*.—587 *Oro* dedit Heins. ex Thuan. pr. R. et Gron. Cod. Politian. et multis aliis pro vulg. *opto*.—588 Heidelb. *te quoque sang*.—589 Tres libri *quodvis* pro *quamvis*. Deinde quidam pro *numen* habent *munus* aut *donum*.—591 Ciofanus ex optimis libris suadet *semel*; vulg. *simul*.—593 A. *Invitos ten*. Fragm. Boxhorn. *ignotos*; Bas. *immites*. Deinde Med. *placatoque*.—594 Berolin. *pat. Est is, ait...dignus. Munere* habent Cælest. duo Ma. et Heidelb. vulg. *numine*.—596 Heidelb. *Sic fatur; gaud*. Deinde Bas. *grates gaudens agit*.—597 Pr. Gron. et alii cum Berolin. *aur. niveis inv*. Fr. *vinctis*.—598 Unus Heins. pro *tectus* ex-

NOTÆ

590 *Aliquod*] Indiges Deus factus est; quem etiam Jovem indigetem appellatum fuisse testatur Livius.

Regnum] Plutonis, scil. quod Sibyllæ ope, patris videndi causa, Æneas subierat.

593 *Immotos*] Quod faciunt qui annuere nolunt, ut supra vidimus.

597 *Columbis*] A quibus Veneris currum trahi voluerunt poëtæ; propter earum libidinem, scilicet.

598 *Littus*] Quod non longe a Lavinio, ubi Æneas regnabat; a Laurento vicina urbe sic dictum.

599 *Numicius*] Rivulus Latii, in quo Æneæ repertum cadaver. Atque hinc locus datus fabulæ, quæ illum in eo ab omni humana labe purgatum finxit. Ceterum fabula non est, quanquam plus quam fabula a plerisque Christianis contemnatur, quod virtute sua ad Superos transferuntur, qui per to-

Hunc jubet Æneæ, quæcumque obnoxia morti,
Abluere; et tacito deferre sub æquora cursu.
Corniger exequitur Veneris mandata: suisque,
Quicquid in Æneæ fuerat mortale, repurgat,
Et respergit aquis. Pars optima restitit illi.
Lustratum genitrix divino corpus odore
Unxit, et ambrosia cum dulci nectare mixta
Contigit os, fecitque Deum: quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem; temploque arisque recepit.

tibus fluminis. Huic imperat repurgare quæcumque Æneæ subjecta morti, et vehere sub maria leni fluxu. Corniger perficit jussa Veneris, atque abluit suis aquis quicquid Æneæ fuerat morti obnoxium, atque respergit. Pars optima illi permansit. Mater imbuit corpus purgatum divino odore, et tetigit faciem ambrosia mista cum suavi nectare: atque fecit Deum; quem populus Romanus vocat Indigetem, et recepit in templa atque altaria.

hibet *certus*, unde ille faciebat *septus*; sed Bothius *cinctus* pro *cinctus*.—601 Gron. Ma. et duo alii *et lato def.* pr. Bonon. *tecto*: Langerm. *seco* pro *caco*. —604 Alii *et respersit*. Heins. scribendum censet *detergit ὀρχαϊκῶς* pro *deterget*, ut passim poëtæ.—607 Bas. *turb. Quiritum*.—608 Quart. Med. V. Be-

NOTÆ

tum vitæ suæ curriculum eo contendunt. Per solam Dei miserentis Gratiam, cui soli stat Gloria in omne ævum, fit istud. At fit tamen, idque ab eo per nos, per nostram fidem, per nostra opera: neque alios adhibere possit qui Christum, meritum nostrum, pro nobis induant.

600 *Hunc*] Scilicet per mortem, quicquid morti obnoxium deponimus. Neque revera est mors quam plerique mortales timent. Ejus est larva tantum. Sed enim, bone Deus! quales sunt de vita, de morte, de corpore suo, de ejus resurrectione, de sexcentis hujuscemodi, non dicam belluarum, sed doctorum uti videri volunt quorundam opiniones! O insulsissimos atque in supina sua ignorantia pervicacissimos homines! Atqui periculum est ab illis maximum, si quis illorum hispidas setas vel leviter tangat.

602 *Corniger*] Numicius. Diximus enim sæpius, propter divergentem cursum, fluviis cornua tribui.

604 *Optima*] Anima, scilicet, effluvium Divinitatis; cujus utinam aliquem sensum haberent tot larvati, seu potius cœno obruti, nomine tantum homines.

606 *Ambrosia*] Quæ cibus est Deorum jucundissimus; sicut nectar eorundem potus suavissimus. Utrumque immortalitatem significat, et sæpe confunduntur.

607 *Quirini*] Romuli: quem in cœlo Quirinum vocari scripsit Florus. Atque per eum Romani intelliguntur.

608 *Indigetem*] Quos sua merita, ut inquit Tullius, in cœlum vocarunt et Diis ascripserunt, illi, quod, ante in terris agentes, nunc nullius rei egentes in Diis agerent, Indigetes dicti sunt.

Templo] Æneæ tanquam Heroi Latini sacellum dicaverunt.

Fab. XVI. Vertumnus in Anum.

Tiberinus, Albanorum rex, Tusco amni Albula mersus interiit, ac nomen fluvio reliquit. Item Aventinus, a quo mons, urbis Albæ accepit imperium. Sub hoc Pomona Hamadryadum Nympharum, hortorum cultrix felicium-que arborum, cujus nomen pomaria obtinent. Hanc cum Vertumnus diligeret, solitus in varias figuras mutari, et, ea refugiente concubitum, solicitudine assidua ureretur; novissime in anum versus est, eique multa retulit, quibus fœminæ flecti solent, ut sibi jungeretur. Ipsa autem perseverante in proposito, novissime refert quoque fuisse in Cypro Anaxareten virginem, quæ propter superbiam punita fuisset a Venere. Versusque in suam formam concubuit cum ea Vertumnus.

Inde sub Ascanii ditione binominis Alba,
Resque Latina fuit: succedit Sylvius illi:
Quo satus, antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum sceptro. Clarum subit Alba Latinum:
Epitos ex illo est: post hunc Capetusque, Capysque;

xvi. *Postea Alba atque res Romana fuit sub potestate Iuli binominis: Silvius succedit illi; cujus filius Latinus sumsit nomina iterata cum veteri sceptro. Alba succedit illustri Latino: tum subit Epitus: Capetus et Capys hunc sequuntur, sed*

rolin. et quinque alii *arisq. reponit.*—610 *Succedit* Heins. profert ex S. Marci Bernegg. pr. V. tert. Med. et plurimis aliis; vulg. *successit.*—611 Conjecerat olim Heins. *tenuit recidiva*, ut Fast. iv. 45. 'recidiva vocabula.'—612 Ita ex pr. Moreti dedit Heins. Ante eum, *Clarus subit Alba Latino.* Veteres plerique *subit ecce;* nisi quod pr. Gron. et unus Leid. *inde.* Pro *Clarus* multi veteres, *Clarius; natus* sec. Palat. et unus Leid. et unus Vossii: at prim. Erfurt. *Narus;* alter Erfurt. *Daunus:* sec. Mor. *claro subit ecce Latino. Alba* est in uno Heins., Calaudræ et Politiani excerptis: *ecce Latinum* Langerm. et Urbin. *Latinus* pr. Hamburg. et S. Marci. At pr. Mor. *clarum subit Alba Latinum.*—613

NOTÆ

609 *Binominis*] Nam et Iulus dictus.

Alba] Quam Ascanius condidit, Lavinio novercæ relicto.

610 *Silvius*] Tantis tenebris involuta sunt rei Romanæ primordia, ut neque sibi constent ipsi auctores qui de iis scripserunt: ne miretur quisquam ab hoc nostro Dionysium, ab utroque Livium in recensenda Albanorum regum genealogia dissentire. Hanc habet posterior: Ascanius primus est; 2. Sylvius Posthumus, Æneæ filius; 3. Æneas Sylvius: mansit enim *Sylvius*, postea omnibus Albanis regibus cognomen, sicut *Cæsar* Romanis Imperatoribus; 4. Latinus; 5. Alba; 6. Atis; (Dionysio Capetus, nostro Epitus;) 7. Capis; 8. Capetus, seu Calpetus; 9. Tiberinus; 10. Remulus; 11. Agrippa, qui nostro Acrota; 12. Aventinus; 13. Procas; 14. Amulius, Numitor.

611 *Repetita*] Latinum habuimus supra, Laviniæ patrem.

Sed Capys ante fuit. Regnum Tiberinus ab illis
Cepit; et in Tusci demersus fluminis undis
Nomina fecit aquæ. De quo Remulusque, feroxque
Acrota sunt geniti: Remulus maturior annis
Fulmineo periit, imitator fulminis, ictu.
Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Aventino: qui quo regnarat, eodem
Monte jacet positus; tribuitque vocabula monti.
Jamque Palatinæ summam Proca gentis habebat.
Rege sub hoc Pomona fuit: qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit solertius hortos,
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus:
Unde tenet nomen. Non sylvas illa, nec amnes;
Rus amat, et ramos, felicia poma ferentes.

Capys fuit prior. Tiberinus sumsit sceptrum post illos: atque extinctus in fluctibus fluvii Tusci dedit nomen aquæ. Ex quo et sævus Remulus et Acrota sunt orti. Remulus ætate major, simulator fulminis, interiit ictu fulmineo. Acrota lenior fratre suo dedit sceptrum strenuo Aventino, qui sepultus in eodem colle in quo regnaverat, atque imposuit nomen colli. Jamque Proca obtinebat imperium in gentem Palatinam. Sub hoc rege Pomona vixit, qua nulla inter Hamadryadas Latinas coluit hortos majori industria; neque alia fuit magis dedita fructibus arboreis; a quibus habet nomen. Illa non diligit nemora, neque fluvios; sed *campos, et arbo-*

In quibusdam *Epitus*, vel *Egrotos:* plurimi etiam non agnoscunt τὸ *est.*—615 Unus Mor. *Traxit; et.* Dein alii *dimersus;* at Berolin. *detensus.*—616 V. *N. cepit aq.*—617 Bas. pr. *mat. armis;* unus Voss. *ævis,* unde Heins. *ævi.*—622 Sic castigari in quibusdam vett. Naugerius notavit. Olim legebatur *Palatinus summæ loca gentis h.;* et sic omnes Heins. scripti cum vett. Edd. nisi quod *Palatinæ loca gentis* Fl. S. Marci, et N. omisso τῷ *summam:* sec. Pal. *Palatinæ summæ loca gentis.* Heins. corr. *Palatini summam Proca collis h.:* conj. etiam *montis,* vel *Palatinæ...rupis.*—623 Ms. Bersm. *hoc Pomona f.*—624 Octo

NOTÆ

615 *Tusci*] Albulæ, scilicet, cui, a submerso Tiberino, *Tybris* datum nomen.

618 *Imitator*] Fragoribus atque simulatis fulguribus Deorum contemtor, quasi Deus fuisset ipse, terrorem hominibus incutere satagebat: qui vero fulmine interiit.

620 *Aventino*] Qui unus est ex septem Romæ celebrioribus montibus.

622 *Summam gentis*] Pro imperio in eam gentem quæ circa Palatium, et ea loca ubi postea Roma est condita.

623 *Pomona*] Pomorum Dea, a quibus nomen habuit. *Poma* autem dicuntur quoscumque fructus arbores, seu plantæ esui aptos profundunt.

624 *Hamadryadas*] Eo nomine, a Græcis mutuato, appellantur Nymphæ quæ, singulis addictæ quercubus, una cum iis et oriuntur et occidunt.

Nec jaculo gravis est, sed adunca dextera falce:
Qua modo luxuriem premit, et spatiantia passim
Brachia compescit: fissa modo cortice virgam
Inserit, et succos alieno præstat alumno.
Nec patitur sentire sitim: bibulæque recurvas
Radicis fibras labentibus irrigat undis.
Hic amor, hoc studium: Veneris quoque nulla cupido.
Vim tamen agrestum metuens, pomaria claudit
Intus: et accessus prohibet refugitque viriles.
Quid non et Satyri, saltatibus apta juventus,
Fecere, et pinu præcincti cornua Panes,
Sylvanusque, suis semper juvenilior annis,
Quique Deus fures, vel falce, vel inguine terret,

res proferentes poma felicia. Neque manus est impedita venabulo, sed curva falce, qua nunc coërcet luxuriem, et reprimit ramos passim porrectos; nunc immittit surculum in divisum corticem, et præbet humorem alieno alumno. Neque sinit sitire; et irrigat fibras sinuosas siticulosæ radicis aquis fluentibus. Hic amor, hoc studium; nullum etiam desiderium connubii. Nihilominus reformidans impetum rusticorum claudit intus pomaria, et impedit atque vitat accessus viriles. Quid non fecerunt et Satyri juventus prona in saltationes, et Panes habentes cornua circumdata pinu, et Sylvanus semper levior suis annis, et Deus qui tremefacit fures vel falce vel

---

libri *col. solertior hor.*—626 Ms. Bersm. *Inde ten.*—629 Unus Voss. et duo alii *et spectantia pass.* et Leid. et unus Heins. *serpentia:* unus Med. *spirantia contra;* et alius *spatiantia contra,* quod Heins. placebat, ut IV. 80. Oscula 'non pervenientia contra.' *Fissa* Heins. dedit ex Bernegg. pr. Pal. et Gron. et decem vett. ceteri *fisso.* Pr. Gron. et quatuor alii exhibent *virgam;* alii *lignum.*—631 *Præbet* ex plurimis vett. vulg. *præstat.*—632 Berolin. *Nec sent. sit. pat.*—633 Bernegg. pr. Mor. Frag. Boxhorn. aliique nonnulli *fibr. latentibus irr.* Heins. conj. *lactentibus,* vel *lambentibus;* Burm. vero *lætantibus.*—634 Berolin. *cup. est.*—635 Tert. Med. et unus Voss. *tam. agrestem met.* Jun. *ergato:* Berolin. *agrestum cupiens pomeria;* multi etiam alii *pomeria.* Dein Leid. *clausit.*—636 Pat. *tactusque vir.*—638 Arg. *pin. succincti tempora P.*—640 In vett. quibusdam Edd. *Silenusque;* at Sileno, Bacchi comiti, nullum

NOTÆ

629 *Luxuriem*] Luxuriari dicuntur arbores, quæ nimias frondes protrudunt.

630 *Compescit*] Exponit quod prius dixit; namque destringendo ramos (*ex Plaguant*) luxuries compescitur arborum.

631 *Alumno*] Surculo nempe ex alia arbore derepto.

633 *Fibras*] Eo nomine appellantur subtiliores radices, quæ præsertim terræ humorem exsugunt.

637 *Satyri*] De Satyris, Sylvanis, atque omni cornuto et capripedi salacissimo genere jam sæpius mentio est facta.

639 *Juvenilior*] Quia utut senex, sicuti a Marone dicitur, non ideo tamen minus festivus, aut amori deditus.

640 *Deus*] Priapum dicit, hortorum

Nunc quoque, cum fugias averserisque petentes,
Mille proci cupiunt; et Semideique, Deique,
Et quæcumque tenent Albanos numina montes.
Sed tu, si sapies, si te bene jungere, anumque
Hanc audire voles, (quæ te plus omnibus illis,
Plus quam credis, amo,) vulgares rejice tædas,
Vertumnumque tori socium tibi delige: pro quo
Me quoque pignus habe. Neque enim sibi notior ille est,
Quam mihi. Nec toto passim vagus errat in orbe:
Hæc loca sola colit: nec, uti pars magna procorum,
Quam modo vidit, amat. Tu primus et ultimus illi
Ardor eris; solique suos tibi devovet annos.
Adde, quod est juvenis: quod naturale decoris
Munus habet; formasque apte fingetur in omnes:
Et, quod erit jussus (jubeas licet omnia) fiet.
Quid? quod amatis idem? quod, quæ tibi poma coluntur,

audacis in pavidos. Nunc etiam, cum vites atque odio habeas ambientes, mille proci optant, et semidei, Deique, et omnia numina quæ colunt colles Albanos. Verum tu, si sapias, si velis feliciter nubere, atque auscultare huic vetulæ, quæ diligo te plus quam illi omnes, plus quam fidem habes, sperne vulgares faces, atque selige tibi Vertumnum socium lecti: pro quo accipias me etiam in pignus. Neque enim ille est sibi magis perspectus quam mihi. Nec ille tanquam erro exspatiatur passim per universum mundum. Frequentat hæc sola loca. Nec, sicut magna pars procorum, diligit quam vidit ultimam: tu eris illi primus atque novissimus amor; et devovet tibi soli suam vitam. Adde quod est juvenis, quod pulcher est dono quodam peculiari naturæ, atque eleganter se finget in omnes figuras, et fiet quod erit jussus, quamvis omnia jubeas. Quid quod diligitis idem? quod habet primus poma, quæ

rolin. *adverserisque*: et Med. unus *volentes*; et A. *precantes*.—673 *Proci* Burm. dedit ex Leid. pro vulg. *viri*. Mox novem scripti *te* pro *et*.—675 Med. *Sed bene si*. Multi vett. *sapias*; et seq. vs. *velis* pro *voles*; at Heins. nihil mutandum putat.—677 Arg. *amat* pro *amo*.—678 Med. unus *toro soc*. Alii etiam *tib. selige*, vel *dilige*.—679 Med. et sex alii *pign. habes*: et in uno Ciofan. *tibi* pro *sibi*.—680 Berolin. *pass. tot*.—681 Mss. fere omnes, *Hæc* aut *Nec loca magna*. Sed Vivian. ex suis *loca sola*, quod etiam in uno suo repertum recepit Heins.—682 S. Marci, N. Urbin. et unus Heins. *Quas mod*. Sprotii *Quod*.—683 Unus Bas. *ignes* pro *annos*.—684 A. sec. *juv. quid quod dotale dec*.—685 Pal. sec. *apt. mutetur in*; pr. Gron. *mutabit*; unus Heins. *vertetur*; Sprotii *formetur*.—687 Alii *idem? quid quæ tib.* vel *quid quod*. Dein alter Strozzæ *colantur*.—688

NOTÆ

676 *Hanc*] Seipsum indicat Vertumnus in vetulam mutatus.

677 *Tædas*] Matrimonium: quia ad nuptias eas admovere soliti, ut sæpius inculcatum.

683 *Devovet*] Sæpius in malam partem accipitur vox ista.

Primus habet; lætaque tenet tua munera dextra?
Sed neque jam fœtus desiderat arbore demtos,
Nec, quas hortus alit, cum succis mitibus herbas,
Nec quicquam, nisi te. Miserere ardentis: et ipsum,
Qui petit, ore meo præsentem crede precari.
Ultoresque Deos, et pectora dura perosam
Idalien, memoremque time Rhamnusidis iram.
Quoque magis timeas, (etenim mihi multa vetustas
Scire dedit,) referam tota notissima Cypro
Facta; quibus flecti facile et mitescere possis.

coluntur a te, et tractat manu hilari tua dona? Sed neque nunc cupit fructus dereptos arboribus, neque herbas quas hortus nutrit cum succis mitibus, nec quicquam præter te. Miserere flagrantis; atque puta ipsum qui petit præsentem orare verbis meis: et reverere Deos vindices, et Idalien averseantem corda sæva, et iram memorem Rhamnusidis. Et quo magis timeas (namque ætas dedit mihi multa cognoscere) narrabo facta perspectissima tota Cypro, quibus possis facile duci atque deliniri.

Unus Bas. *ten. nova mun.*—689 Quatuor libri *jam fructus desid.* Heins. pro *jam* conj. *tam;* et 691. *quam* pro *nisi;* vel sic legit *Nilve aliud quam te.*—692 *Qui* ex duobus vett. Heins. dedit pro vulg. *Quod.*—693 Unus ex melioribus *pect. dira per.* —694 *Idalien* ex O. pr. Mor. et pr. Hamburg. et sex aliis; vulg. *Idaliam;* pr. Pal. et duo alii *Idalian.*—695 *Timeas* Heins. dedit ex S. Marci, N. Urbin. Thuan. I. aliisque plurimis; vulg. *caveas.* Unus etiam Heins. *plura* pro *multa.* —696 Berolin. *teto* pro *tota.*—697 Sixii Cod. et unus Heins. *Fata; quib.* Deinde Bas. et tres alii *facil. flect.* unus Med. *fac. et flect.* Mox Berolin. *mit. pos-*

NOTÆ

688 *Tenet*] De eo etiam gloriatur ipse Vertumnus apud Propertium, nominis sui rationes proferendo, his et pluribus aliis verbis: 'Seu quia vertentis fructum percepimus anni, Vertumni rursus credidit esse sacrum.'

693 *Dura*] Amori minus obsequentia.

694 *Idalien*] Venerem dicit, ab Idalio Cypri nemore sic dictam.

Rhamnusidis] Nemesis est, Jove et Necessitate, vel Oceano et Nocte genita, scelerum, superbiæ præsertim, ultrix, et virtutum remuneratrix, quid quemque facere deceat ostendens: quæ a Rhamnunte Atticæ oppido, ubi templum habuit, Rhamnusia, seu Rhamnusis, dicta est.

696 *Cypro*] Quæ maris Mediterranei insula Veneri sacra.

Fab. XVII. Anaxarete in Lapidem.

In insula Cypro Anaxarete fuit ex progenie Teucri Salaminii, quæ forma ceteras gentes ejusdem civitatis supergressa est; sed ut pulchritudo eminens fuit, ita propter aspernationem virorum abominanda omnibus. Quam cum Iphis, ejusdem civitatis, amore diligeret, neque aditum ad eam haberet, dolens, quod in tam gravem sortem incidisset, ad extremum, ne diutius doleret, noctu clam ante fores puellæ suspendio se liberavit. Cui cum funus pro dignitate fortunæ per publicum maxima frequentia duceretur; et illa patientissime ex superiori parte domus prospiceret; ob nimiam crudelitatem animique duritiam, in vestigio sui a Venere saxo durata est; ita ut apud Salaminios species ejus prospicientis Veneris nomen acceperit. Dehinc Vertumnus, rediens in suam speciem, Pomona potitus est.

Viderat a veteris generosam sanguine Teucri
Iphis Anaxareten, humili de stirpe creatus.
Viderat, et totis perceperat ossibus æstum.
Luctatusque diu, postquam ratione furorem
Vincere non potuit, supplex ad limina venit.
Et modo nutrici miserum confessus amorem,
Ne sibi dura foret, per spes oravit alumnæ:
Et modo de multis blanditus cuique ministris,

XVII. *Iphis natus ex parentibus plebeiis conspexerat nobilem Anaxareten ortam ex sanguine veteris Teucri. Conspexerat, atque conceperat amorem totis ossibus; et diu repugnans, postquam non potuit superare æstum ratione, supplex venit ad januam; et nunc confessus effrænum amorem nutrici, precatus est per spem alumnæ, ne sibi esset crudelis: nunc adulans singulos ex plurimis famulis, implorarit favorem benevolum*

---

ses.—698 Bas. *vet. generatam sang.*—699 Unus Bas. et Heins. *de plebe.*—700 Unus liber *tot. præceperat æst.* Deinde *æstum* est ex S. Marci, et vett. alii *ignes.*—702 Med. *unus non voluit, suppl.* Heidelb. *cum quinque aliis poterat.*—704 Heins. *malebat spes...alumnas.*—705 Olim edebatur *multis alicui blanditus amicis.* Pr. Bas. *cuiquam bland. amicis:* Pal. pr. et V. pr. tert. Med. Urbin. uterque Hamburg. et septem alii *alicui blandita ministris:* N. et Fr. *alic. suadendo ministr.* Calandræ, et præterea quinque *suadendo cuique ministr.* De-

NOTÆ

698 *Teucri*] Telamonis fuit filius, qui a patre domo pulsus propter Ajacis fratris inultam necem, profugus in Cyprum, ibidem novam Salamina condidit.

701 *Luctatus*] Hic versus ex lib. VII. repetitus.

703 *Nutrici*] Hæc omnia ex penitissimis artis et experientiæ suæ mysteriis depromsit Poëta.

Miserum] Siquidem a qua non amaretur perdite amaret.

Solicita petiit propensum voce favorem.
Sæpe ferenda dedit blandis sua verba tabellis:
Interdum madidas lacrymarum rore coronas
Postibus intendit, posuitque in limine duro
Molle latus, tristique seræ convicia fecit.
Surdior illa freto surgente cadentibus Hædis,
Durior et ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et saxo, quod adhuc viva radice tenetur;
Spernit, et irridet; factisque immitibus addit
Verba superba ferox: et spe quoque fraudat amantem.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis: et ante fores hæc verba novissima dixit:
Vincis, Anaxarete: neque erunt tibi tædia tandem
Ulla ferenda mei. Lætos molire triumphos,
Et Pæana voca, nitidaque incingere lauro.

voce anxia. Plerumque credidit sua verba ferenda lenibus tabellis: nonnunquam affixit januæ serta humida rore lacrymarum suarum; atque immisit tenerum latus in rigido limine; et jecit probra in mœstam seram. Illa surdior mari turbato Hædis occidentibus; et rigidior ferro, quod ignis Noricus excoquit, et silice vivo, qui adhuc adhæret locis: contemnit atque irridet, et immitis adjicit factis crudelibus voces feroces, atque subtrahit spem etiam amanti. Iphis impatiens longi doloris non sustinuit cruciatus; atque protulit has ultimas voces ad januam: Vincis, Anaxarete; neque tandem ulla molestia tibi erit ferenda ex me: adorna festivos triumphos, et cita Pæanem, et redimitor splendida lauro. Namque victoria potiris, atque

---

nique blanditus cuique ministris Heins. protulit ex Thuan. pr. R. et Mor. et aliis decem.—706 Plurimi Codd. *pet. perpensum voc.*—707 Duo libri *verb. tabellis.*—708 Cant. *Int. madidis.* Lectum fuisse a quibusdam, *lacrim. voce* apparet ex Meursii Spicilegio ad Theocrit. p. 133. qui corrigit, *rore*; et totum hunc locum illustrat. *Burm.*—709 Unus Med. *Post. inseruit.*—710 Heins. suadet *tristique* ex uno Bas. vulg. *tristisque.* Alius etiam Bas. *tristique fori.* Nonnulli *conr. dixit.*—711 Pr. Gron. alter Erfurt. et quatuor alii exhibent *Surdior*; vulg. *Sævior.* Unus etiam *furentibus H.* plures etiam *cad. Austris*, vel *Euris*: duo *tumentibus Austris.*—712 Multi scripti *Doricus*; et duo *Gnoricus.*—713 Vulg. *quod adhuc vivum rad.* unus Bonon. *vira quod adhuc rad.* Voss. *quod adh. nimia rad.* unus *firma*; unus *dura*: Heins. dedit *vira* ex pr. Bas. O. Hamburg. et aliis compluribus.—715 Plurimi *fallit* pro *fraudat.*—718 Nonnulli cum pr. Hamburg. *mihi* pro *tibi.*—720 Bas. *rutilaque*; Med. *timidaque*: duo Med. *nitida præ-*

NOTÆ

709 *Postibus*] Decantata hæc fuerunt in Amoribus.

710 *Tristi*] Quæ tristem amatorem faciebat.

711 *Hædis*] Stellis duabus infra aspram sub humero Erichthonii seu Aurigæ, quæ ortu atque occasu suo tempestates ciere dicuntur.

712 *Noricus*] Quia apud Noricos, qui Austriæ vel Bavariæ (ut vocant hodie) populi fuerunt, magna atque optimi ferri copia fuit.

720 *Pæana*] Hoc est, Hymnis lætitiæ, cujusmodi a triumphantibus

Vincis enim, moriorque libens: age, ferrea, gaude.
Certe aliquid laudare mei cogeris, eritque
Quo tibi sim gratus, meritumque fatebere nostrum.
Non tamen ante tui curam cessisse memento,
Quam vitam; geminaque simul mihi luce carendum.
Nec tibi Fama mei ventura est nuntia leti;
Ipse ego, ne dubites, adero: præsensque videbor;
Corpore ut exanimi crudelia lumina pascas.
Si tamen, o Superi, mortalia fata videtis,
Este mei memores; nihil ultra lingua precari
Sustinet; et longo facite ut memoremur in ævo;
Et, quæ demsistis vitæ, date tempora famæ.

ultro morior: age, dura, lætare. Certe cogeris probare aliquid mei; atque erit quo tibi sim acceptus, et agnosces nostrum meritum. Scias tamen me *non prius omisisse tui amorem quam vitam: atque sum privandus simul duplici lumine. Neque rumor meæ mortis accedet tibi nuntius; ipse ego, ne dubites, præsens ero, atque videbor astans, ut oblectes* tuos *feros oculos corpore exsangui. Si tamen, o Dii, aspicitis sortes hominum, estote mei memores: lingua nihil potest amplius proferre; atque præstate ut referamur per longum ævum: et indulgete famæ annos quos sustulistis*

cingere; unus Leid. *nitidaq. recingere:* et duo alii *lauru.*—721 *Enim* est e plurimis vett. Codd. at vulg. *ait:* Heins. olim conj. *io.* Tum Berolin. *moriarque.*—722 Fl. S. Marci *mei cogeris amoris.*—724 Olim edebatur *ant. mihi cur.* Heins. ex Codd. corr. *tui:* in nonnullis scriptis *tibi. Excessisse* etiam in plurimis legitur; *cessisse* vel *fugisse* ex emend. Heins. Codd. variant; S. Marci *curamque egisse:* tert. Med. *curam exisse;* unus Arg. sec. Pal. et pr. Hamburg. *finisse;* Bernegg. *fuisse.*—725 Duo libri *geminaq. mihi jam luc.* Deinde vulg. *est* post *carendum* delevit Heins. auctoritate S. Marci, N. Bernegg. Arund. pr. Hamburg. et aliorum.—728 Unus Bas. *ut exanimo.*—729 *Fata* dedit Heins. ex Arund. Bernegg. et duodecim aliis pro vulg. *facta.*—731 Vulg. *facite ut narremur.* Tò *ut* abest a S. Marci, N. Bernegg. pr. Gron. et quatuor aliis: *facite narremur ut ævo* pr. Hamburg. *facite ut memoremur* pr. sec. Pal. pr. Mor. et tres alii: Thysii, *facite memoremur:* unde Heins. *facite o memoremur,* vel *nar-*

NOTÆ

canuntur, utere. Atque ejus generis nonnullos in Amoribus habuimus. Ab Apolline autem Pæanes initium sumserunt, in cujus honorem post occisum Pythona serpentem, hymnus hujus generis cantatus est. Nomen quod attinet vel est a παίω *ferio;* vel ab ἴει, παῖ, *jaculare, fili,* quibus verbis Apollinem Latona mater ad pugnam contra eum serpentem hortabatur.

Lauro] In testimonium victoriæ.

722 *Cogeris*] Quia illam superbam denique deserebat. Quanquam haud scio, an vere dixerit: tametsi enim nolunt amare quædam, amant tamen sese amari.

725 *Gemina*] Vita mea, et te; quæ mihi altera lux es.

732 *Famæ*] Miror Ethnicos, aliis in rebus tam cautos, in hac fuisse tam ineptos, ut famæ cupidine post mortem ducerentur. Atque adeo ex re-

Dixit: et ad postes, ornatos sæpe coronis,
Humentes oculos et pallida brachia tendens,
Cum foribus laquei religaret vincula summi;
Hæc tibi serta placent, crudelis et impia? dixit.
Inseruitque caput, sed tum quoque versus ad illam:
Atque onus infelix elisa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidantum ut multa gementem
Visa dedisse sonum est, adapertaque janua factum
Prodidit: exclamant famuli, frustraque levatum
(Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.
Accipit illa sinu, complexaque frigida nati

vitæ. Absolvit; et tollens oculos madidos et lacertos pallentes ad postes crebro decoratos sertis, cum affigeret laqueos extremi funis januæ, Hæ coronæ, inquit, tibi sunt gratæ, sæva atque scelesta? Atque immisit caput, sed tum etiam conversus ad illam: et pondus luctuosum pependit oppresso jugulo. Porta percussa ictu pedum trementium visa est strepitum fecisse similem gementi multa; atque reserata exhibuit factum. Ministri vociferantur, et reportant nequicquam sublatum ad estium genitricis; nam pater mortuus erat. Illa accipit in gremium, et amplexa artus

---

rumor. Unus etiam *in anno.*—733 *Et appositis laudatos sæpe cor.* Leid. *laudatos* etiam Gron. *laudatis* Med.—734 *Humentesque* novem libri: *vitiensque* Sixii, unde Heinsius faciebat *liventesque.* Mox plurimi *brach. tollens*; et unus Med. *turgens.*—735 Berolin. *laq. religavit v. summis. Summi* Heins. protulit ex Fl. 2. Marci, et N. vulg. *summis.*—737 Leid. *nunc* pro *tum.*—739 Sic Heins. correxit; nam vulg. legebatur *l. p. m. trepidantum et multa timentum*; et sic deesse Codd. *Timentem* veteres plerique: *trepidantum et morte paventum* pr. Mor. et pr. Bonon, *trepidantum et morte timentum* alter Erfurt. et alii quatuor: *trepidantem et morte timentem* Langerm. *trepidantem et multa moventem* Med. chart. *paventem* unus Bas. *trementem* unus Leid. *tenentem* unus Heins. *cuncta timentem* Thys. alius *trepidantis et multa gementis:* alius *trepidi moreque timentis.* Burm. putat rectius posse legi *Utque o. i. e. f. pependit, l. p. motu, t. morte, gementem, &c.* nam in uno Bas. est *Utque.*—742 Duo libri *ad limina matr.*—

NOTÆ

conditiori sui sensu orta esse hæc vota maxime crediderim; utpote ab hominibus, qui sibi bene vel male futurum esse post vitam ex factis bene aut male consciī fuerint.

736 *Hæc*] Corpora amantium ad feras, corollarum loco, suspensa.

739 *Trepidantum*] Ut mos est eorum, qui suspendio vitam finiunt.

741 *Levatum*] Ne onus corporis fauces elideret, atque infelix, si potis esset, servaretur. Ceterum ex hoc Iphidis furore cognoscere possunt omnes, quam misere desipiant, qui sui per amorem arbitrium amittunt. Quanquam enim amatores omnes ad ultimas desperationis incitas non coguntur; faciunt tamen omnes, qui sese amori sine cautione credunt, ut incauti et per summam impotentiam in maximas calamitates incidant.

Membra sui, postquam miserorum verba parentum
Edidit, et matrum miserarum facta peregit;
Funera ducebat mediam lacrymosa per urbem;
Luridaque arsuro portabat membra feretro.
Forte viæ vicina domus, qua flebilis ibat
Pompa, fuit: duræque sonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes: quam jam Deus ultor agebat.
Mota tamen, Videamus, ait, miserabile funus:
Et patulis iniit tectum sublime fenestris.
Vix bene compositum lecto prospexerat Iphin;
Deriguere oculi, calidusque e corpore sanguis
Inducto pallore fugit: conataque retro
Ferre pedes, hæsit: conata avertere vultus,
Hoc quoque non potuit: paulatimque occupat artus,
Quod fuit in duro jampridem pectore, saxum.

gelides sui filii, postquam protulit voces matrum infelicium, et absolvit facta parentum infelicium, præibat exequiis flebilibus per mediam urbem, atque ferebat artus cæruleos lecto flagraturo. Forte domus fuit proxima vico qua pompa procedebat; atque sonitus planctus permearit ad aures Anaxaretes, quam jam Deus vindex agitabat. Tacta tamen, Aspiciamus, inquit, lamentabiles exequias: atque ascendit in excelsam contignationem fenestris apertis. Vixque bene prospexerat Iphin impositum capulo, oculi indurati sunt; et sanguis calidus excessit ex corpore, pallore invecto: atque conata retro ferre pedes correpta est: conata dimovere oculos, neque id potuit: atque paulatim silex qui fuit jamdiu in rigido corde invadit membra.

744 *Miserorum* est ex Pal. vulg. *miserarum;* et sic Berolin. cum *v. perentum.* —745 Pro *facta* V. *vota:* tres *fata.*—746 Bernegg. Thuan. Barb. pr. Gron. et alii nonnulli *Fun. ducuntur.*—747 Iidem Codd. *portantur* pro *portabat.*—748 Pr. Ed. Aldin. et unus Med. *quam* pro *qua.*—749 Tres libri *diræque;* et quatnor *durasque:* mox decem *clangoris;* et tres *clamoris.*—750 Pr. Gron. et tres alii *ult. habebat.*—753 Ex Cant. Heins. profert *Vix b. compositum:* vulg. legitur *Vixque b. impositum:* Fragm. Boxhorn. *Vix b. impositum.* Mox Heidelb. *conspexerat:* et *Iphin* pro vulg. *Iphim* Heins. dedit ex melioribus.—754 Vulgo *Diriguere;* et Cod. Langerm. *Corriguere.* Tum Berolin. *calidosque;* et Voss. *calidoque.* Quidam etiam *pectore* pro *corpore.*—755 Quatuor libri *Induto pall.* et deinde Jun. cum sex aliis *conataque vertere:* tres etiam *conata revertere;* pr. Gron. et Berolin. *advertere.*—758 Cant. O. Arund. pr. Mor. et plurimi alii in

NOTÆ

747 *Lurida*] Livido colore, qualia solent esse corpora, quæ ex præcluso spiritu violenta morte pereunt.

750 *Ultor*] Nemesim supra memoravit. Ceterum ad scopum suum Vertumnus fabulam accommodat. Namque Anaxaretes fabula magis quales deceat esse puellas amore improbo invictas, cognoscitur, quam quid castæ mali mereantur. Nos diriguit Anaxarete per supplicium, ut fingit Vertumnus; sed per virtutem in officio obfirmata est.

758 *Jampridem*] Hoc dicit, quia

ma ficta putes, dominæ sub imagine signum
t adhuc Salamis: Veneris quoque nomine templum
icientis habet. Quorum memor, o mea, lentos
precor, fastus, et amanti jungere, Nymphe.
bi nec vernum nascentia frigus adurat
.; nec excutiant rapidi florentia venti.
ubi nequicquam formas Deus aptus in omnes
t; in juvenem rediit, et anilia demit
menta sibi: talisque apparuit illi,
s ubi oppositas nitidissima Solis imago
t nubes, nullaque obstante reluxit.
ue parat: sed vi non est opus: inque figura
ı Dei Nymphe est, et mutua vulnera sentit.

edas ea inventa, Salamis servat adhuc statuam sub figura Dominæ: habet mplum nomine Veneris prospicientis. Quorum recordans, o mea, oro, omitte n superbiam, et, o *Nympha, copulator amanti. Sic neque frigus vernum rat poma nascentia; neque sævi venti dejiciant florentia. Postquam Deus ad omnes figuras frustra hæc protulit, rediit in juvenem, atque sibi tollit nilem, et talis visus est illi, qualis ubi Sol splendidissimus superavit nubes , atque resplenduit nulla prohibente: vimque parat: ast nihil est opus vio- et nympha correpta est forma Dei, et sentit vulnera reciproca.*

: vulg. legitur *corpore*, omissa præpositione.—760 Med. et A. *numine ine.*—761 Zulich. et alter Thuan. *Ulciscentis hab.* Pro *o mea* multi vett. et quinque libri *duros.*—762 Unus Arg. *jung. dextræ;* Med. *Divo*, et . *Nympha.*—763 S. Marci *nil* pro *nec.*—766 In Ciofan. et aliis *anil. dem-* m Mor. *ponit.*—768. 769 *Ub. appositas* quatuordecim scripti: *oppositi-* bem Bas. *Evincit* Jun. et quinque alii: *Eduxit* unus.—770 Mariang. in quibusdam vett. esse ait *sed opus non est vi; namque fig.* et sic etiam elb. Deinde *refulsit* Mor. et duo alii; *reduxit* unus. et Berolin. quod et t Ciofan. sed Heins. *inque* non movendum putat.—771 In Berolin. *Nym-*

NOTÆ

on cessarat Anaxarete.

Salamis] Quam Cypri urbem n Telamonis condidisse supra .

Prospicientis] Ab Anaxarete stra funera Iphidis prospi-

o] Diuturnam superbiam.

ic] Optantis est; quomodo ibi.

uenem] Omnium optima est mantis amabilem esse; idque ı ex re, quam ex voto puellæ.

Anilia] Baculum puta, canos, &c.

771 *Nymphe*] Pomona, scilicet. Quid autem sibi voluerint Ethnici hac fabula, quæ tamen a solo Nasone inculcatur, a diversis diverse exponitur. Optime sensisse videntur, qui per Vertumni mutationes, varias anni tempestates intelligunt; per Pomonam, fructus ipsos: ut iis neque annus neque agricola frui possit, antequam per plurimas vices in omnes formas sese finxerit. Qui ad mores hæc omnia referunt verissime etiam

Fab. XVIII. Romulus in Quirinum.

Post Amulii ac Numitoris Albanorum regum interitum, Romulus urbis a sè conditæ cepit imperium. Qui cum adversus Titum Tatium pro raptu virginum dimicaret, hostis appropinquavit patriæ. Quod ut Venus præsensit; portis obseratis una patefacta est, Tarpeia virgine prodente patriam; pro filii incolumitate a Nymphis, quæ proximæ Jano erant, geminum petiit auxilium. Data ergo venia, secundum portam, quam Sabini irrupturi erant, recluso fonte, scaturientes aquæ, quæ antea latuerant, erumpebant. Quæ cum frigidæ hostium introitum non prohiberent, ex frigidis in calidas versæ, hostem averterunt; victoriaque potitus Romulus, rebus urbis compositis, jura reddens populo, sicut petierat mater, raptus in cœlum est; ita ut Quirinus novo nomine vocaretur.

Proximus Ausonias injusti miles Amulî
Rexit opes: Numitorque senex amissa nepotum
Munere regna capit: festisque Palilibus urbis
Mœnia conduntur. Tatiusque patresque Sabini
Bella gerunt: arcisque via Tarpeia reclusa

xviii. *Miles iniqui Amulii proximus occupavit res Italas: et Numitor senex regno potitur amisso, beneficio nepotum: et muri urbis ponuntur festis Palilibus: et Tatius et patres Sabini bella movent; et via arcis aperta, Tarpeia efflavit animam*

pha pro *Nymphæ*.—772 Bas. *Aus. invicti mil.*—773 Plurimi *amiss. nepotis*.—774 Plurimi vett. etiam *Parilibus*: Cant. autem *paratibus*.—775 Alii *Tatius* omiss. *que*.

NOTÆ

ex Vertumni mutationibus mutabile amantis, utut certissimi, notaverunt ingenium; quod nunc spe, nunc metu, innumeris insuper cogitationibus sibi ipsi abripitur. Optime quadrat etiam, quod vetus amor atque sibi constans votis suis denique potiatur: namque id simillime accidit. Sed minus illa prior expositio videtur accersita.

772 *Proximus*] Qui a Proca regnum Albanorum obtinuit. Amulius enim, pulso fratre Numitore, ejusdemque filio Lauso peremto, illud invasit. Is tamen a Remo et Romulo, Rheæ ex Marte filiis, quam Numitor genuerat, denique fuit interfectus: atque iidem avum suum solio reddiderunt.

Ausonias] Italas.

Injusti] Quippe qui fratrem exturbaverit.

773 *Nepotum*] Quos modo diximus Remi et Romuli.

774 *Palilibus*] Quæ Pali pastorum Deæ erant dicata: quo die urbis Romæ fundamenta à Remo atque Romulo jacta sunt.

775 *Tatius*] Sabinorum dux acerrimus, qui propter Sabinarum raptum gravissimum bellum Romanis intulit; atque pace facta in regni partem acceptus est.

776 *Tarpeia*] Sc. Tarpeii, arcis

animam pœna congestis exuit armis.
ati Curibus, tacitorum more luporum,
emunt voces, et corpora victa sopore
nt, portasque petunt: quas objice firma
rat Iliades. Unam tamen ipsa recludit,
trepitum verso Saturnia cardine fecit.
Venus portæ cecidisse repagula sensit:
nsura fuit; nisi quod rescindere nunquam
cet acta Deum. Jano loca juncta tenebant
s Ausoniæ, gelido rorantia fonte:
ogat auxilium. Nec Nymphæ justa petentem

upplicio armis injectis. Inde orti Curibus more luporum silentium ore vocem, atque aggrediuntur corpora somno superata, et eunt ad portas, quas obseraverat forti repagulo. Attamen ipsa Juno aperit unam, neque somum cardine moto. Sola Venus advertit retinacula valvarum lapsa esse; atque mutura, nisi quod nunquam fas est Diis evertere facta Deorum. Naiades obtinebant loca finitima Jano irrigua fonte gelido: petit ab his suppetias.

Dignæ dedit Heins. ex multis vett. vulg. *Dignam*; et sic etiam tert. Med. alii. Dein pro *exuit* permulti, *edidit armis:* at Heins. cum in vetustiit *eruit*, suspicatur *obruit:* suadet etiam, *Dignæ animam pœnæ congestis armis.*—778 Quidam, *rapidorum* aut *rabidorum*; et unus *sævorum:* alius um *ferarum.*—779 Tres libri *Ore fremunt.* Tum Mor. et unus Heins. ro *voces.* Unus Leid. et Ro. *corp. vincta sop.* unus Med. *pressu.* Dein ri, et tert. Bonon. *vict. soporis.*—780 Hunc vs. cum præced. Priscian. p. 582. sic legit; *ut corpora victa sopore Incedant;* [vel *Invadant;*] *portumant, quas obice fultas. Firma* ex Thuan. Arund. et aliis decem; rmo: Berolin. *primo.*—781 *Recludit* Heins. dedit ex pr. Pal. et V. N. pr. R. et Erfurt. Boxhorn. et aliis pro vulg. *reclusit.*—783 Med. *V.* ic. Mox Berolin. *repag. sentit.*—786 Alii scribunt *Naiades;* et unus *Naiades Hesperiæ, gel.*—787 Unus Med. *petit* pro *regat;* et Berolin.

NOTÆ

a præfecti, fuit filia, quæ hostiam prodidit, ornamentis capta l in sinistris gestabant: cum obiguis verbis ea promisissent, idem datam servarent, atque ulciscerentur, scuta pro arillam conjecerunt. Qua de udi Historici, qui de puellæ diversa tradiderunt.

Sati Curibus] Sabini, quorum urbs fuit princeps: a qua post initam societatem Quictl.

779 *Corpora*] Romanorum, scilicet.

781 *Iliades*] Romulus, Iliæ filius.

782 *Saturnia*] Juno est.

785 *Jano*] Id est, Templo quod in hujus Dei honorem positum fuerat; pace claudebatur, bello, forte ex re, quam nunc habemus præ manibus, patebat.

787 *Rogat*] Venus, scilicet: quanquam a Jove Romuli precibus repressam fœdam suorum fugam scripserunt alii. Fabulam vero hanc ex eo videtur inculcasse Poëta, quod eodem loco,

Sustinuere Deam: venasque et flumina fontis
Elicuere sui. Nondum tamen invia Jani
Ora patentis erant, neque iter præcluserat unda.
Lurida supponunt fœcundo sulfura fonti,
Incenduntque cavas fumante bitumine venas.
Viribus his aliisque vapor penetravit ad ima
Fontis: et Alpino modo quæ certare rigori
Audebatis, aquæ, non ceditis ignibus ipsis.
Flammifera gemini fumant aspergine postes:
Portaque, nequicquam rigidis permissa Sabinis,
Fonte fuit præstructa novo; dum Martius arma
Indueret miles. Quæ postquam Romulus ultro
Obtulit; et strata est tellus Romana Sabinis

Neque nymphæ restiterunt Deæ poscenti æqua: atque eduxerunt venas et rivos suæ scaturiginis. Nondum tamen aditus Jani aperti erant præclusi, neque aqua impediverat viam. Submittunt pallida sulfura scatenti fonti, atque accendunt venas sinuosas bitumine fumante, et calor penetravit ad intima scaturiginis his viribus atque aliis; et, aquæ, quæ modo poteratis contendere cum frigiditate Alpina, non ceditis ipsis flammis. Uterque postis fumat rore ignifero; et valvæ frustra apertæ sævis Sabinis fuerunt obturatæ novo fonte, donec miles Martius caperet arma. Quæ postquam Romulus sponte induxit, et tellus Romana fuit cooperta corporibus Sabi-

---

vocat. Mox quinque scripti *just. precantem.*—788 Langerm. *Submovere D.* Med. *Despexere.* Pr. Mor. *et semina font.*—790 Sex libri *Ora parentis er.*—791 Pr. Gron. *supp. suffuso sulf.*—792 Unus Mor. *bitum. rimas.*—794 Unus Heins. *cert. liquori.*—795 Conj. olim Heins. *Gaudebatis aq.*—796 O. et plurimi alii *Flammigera gem.* Pat. *Fumifera.*—797 Ante Heins. edebatur *promissa Sab. permissa* est ex sec. Mor. et aliis tredecim; tert. Med. *commissa.*—798 Tres libri *fu. prærupta nov.* unus *præfracta;* alius *præsumta;* Berolin. *prætrusa.*—799 S. Marci, et pr. Erfurt. et alii nonnulli *Inderat mil.* Heins.

NOTÆ

quo hæc pugna commissa fuit, Veneris Cloacinæ, a cluendo, hoc est, pugnando, sic dictæ, simulacrum dicatum sit. Aquas insuper suas a proximo lacu Curtio hausisse Poëtam, ut omnia fingendi fuit audacia, a vero non est alienum.

791 *Lurida*] Quæ vapore luridum colorem atque pallidum efficiunt.

792 *Incendunt*] Jano ista tribuit ipse Naso Fast 1. ut ineptissime sibi consulere credas, qui hujusmodi nugis diutius immorantur. Si quæ bonæ frugis, ea statim hinc tollenda; cetera non minori cura contemnenda.

794 *Alpino*] Frigidissimæ vero ex Alpibus undiquaque scatent aquæ.

796 *Gemini*] Postes pro templi portis geminis positi bifrontis Jani.

797 *Rigidis*] Illis vero tristem atque tetricam disciplinam tribuit Livius: fueruntque morum gravitate atque sanctitate laudatissimi. Cicero illos fortissimos, florem Italiæ, atque adeo Reipublicæ robur appellat.

798 *Martius*] Romanus; cui a Romulo Marte sato illud nomen.

Corporibus, strata estque suis; generique cruorem
Sanguine cum soceri permiscuit impius ensis:
Pace tamen sisti bellum, nec in ultima ferro
Decertare, placet; Tatiumque accedere regno.
Occiderat Tatius, populisque æquata duobus,
Romule, jura dabas: posita cum casside Mavors
Talibus affatur Divumque hominumque parentem:
Tempus adest, genitor, (quoniam fundamine magno
Res Romana valet, nec præside pendet ab uno)
Præmia, quæ promissa mihi dignoque nepoti,
Solvere, et ablatum terris imponere cœlo.
Tu mihi concilio quondam præsente Deorum

nis, et cooperta suis; atque gladius scelestus confudit sanguinem generi cum cruore soceri, decernunt tamen bellum pace componere, neque ad extremum concurrere ferro; et Tatium recipi in regnum. Tatius obierat, et, Romule, ponebas leges communes duobus populis: cum Mars, omissa galea, talibus alloquitur patrem Deorum atque hominum: Tempus adest, pater, siquidem Respublica Romana floret amplo fundamento, neque pendet ab uno rege, pendere mercedem quæ mihi promissa et merito nepoti, atque recipere in cœlum sublatum ex terris. Tu dixisti mihi olim in

conj. *Induitur.*—801 A. Bas. et tres alii *Corporibusque suis strata est.* Plerique vett. *strataque;* nisi quod in nonnullis *strata atque.*—802 Thuan. et Sprotii *sec. promiscuit imp.*—803 Unus Med. *ad* pro *in.*—804 Unus Ciofan. *T. excedere regn.*—805 Bas. et duo Pal. *Deciderat T.*—806 Fr. et Sprotii cum *cuspide M.*—807 Pr. Gron. et Thysii *T. alloquitur D.* Deinde sec. R. *potentem* pro *parentem.*—808 *Quoniam* ex scriptis Heins. dedit pro vulg. *quondam.* Duo libri *fund. longo.*—809 Bas. *Rom. viget, nec:* Fr. et unus Heins. *manet.* Deinde *nec* ex quart. Med. vulg. *et.*—810 *Quæ* recepit Heins. ex duobus V. uno Mor. et altero Hamburg. vulg. *jam:* nonnulli Codd. *sunt;* alii *nunc:* idem etiam conj. *que.*—812 Alii scribunt *consilio.*—813 Cant. et unus Bas.

NOTÆ

803 *Pace*] Quæ Sabinarum interventu his denique conditionibus constituta est, ut relictis suis sedibus novam in urbem hostes demigrarent; Tatius una cum Romulo æqua potestate paribusque honoribus regnaret.

805 *Tatius*] A proximis legatorum Laurentium, qui ad res repetendas missi, pulsati fuerant, Lavinii fuit interfectus, cum illuc ad solenne sacrificium profectus esset.

Æquata] Inter Romanos et Sabinos. Cum concionem haberet ante urbem, discerptum aliqui a Senatu putant ob asperius ingenium.

806 *Mavors*] Mars, qui Romuli dictus pater.

807 *Parentem*] Jovem, scilicet.

809 *Nec præside*] 'Jupiter, inquit, habet Romana potentia vires: Sanguinis officio non eget illa mei.' Fast. II.

810 *Nepoti*] Romuli: siquidem Martis filius, qui Jovem patrem habuit.

(Nam memoro, memorique animo pia verba notavi)
Unus erit, quem tu tolles in cœrula cœli,
Dixisti. Rata sit verborum summa tuorum.
Annuit omnipotens, et nubibus aëra cæcis
Occuluit, tonitruque et fulgure terruit Urbem.
Quæ sibi promissæ sensit data signa rapinæ,
Innixusque hastæ, pressos temone cruento
Impavidus conscendit equos Gradivus, et ictu
Verberis increpuit: pronumque per aëra lapsus
Constitit in summo nemorosi colle Palati:

frequentia Deorum, nam recordor, et observavi pia dicta grata mente, Unus erit, quem tu evehes in cœlum cæruleum. Summa tuorum dictorum sit firma. Omnipotens assensus est: atque obduxit cœlum opacis nebulis, et tremefecit Urbem tonitru et fulgure. Quæ Gradivus cognovit esse indicia sibi exhibita raptus concessi; atque innixus hastæ confidens conscendit equos onustos temone cruento, et hortatus est ictu scutieæ; et vectus per declivem aërem, subtitit in extremo cacumine fron-

Nam memorv mem. Heins. conj. *refero.* Dein in quibusdam *anim. tua verb.* Med. unus *tua dicta.*—814 Vulg. *tolles ad sidera cœl.* plurimi Codd. *tollas in cærula;* et N. Urbin. Bernegg. Cant. pr. V. et Pal. et Med. cum multis aliis: at Heidelb. *pones in sidera;* et Berolin. *tolles super æthera:* denique Voss. *in culmina.*—817 Plures alii *terr. orbem.*—818 O. et sec. Strozæ *Quo sib.* Berolin. *Qui.* Deinde duo Leid. et Bas. *sentit* pro *sensit:* et *rata sign.* exhibet S. Marci, Berolin. quart. Med. et sex alii.—819 Gronovius malebat *prensos tem.* Deinde unus Heins. *tem. calenti.*—820 V. et Med. *Impavidos:* Mor. et Gron. *ascendit eq.*—821 Pal. et septem alii *pronusque;* Jun. *purumque;* Gron. *pariterque.* Deinde Berolin. *per æthera.*—822 Quin-

NOTÆ

814 *Tu*] O Mars, scilicet. Optime vero per virtutem Jovis promissa rata esse scripsit Poëta. Quæ utinam garruli plurimi Christiani, deposita adversus Deum calumnia, æqua lance perpendere satagerent.

816 *Nubibus*] Oborta tempestas solisque defectio consecrationis speciem præbuerunt: cui mox Julius Proculus fidem fecit, visum a se Romulum affirmans augustiore forma quam fuisset. Florus.

817 *Terruit*] Istud ex historiæ fide: nam Romulus, ut narrat Livius, cum ad exercitum recensendum concionem in campo ad Capræ paludem haberet, subito coorta tempestas, cum magno fragore tonitribusque, tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum ejus concioni abstulerit.

818 *Rapinæ*] Romuli ex terris in cœlum auferendi.

819 *Cruento*] Ut bellipotentis Dei esse decet.

820 *Gradivus*] Mars, qui ita a *Gradiendo*, vel a *Vibrando*, quod κραδαίνειν est Græcis, dicitur.

821 *Increpuit*] 'Insonuitque flagello' dixit Virgil.

822 *Palati*] Jam supra hunc unum esse ex collibus Romanis diximus, Imperatorum sede olim clarissimum.

ddentemque suo jam regia jura Quiriti
stulit Iliaden. Corpus mortale per auras
lapsum tenues: ceu lata plumbea funda
issa solet medio glans intabescere cœlo.
lchra subit facies, et pulvinaribus altis
gnior, et qualis trabeati forma Quirini.
ebat ut amissum conjux; cum regia Juno
n ad Hersiliam descendere limite curvo
perat: et vacuæ sua sic mandata referre.

FAB. XIX. Hersilia in Oram.

RSILIA, conjux Romuli, cum fieret amissum conjugem, post datam ei a
tione immortalitatem, Ora Quirini nuncupata est: quorum templa a po-
ulo Romano in Colle Quirinali constituta sunt.

ET de Latia, o et de gente Sabina

Palatini: et sustulit Iliaden dicentem jura regia Quiriti jam suo. Corpus rti obnoxium disjectum per subtilem aërem, ut pila plumbea impulsa lata funda suevit liquescere in medio cœlo. Splendidus vultus exoritur, atque dignior ex- is pulvinaribus, et qualis species Quirini trabeati. Uxor illum *lugebat tanquam ditum; cum Juno regia jubet Irin descendere per sinuatum callem ad Hersiliam, ue sic narrare sua jussa otiosæ.*

XIX. *O matrona, honor primariæ gentis Latinæ atque Sabinæ, antea dignissima*

libri *summ. nemorali coll.*—823 *Jam* ex optimis Codd. placet Heins. et rm. vulg. *non*; in quibusdam *ne*: alii etiam *tunc* vel *nunc*: in Pal. *suo re- lia jur.* Duo etiam libri *Quirino.*—824 O. *mort. sub aur.*—825 Plurimi *ut* *sic* pro *ceu*, quod Heins. recepit ex N.—826 Arg. *gl. incandescere cœl.*— 8 Sic Heins. vs. constituit ex V. et uno suo: vulg. *Dign. est qualis.*—830 *rsiliem* etiam legitur; et *Hersilien*, et *Hersilies.* Cælest. cum multis aliis *s. tramite curv.*—831 Jun. Sprotii, et unus Bas. *et viduæ su.* Fr. et alii mplures *vacuæ suasit mand.*—832 *Latia* Heins. reponit, pro vulg. *Latio*, ex

NOTÆ

826 *Intabescere*] Liquescere atque nescere. Quod tamen falsum est.

827 *Pulvinaribus*] Lectos dicit, qui is in templis sternebantur.

828 *Trabeati*] Trabea induti; quæ ga fuit multis, instar trabium trans- rsarum, purpureis auroque intextis ciis decorata. Ex eo autem quod mulus ad Superos translatus, cum ra redderet,' discere possunt non principes modo, sed omnes, qui gloriæ student, eam non aliter quam æquitate et justitia posse comparari.

830 *Hersiliam*] Hæc Romuli conjux in Diis recensita Ora vel Hora dicta est, quæ apud Romanos qualis Hebe apud Græcos fuit. Hortam insuper appellatam fuisse scripsit Plutarchus, utpote quæ juvenes ad virtutem et res bene gerendas hortaretur. Neque

Præcipuum, matrona, decus; dignissima tanti
Ante fuisse viri, conjux nunc esse Quirini;
Siste tuos fletus: et, si tibi cura videndi
Conjugis est, duce me lucum pete, colle Quirino
Qui viret, et templum Romani regis obumbrat.
Paret: et in terram pictos delapsa per arcus,
Hersiliam jussis compellat vocibus Iris.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu,
O Dea, (namque mihi, nec quæ sis dicere promtum est;
Et liquet esse Deam) duc, o duc, inquit: et offer
Conjugis ora mihi: quæ si modo posse videre
Fata semel dederint; cœlum accepisse fatebor.
Nec mora; Romuleos cum virgine Thaumantea
Ingreditur colles. Ibi sidus ab æthere lapsum
Decidit in terras: a cujus lumine flagrans

fuisse uxor tanti viri, nunc esse Quirini, compesce tuas lacrymas; et, si cupis cernere maritum, veni me ducente in lucum, qui virescit in monte Quirino, atque velat templum regis Romani. Iris obsequitur; atque delapsa in terram per arcus coloratos affatur Hersiliam verbis jussis. Illa vix erigens oculos facie pudibunda, o Dea, inquit, namque neque possum dicere quænam sis, et constat esse Deam, duc, o duc, et mihi exhibe vultus mei *mariti: quæ, si fata concesserint aspicere tantum semel, agnoscam videsse cælum. Et sine cunctatione proficiscitur in montem Romuleum cum virgine Thaumantea. Ibi stella ex cælo demissa cecidit in terram, a cujus*

Thuan. pr. Basil. et Mor. et aliis.—836 Sec. A. habet *es* pro *est*. Thuan. *est, lucum pete velox, coll.* pr. Mor. *sanctum lucum pete:* pr. A. *lucum magni pete.* Alii etiam *coll. Quirini.*—838 Fr. sec. Pal. unus Med. et duo Heins. *terr. varios del.* pr. Gron. et Jun. *puros.*—840 Unus Bas. *verec. suttollens lum.*—842 Tres libri *Sed;* unus *Te liq.*—843 *Quæ* Heins. dedit ex pr. V. sec. Pal. tert. Med. pr. Hamburg. et decem aliis; vulg. *quem.* Unus etiam Mor. *posse videri.*—844 Alii *cæl. asperisse,* vel *aspectasse:* unus etiam Heins. *ascendisse.*—846 Plerique *ubi* pro *ibi.*—848 O. *Hersilies:* et unus liber *cum*

NOTÆ

abs re suo Quirino Romani addixerunt; ut et illi, atque omnes, non otio aut desidia, sed virtute et fortitudine parari atque conservari bona omnia intelligerent.

(*Curvo*] Qualis est arcus cœlestis.

834 *Quirini*] Qui Romulus est, nomine mutato postquam in Deorum numerum relatus.

836 *Quirino*] Ubi ipse Quirinus seu Romulus templum habuit; qui et ipsi colli Quirinali nomen dedit.

840 *Verecundo*] Ut decuit fœminam, quæ Deam alloqueretur. Atque ex eo Juventus, quales esse oporteat, possunt cognoscere.

845 *Romuleos*] Quos dixit 'Quirinos' supra.

Thaumantea] Iris est, Thaumantis filia, Junonis addicta ministeriis.

Hersiliæ crinis cum sidere cessit in auras.
Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis
Excipit, et priscum pariter cum corpore nomen
Mutat; Oramque vocat; quæ nunc Dea juncta Quirino est.

ignæ comæ Hersiliæ incensa abiit in cælum cum stella. Ædificator urbis Romæ hanc excipit manibus notis, atque simul mutat antiquum nomen cum corpore, et appellat Oram, quæ Dea uxor est nunc Quirini.

lumine cessa.—851 In quibusdam Codd. *Horamque* scribitur.

NOTÆ

851 *Mutat*] Aliam mortalium linguam a lingua Deorum volucrunt Poëtæ. Neque sine causa.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER XV.

FAB. I. Calculi nigri in candidum colorem.

MYSCELUS, Alemonis filius procreatus Argis, cum quieti se dedisset, Hercules visus est, qui eum moneret, ut patriam relinqueret, et secundum Æsarem amnem consideret. Qui cum facere extimesceret, quia lex vetaret deserere patriam et in aliam civitatem transire, rursus admonitus est. Metuens itaque penates suos destituit, ideoque in judicium publicum est devocatus. Et cum omnem populum adversus se haberet, judicaturis calculi albi ac nigri dati sunt; ut atri damnarent, candidi absolverent. Mycilus itaque, pertimescens periculum capitis, Herculem invocavit, ut laboranti sibi, quia ejus jussis obtemperasset, ferret auxilium: cujus preces non incassum abierunt. Nam cum calculi more patriæ in urna effusi deducti essent, omnes apparuerunt in colorem album conversi. Quamobrem ille, metu liberatus, per Ionium pelagus navigans, cum in Italiam venisset, et Æsarem amnem attigisset, sicut præceptum erat, urbem constituit, eamque a proximo tumulo, cui Tares Neptuni filius subjectus erat, Tarentum nominavit.

QUÆRITUR interea, qui tantæ pondera molis
Sustineat, tantoque queat succedere regi.

1. *Quæritur interea, quis ferat onera tantæ magnitudinis, et possit succedere*

1 Qui Heins. dedit ex O. pro vulg. quis.—2 Unus Arg. succ. regno.—

iat imperio clarum prænuntia veri
. Numam. Non ille satis cognosse Sabinæ
s habet ritus: animo majora capaci
pit, et quæ sit rerum natura requirit.
s amor curæ, patria Curibusque relictis,
, ut Herculei penetraret ad hospitis urbem.
i quis Italicis auctor posuisset in oris
ia quærenti, sic e senioribus unus

gi. Fama prænuntia veri addicit Numam imperio. Ille non est contentus rimoniis gentis Sabinæ: apprehendit majora vasta mente, atque exquirit natura rerum. Amor hujus studii fecit, ut, Patria et Curibus desertis, eretur ad urbem hospitis Herculei. Atque unus ex senioribus inde ortis non præteritæ ætatis sic edocuit sciscitantem quisnam conditor statuisset ur-

Cod. *imp. Latio præn.*—4 Berolin. *cogn. Sabinos.*—5 Bas. *Unus gentis m.*—8 Med. *H. penetrasset.* Dein Ms. Bersm. *in hosp.*—9 Ex quibus-

NOTÆ

mam] Fuit Numa Pompilius Romanis petitus ob inclytam gionem, qui eo denique feropulum redegit, ut quod vi et occupaverat imperium religine justitia gubernaret.

ius] Sacra, cærimonias, om- Deorum cultum docuit.

ra] Adeoque, si Nasoni credijus est naturam cognoscere Deorum immortalium cultum rimonias. Immo, si ipsi filio derent oscitantes plurimi, non tantum, sed ex sacrario suo nes verius quam Theologi cærimonias omnes atque excultum scirent reconditæ esse veritatis involucra, aut litertuam, in quibus hærere turm, doctoribus præsertim, quarideri volunt.

or] Novi ego, atque compelorum hæc est cura, hic amor, turæ atque ejus Auctoris . Quid hic aut ille noster r sentit, qui ad offam vel stipendium præpollens habet suffragium? ut ei astipulemur, illum veneremur, deosculemur, atque ex ejus nutu pendeamus denique; in eorum omnium perniciem coëamus, qui sacrosanctæ offæ inhiantibus refragari ausi fuerint. Quibus quidem cucurbitis Dii Deæque omnes, quo digni sunt, duint, (precatur aliquis) nisi denique se homines esse reminiscantur.

Patria] Namque ibi quid possit quisquam ediscere, nisi opprobria pati atque contumelias, qui aliqua virtute multis invidis præcelluerit?

8 *Hospitis*] Crotonem dicit, qui, ut modo ex Poëta ipso cognoscetur, non Herculem tantum ex Hispania redeuntem hospitio excepit, sed insuper Crotoni urbi nomen dedit, in qua Pythagoras Philosophus maximus docuit. Illius audiendi causa Numam Crotonem concessisse finxit Poëta, ut fabulas suas consueret: quem multo juniorem non potuisse videre illum satis constat.

Retulit indigenis, veteris non inscius ævi:
Dives ab Oceano bubus Jove natus Iberis
Littora felici tenuisse Lacinia cursu
Fertur: et, armento teneras errante per herbas,
Ipse domum magni, nec inhospita tecta, Crotonis
Intrasse; et requie longum relevasse laborem;
Atque ita discedens, Ævo, dixisse, nepotum
Hic locus urbis erit; promissaque vera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
Myscelos, illius Dis acceptissimus ævi.
Hunc super incumbens pressum gravitate soporis
Claviger alloquitur: Patrias, age, desere sedes:
I, pete diversi lapidosas Æsaris undas.
Et, nisi paruerit, multa ac metuenda minatur.
Post ea discedunt pariter somnusque Deusque.

bem Græcam in littoribus Italis. Filius Jovis opulentus Tauris Hispanis, dicitur pervenisse ad littora Lacinia felici cursu ab Oceano; atque, armento vagante per tenera gramina, ipse subiisse domum hospitalem magni Crotonis; et respirasse a longo labore per quietem; et abiens sic dixisse, Hic erit locus urbis ætate nepotum: atque ejus promissa fuerunt certa. Nam fuit quidam Myscelus filius Alemonis Argivi gratissimus Diis illius temporis. Hercules superstratus ita hunc affatur oppressum alto somno; Agedum, relinque domum patriam, proficiscere, concede ad undas saxeas Æsaris remoti: atque nisi obsecutus sit minitatur plurima atque reformidanda. Post ea sopor atque Deus simul abeunt. Alemonides surgit, atque

---

dam Codd. qui exhibent *Italis* pro *Italicis* Heins. conj. *Italiis*.—11 Leid. *non nescius*; quinque libri *immemor*.—12 *Bubus* meliores, teste Heins. vulg. *bobus*.—14 Berolin. *per umbras*.—16 Leid. *relev. calorem*.—18 Arund. *ver. fuere*: Heins. putat *fuisse*.—20 Ex uno Bas. qui habet *Miscilus*, Heins. suadet *Myscelos*: nonnulli *Missilus*; I. *Mirsilus*; Barb. et Bernegg. *Miciles*; Berolin. *Mialus*: alii aliter. Scaliger emendabat *Myscelus*.—21 Unus Med. et sec. A. *mersum* pro *pressum*.—22. 23 Ita ordinem verborum ex Pal. restituendum monuit Gruter. approbante Heins. olim legebatur: *Claviger all. Lapidosas Æs. und. I, pet. div. patrias, age, des. sed.*

NOTÆ

12 *Iberis*] Hispanis: quos inde, Geryone interfecto, abegerat Jove natus Hercules.

13 *Lacinia*] Quæ a Lacinio promontorio Italiæ, *il capo delle Colonne*, non longe a Crotone, inter Tarentinum et Scyllacium sinum, nomen habuerunt: sicut et ipsum promontorium a Lacinio latrone ibi ab Hercule mactato suum deceptit.

22 *Claviger*] Herculem dicit, qui sine clava et leonis pelle vix usquam invenitur.

23 *Æsaris*] Qui fluvius est parvus admodum magnæ Græciæ in Calabria ulteriore, Crotone in Ioniam mare defluens: hodie *l'Esaro*: adeoque multum ab Argolide et Rhypis, Myscli patria, dissitus.

Surgit Alemonides, tacitaque recentia mente
Visa refert: pugnatque diu sententia secum.
Numen abire jubet: prohibent discedere leges:
Pœnaque mors posita est patriam mutare volenti.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,
Et caput extulerat densissima sidereum nox:
Visus adesse idem Deus est, eademque monere;
Et, nisi paruerit, plura et graviora minari.
Pertimuit; patriumque simul transferre parabat
In sedes penetrale novas: fit murmur in urbe,
Spretarumque agitur legum reus. Utque peracta est
Causa prior, crimenque patet sine teste probatum,
Squalidus ad Superos tollens reus ora manusque,
O cui jus cœli bis sex fecere labores,
Fer, precor, inquit, opem: nam tu mihi criminis auctor.

quod se revolvit nova somnia, et consilium diu incertum est. Deus hortatur discedere, leges non sinunt proficisci; atque mors est dictum supplicium cupienti vertere solum. Sol splendidus condiderat caput lucidum in Oceano, et nox obscurissima exserat caput stellatum, idem Deus visus est assistere, atque eadem monere, et, nisi obsecutus sit, minari plura et duriora. Pertimuit: atque intendebat pariter transvehere rem patriam in novam habitationem. Rumor spargitur per urbem, et arcessitur reus legum contemtarum. Cumque causa primo esset dicta, et crimen compertum est probatum sine teste, reus sordidus erigens manus atque faciem ad Deos, O, ait, Tu, cui duodecim labores aperuerunt viam ad cœlum, ades in auxilium, nam

---

l est ex Farnes. et Aldin. Edd. vulg. *Et*.—26 O. pr. Bas. et Mor. I. et quatuor alii *tacitaq. recondita ment*.—27 Unus Heins. *Jussu ref*.—31 O. et duo alii *Extuleratque caput dens*. Mox quart. Med. *sideribus nox*. —33 Berolin. *par. multa ac grav*.—34 Idem Cod. *Extremuit: patr*. Bothius volebat *Extimuit*. Pr. Mor. *palam* pro *simul*.—36 Tan. Faber delet *at*, et va. seq. legit *Caus. fuit*, *cr*. Heins. malebat *Caus. viri*. Dein *patet* dedit Heins. ex melioribus; vulg. *patens;* sic Berolin. et mox *probatum est*.—38 Plurimi *tendens* pro *tollens*.—39 *O cui jus* emendarunt Muretus, Scaliger et Meurs. olim *O cujus cœlum;* unus Vatic. Farnes. in marg. Arund. et decem alii, *O tu, quem celebrem:* O. et Med. *O cujus celebrem*.— 40 *Fer, pater* duo libri. Mox *et funeris auctor* unus Med. alii quidam, *muneris*.

NOTÆ

30 *Oceano*] Ut videtur oculis.

31 *Sidereum*] Quia de nocte sidera apparent.

35 *Penetrale*] Hoc est Deos Penates, et quicquid in interioribus domus partibus carissimum haberet. Metonymia est.

37 *Sine teste*] Quia vir bonus ultro confessus est.

39 *Bis sex*] Duodecim illos Herculis decantatissimos labores in superioribus vidimus.

Mos erat antiquus, niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpæ.
Nunc quoque sic lata est sententia tristis: et omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.
Quæ simul effudit numerandos versa lapillos,
Omnibus e nigro color est mutatus in album:
Candidaque Herculeo sententia munere facta
Solvit Alemoniden. Grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ: ventisque faventibus æquor
Navigat Ionium: Lacedæmoniumque Tarentum
Præterit, et Sybarin, Salentinumque Neæthum,
Thurinosque sinus, Temesenque, et Iapygis arva.

tu es mihi causa facinoris. Mos erat priscus albis atque nigris calculis, his damnare reos, illis liberare a crimine. Nunc etiam sententia luctuosa sic lata est; et omnes lapilli nigri deponuntur in tristem urnam. Quæ inversa statim atque reddidit calculos recensendos, color omnium est versus ex atro in candidum: et sententia facta alba beneficio Herculis liberavit Alemonidem. Ille agit gratias patri Amphitryoniadæ, et ventis secundis trajicit mare Ionium, et præternavigat Tarentum Lacedæmonium, et Sibarin, et Neæthum Salentinum, et sinus Thurinos, et Temesen,

—41 *Antiquus* est ex emend. Burm. olim *antiquis:* O. *Mos ant. er.*—42 Tredecim libri *absolv. culpas;* plurimi *culpam;* vulg. *culpa: culpæ* est ex Thuan. et quart. Med.—43 Alii *Tunc quoq.* Bas. etiam *lis lat.* Heins. conj. *Tunc quoq. quis lat.*—47 *Munere* Heins. dedit ex pr. Bas. et decem aliis pro vulg. *numine.* —48 In multis *Alemonidem.*—49 Alii *Amphytrionidæ.*—51 *Sybarin* ex melioribus; vulg. *Sybarim.* Alii legunt *Sallentinumq.* et *Neæthum* vel *Neretum,* vel *Veretum* vel *Verethum.*—52 Pro *Temesen* alii Codd. habent *Nemesen* vel *Nome-*

NOTÆ

46 *Mutatus*] Beneficio Herculis, ut subdit ipse Poëta.

47 *Candida*] Ex candidis calculis.

49 *Amphitryoniadæ*] Herculi; qui quidem Jovis filius, sed ex Alcmena, quæ Amphitryonem Thebanum maritum legitimum habuit.

50 *Ionium*] Quod ex Græcia in Italiam tendenti transfretandum fuit.

Tarentum] Urbs est antiquissima Salentinorum in Calabria citeriore, a Tara Neptuni filio ædificata, a Partheniis vero, Lacedæmoniorum duce Phalanto, amplificata: quæ hodieque permanet, *Taranto* incolis, *Tarente* Gallis dicitur.

51 *Sybarin*] Hæc olim potentissima fuit in sinu Tarentino civitas, incolarum deliciis etiam famosa, quam Crotoniatæ deleverunt. Restituta ab indigenis Thurium dicta est, quæ denique excisa hodie in ruinis jacet; nisi forte vicus quidam, quem vulgo dicunt *la Torre Brodogneto,* est ex ejus ruderibus.

Neæthum] Fluvius est Salentinorum, non longe a Crotone.

52 *Temesen*] Fuit ea Brutiorum, ut patet ex ista Mysceli peregrinatione: cujus etiam meminit Strabo in descriptione Iapygiæ: ut frustra sint, qui hunc locum solicitare aggressi sunt.

Iapygis] Fuit Iapyx Dædali filius,

e pererratis, quæ spectant littora, terris,
t Æsarei fatalia fluminis ora:
ocul hinc tumulum, sub quo sacrata Crotonis
egebat humus; jussaque ibi mœnia terra
lit: et nomen tumulati traxit in urbem.
onstabat certa primordia fama
ci, positæque Italis in finibus urbis.

Fab. II. Animæ in varias Species.

oras, Samius, tyrannidem fugiens, cum patriam reliquisset, in Ita-
nit, et quæ didicerat de rerum natura mundique aperit, ad modum-
culi aurei docet, ad usus quoque necessarios cuncta præbente terra,
sse animalibus vesci: quod essent in eis forte consanguineorum ani-
rtalium: et quod e corporibus in corpora animæ transfunderentur.
docet unde occidendorum animalium usus primum inoleverit. Nam
m concessum est, ut maleficæ feræ dolis interceptæ occiderentur;
suetarum fœtus sues, quod fruges satas eruerent; item capri, quod
naturam præcerpere assuevissent, nec deinde fructus cresceret.

uit hic, ortu Samius: sed fugerat una
ion et dominos; odioque tyrannidis exul
erat. Isque, licet cœli regione remotos,

apygis: atque terris ægre præteritis quæ pertinent ad oras, reperit ostia
vii Æsaris; neque hinc longe sepulcrum, sub quo terra servabat ossa sacra
et ibi posuit urbem in solo præfinito: et nomen sepulti addixit urbi.
rat indubitata fama talia esse initia loci, atque urbis conditæ in finibus

vir fuit Samius origine; sed pariter vitaverat et Samon et tyrannos;
injustæ dominationis ultro erat profugus. Et ingenio accessit ad Deos,

Pr. Hamburg. *qua* pro *quæ*.—54 Alii *Æseriæ*. Mox septem libri
.—58 Pr. Mor. et tres alii *Tal. constabant cert.*—59 Quart. Pal. *in*
bis.—62 *Remotos* Heins. placet cum pr. Hamburg. et Arund. et A.

NOTÆ

giæ Calabriæ urbi, Iapygio
rio, immo et Calabriæ ipsi
nomen dedit.
lia] Herculis admonitu tan-
o præstituta.
Ostia dicit, quibus maria

57 *Tumulati*] Crotonis, scilicet.
60 *Samius*] Samo, Icarii maris insula contra Ephesum, oriundus: namque ea fuit Pythagoræ patria.
62 *Sponte*] Quis vero lubentissimo animo tyrannos non refugiat, ut libertate donatus cum Deo agere,

Mente Deos adiit: et, quæ natura negabat
Vĭsibus humanis, oculis ea pectoris hausit.
Cumque animo et vigili perspexerat omnia cura,
In medium discenda dabat: cœtusque silentum,
Dictaque mirantum, magni primordia mundi,
Et rerum causas, et quid natura, docebat:
Quid Deus; unde nives; quæ fulminis esset origo:

dissitos spatio cæli; atque depromsit oculis mentis quæ natura occultabat oculis corporis. Et postquam penitus cognoverat omnia mente et cura assidua, proferebat cognoscenda palam; et indicabat turbæ tacitæ, atque miranti dicta, principia vasti orbis, et causas rerum, et quid Natura, quid Deus esset : *unde nives; quæ esset*

cum uno Bas. et ita Bernegg. pro var. lect. vulg. *remotus*.—63 Med. *nat. negarat*.—65 Berolin. omiss. *et*. Tum V. et multi alii *prospexerat*.—66 Alter Strozzæ, *med. perspecta dabat*, ut sit familiaris Ovid. repetitio.—66 Vulg. et Mitsch. *cætumque*, quod improbat Burm. propter sequens *silentum*.—68 Berolin. pro *causas* habet *clausas*. Mox unus Bas. *et quæ nat*.—69 Barthius ad Stat. Sylv. v. III. 21. ex Mss. legit *Quis D.* ut etiam habent pr. Mor. sec.

NOTÆ

ejusque miranda contemplari queat?

64 *Oculis pectoris*] Ingenio.

66 *Silentum*] Quinquennale fuisse silentium a Pythagora discipulis suis præscriptum voluerunt; quanquam aliud aliis, æstimata cujusque solertia, non minus tamen biennii, fuisse scripsit Gellius. Hodie vero, quod omnem fidem superat, tametsi passim conspicitur, vix alii, in certis quibusdam oris præsertim, ad aliquam disciplinam videntur divertere, quam qui ridiculo ineptorum atque insulsorum parentum instinctu, suoque ipsorum cæco atque superbo conatu, hoc aut illud, prout singula sunt minus idonea, ita vel ita pro sua ineptia doceri volunt. Quæ pecora, ut multa sunt, dubium non est, quin diu, communi omnium suffragio, bonas litteras illotis pedibus calcent, nisi aliquis exoriatur denique qui rudentibus silentium imponat.

67 *Primordia*] Unde ortus; quænam insuper ejus elementa. De quibus physici.

68 *Natura*] De ea loquuntur hodie Theologastri quidam, quasi inepta esset aliqua anus ætate delirans, aut vis quædam cæca quæ mundi molem versaret. Perversissime: namque ipsa Dei est Providentia, quæ singula sapientissime adversus omnem dæmonis impuri conatum ad præstitutos fines dirigit. Atqui multa in Natura prava, quæ ex perfectissimæ mentis instinctu oriri non possunt. Utique ego cognosco. Quid inde? Quod ipsi nolentes confitentur, Naturam seu Providentiam esse sanctissimam: neque vero illi rei obstare quod multa, contra illius nutum in aliam partem mali auctores detorserint, quos denique male perdet.

69 *Quid Deus*] Utinam vero deploratis istis temporibus aliquis surgeret Pythagoras, qui Supremi Illius atque Infiniti omnium rerum Arbitri naturam sanctissimam oblitis ita inculcare posset, ut ejus aliquo sensu ad vitam meliorem retraherentur! Plurima de eo plurimi quæ ad speciem; paucis-

er, an venti, discussa nube tonarent: 70
quateret terras; qua sidera lege mearent;
odcumque latet. Primusque animalia mensis
it imponi: primus quoque talibus ora
a quidem solvit, sed non et credita, verbis:

ulminis; an Jupiter, an venti tonitrua cierent nube disrupta; quid consilium; qua lege astra moverentur; et quicquid secretum est. Atque is prohibuit admovere animantia mensis: primus insuper aperuit equidem os n hujusmodi vocibus, sed non etiam fide receptis: Nolite, homines, inquinare

octo alii.—70 Tres libri *nub. sonarent.*—71 Alii *Quo* pro *Quid*; et *premeret.* Mox Bas. et Mor. *leg. micarent*; alius Bas. *manerent.*—negg. pr. Bas. I. Barb. Arund. et unus Voss. *arcuit imponi*, i. e. vetuit, placet Heins. et recepit Mitsch.—74 Berolin. *cred. vobis.*—75 A. *mort.*

NOTÆ

ecissimi quæ ad rem spectent. Item scire velim omnes, Deum iter unquam posse cognosci corde experiundo; eamque xperientiam salutiferam, quæ tando. Caveant porro qui tam ejus benignitatem contemnunt, dem iram acerbissimam expe-.

Jupiter, an venti] Jupiter proio qui omnia movet, modo ut, sublata invidia, rem ipsam s. At enim physicorum est ns rerum causas atque earum nationem persequi; donec versos earundem operandi moprimam atque ultimam illam ant: cujus denique altius therimantur perfectissimam natu-

quateret] Terræ motus ex subsis flatibus, qui illius latera t, voluerunt equidem: ceterum a sunt adhuc in hoc argumento, ollxiori disquisitione indigent.

ras] Id est, quis et qualis ursus astrorum: quorum omcognitio spectat ad mathema-

Quodcumque latet] Ne ita acquasi omnia cognoscere se Pythagoras professus sit. Illa tantum intelligenda sunt per istud 'quodcumque,' quæ ipse docebat alioqui hominibus incognita.

Latet] Ex eo, quod abdita Naturæ in lucem proferret, Pythagoras in tanto fuit honore, ut Dei vocem audire discipuli ejus existimarent. Hodie vero apud plurimos Christianos, quasi non vim tantum Spiritus Sancti eliminare, sed omnem insuper Naturæ facem extinguere vovissent, prava hæc consuetudo invalnit, cum nihil capiant, ut id omne quod non capiunt, qua jure quave injuria oppressum eant. Hand equidem facile dixerim superbiane, invidia, stupor, aut alia quæpiam vesania illos male afflaverit; quibus nequidem pervidere licet, de se actum esse, nisi certissimam rerum veritatem consequantur, cujus lumine illustrentur, cujus suavitate deliniantur. At certe ita sunt affecti, ut cane pejus et angue eos omnes aversentur quicumque efferos veritatis indagine adoriuntur. Quos quidem miseros esse libenter jubeo, quatenus id faciunt.

74 *Docta*] Neque vero ex primo fuit Naturæ instituto, ut homines dapibus sanguine quæsitis vescerem-

Parcite, mortales, dapibus temerare nefandis
Corpora. Sunt fruges; sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidæque in vitibus uvæ:
Sunt herbæ dulces: sunt, quæ mitescere flamma,
Mollirique queant. Nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia florem.
Prodiga divitias, alimentaque mitia tellus
Suggerit: atque epulas sine cæde et sanguine præbet.
Carne feræ sedant jejunia: nec tamen omnes.
Quippe equus, et pecudes, armentaque gramine vivunt.
At quibus ingenium est immansuetumque ferumque,
Armeniæque tigres, iracundique leones,
Cumque lupis ursi, dapibus cum sanguine gaudent.

corpora epulis scelestis. Sunt fruges, sunt poma curvantia ramos sua gravitate, atque racemi turgidi in vitibus: sunt olera mitia; sunt quæ possint fieri dulciora igne atque emolliri: neque lac vobis tollitur, neque mel fragrans flore thymi. Terra benignissima præbet opes et cibos dulces; et exhibet delicias sine nece et cruore. Feræ leniunt famem carnibus; neque tamen omnes. Namque equi et greges et armenta vescuntur herbis. At tigres Armeniæ, et truculenti leones, et ursi cum lupis, quibus indoles est crudelis et sæva, amant epulas cum sanguine. Heu! quantum est nefas

opibus tem. Unus Mor. *tem. profanis.*—78 Quatuor cum Berolin. *mitesc. flammis;* et O. *ventrem:* Liber Cælest. et Briantii cum uno Ciofan. *mitesc. possunt:* et seq. vs. *Et mollire famem, nec vob.:* duo scripti *Emollire famem:* Genevens. *Et laxare queant;* Heidelb. etiam *queunt.*—80 *Florem* profert Heins. ex pr. R. Thuan. Bernegg. et decem aliis; vulg. *flore.*—81 Berolin. *alimenta q. dulcia tell.*—82 Arg. *sin. carne et.* Deinde pro *præbet,* quidam *tradit,* et unus *tradet.*—83 Pr. Mor. *fer. sedent jej.*—84 Mor. unus *gram. pascunt.*—86 *Armeniæque* ex quatuor Codd. cum Norico: vulg. *τὸ que* omittunt.

NOTÆ

tur: verum quis ausit ea mysteria in helluones pervulgare, quales sunt hodie plurimi, qui nihil esse nisi quod gulam titillat brutorum more autumant? Bonos omnes recordari adhortor, sese jam pristina sede atque beatissima mansione exules, plurima in hoc exilio contraxisse, quæ exuamus denique, postquam de arbore vitæ redintegrati apud cœlites degustaverimus. Utcumque nullam sperent neque cogitent, qui in carne atque sanguine sunt immersi, vitam tamen habemus pretiosissimam extra has spurcitias, qua brevi perfruemur.

75 *Temerare*] Id non esse Scriptura probat: Deoque fuerit concessum lapsis hominibus quædam indulgere, quæ nulla erant in priori statu, donec ea etiam vanitas penitus aboleatur.

86 *Armeniæ*] Sævissimæ dicuntur quæ in illis regionibus nascuntur. Est autem Armenia Asiæ perampla regio ad mare Caspium, quæ hodie Turcis paret: olim sub regibus propriis erat magni nominis.

uantum scelus est, in viscera viscera condi,
stoque avidum pinguescere corpore corpus;
usque animantem animantis vivere leto!
et in tantis opibus, quas optima matrum
parit, nil te nisi tristia mandere sævo
ra dente juvat, ritusque referre Cyclopum?
nisi perdideris alium, placare voracis,
le morati poteris jejunia ventris?
tus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen,
us arboreis, et, quas humus educat, herbis
nata fuit: nec polluit ora cruore.
et aves tutæ movere per aëra pennas;
us impavidus mediis erravit in agris:
ua credulitas piscem suspenderat hamo:

is devolvi in præcordia, et corpus famelicum pinguescere corpore devorato, antem vitam ducere morte alterius animantis. Nimirum in tanta copia, rra blandissima matrum profert, nihil tibi placet quam conterere crudeli tuosas cædes, atque imitari mores Cyclopum? neque poteris sedare famem t prave instituti abdominis nisi pernicie alterius? At illa prisca ætas, cui nomen Aureæ, beata fuit fructibus arboreis, et graminibus quæ terra alit; fecit ora sanguine. Tunc et alites agitaverunt alas securas per aërem; et repidus vagatus est per campos medios; neque sua credulitas corripuerat

ett. plurimi *in viscera*; at vulg. *viscere*. Mox unus Mor. et unus Heins. rgi.—89 Cant. et tres alii *Conjectoque*.—90 Burm. malit *Alternisque*, ut 'r. Mox quidam Scholiastes citat *animam* pro *animantem*.—91 Tres t. *mater*.—92 *Parit* Heins. dedit ex plerisque vett.; vulg. *creat*; et *rat*; et unus Med. *dedit*. Mox Gron. *mand. læto*, quod non displicet nt sit oppositio inter 'tristia vulnera,' et 'læto dente.'—93 Nonnulli *rictusque*. Gron. Jun. et Exc. H. *ritusq. inferre C.*; et unus ex veterrimis .—94 Unus Heins. *pacare vor*.—97 Quidam legit *herbas* pro *herbis*.— n Heins. *Tunc volucres tutas mov*. Vulg. etiam legitur *tutas*: Heins. *tutæ* ex Thuan. quart. Med. pr. Mor. I. et sex aliis.—100 Quart. p. *intremidus*: O. et Berolin. et quatuor alii *intrepidus*. Deinde tres

NOTÆ

elus] Si quis paulo attentius ante istud contemplatur, sent scio, aliquid esse in ea ani- n cæde quod a sapientis instituto recedat. Atque epius mirari subiit, plurimos i homines qui parata hac per vita tantopere gaudeant, ut de enti illa, quæ in amabili Dei rcio atque societate est posita, nihil quicquam subolere liceat.

93 *Cyclopum*] Quos supra vidimus, Polyphemum præsertim, non sine horrore, obvios quosque laniantes.

96 *Aurea*] De qua ab initio libri primi, Saturno regnante.

101 *Credulitas*] Nimirum credulitate sua corripiuntur pisces, qui facile prædam esse autumant vermem hamo inductum, quo retinentur.

Cuncta sine insidiis, nullamque timentia fraudem,
Plenaque pacis erant. Postquam non utilis auctor
Victibus invidit, (quisquis fuit ille virorum,)
Corporeasque dapes avidam demersit in alvum;
Fecit iter sceleri: primaque e cæde ferarum
Incaluisse putem maculatum sanguine ferrum.
Idque satis fuerat: nostrumque petentia letum
Corpora missa neci, salva pietate, fatemur:
Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abiit: et prima putatur
Hostia sus meruisse mori, quia semina pando
Eruerit rostro, spemque interceperit anni.
Vite caper morsa Bacchi mactandus ad aras

piscem hamo; omnia erant sine dolis, et pace abundantia, nullam fraudem metuentia. Postquam pravus auctor, quisquis ille fuit hominum, invidit victibus, atque devolvit in abdomen voraginosum epulas ex carnibus, aperuit viam crimini; atque credam ferrum infectum sanguine tepuisse ex prima nece ferarum. Idque satis fuerat; et agnoscimus animalia insidiantia nostræ vitæ interfecta esse illibata pietate: verum quam interficienda fuerunt, tam non comedenda. Inde scelus latius grassatum est; et porcus creditur dignus fuisse mactari prima victima, quod evellerat semina curvo rostro, atque præverteret spem anni. Caper agitur jugulandus ad

---

libri *errabat*; unus *volavit*, unde Heins. *volitavit*. Heins. dedit ex vett. *agris* pro vulg. *arvis*; unus etiam *herbis*.—104 *Virorum*, ex Cant. altero Hamb. et duobus aliis, placet Heins. præ vulg. *Deorum*; conjicit etiam *priorum*. Burm. emend. *V. invidit (q. f. i.) ferorum*; quod Bothio arridet, nisi mallet *leonum*, quod putat propius veteri scripturæ.—105 Octo libri *avid. demisit in*; Mor. *congessit*; Gron. *conjecit*.—106 *Primaque* recepit Heins. ex uno suo et Arg. pro vulg. *primoque*.—107 *Putem* est ex tribus Codd.; vulg. *potest*: pr. R. et unus Mor. *patet*; unus Pat. *puto*; Bernegg. N. Urbin. pr. Hamburg. et Bas. et tres alii *putes*.—108 Quinque, in quibus pr. Hamburg., *nostrumq. potentia*; pr. Mor. *nostroque potentia leto:* itaque Heins. aut scribendum putabat, *nostroque nocentia leto*, aut, *nostrique potentia leti*, ut *potens voti* et *mentis*.—112 Probus ad Virgil. agnoscit, *meruisse necem*.—113 Multi, *Eruerat* et *interceperat*: at Berolin. *interciderat*.—114 Heins. malit *rosa* pro *morsa*; sed. vid. Not. Var. Idem ex scriptis emendat *mactandus*; et in vs. seq. *Ducitur*: olim legebatur *mactatus*, [Berolin. *mactatur*] et *Dicitur*, sed multi *Ducitur*: Berolin. *Ultori*

NOTÆ

104 *Victibus invidit*] Non contentus facilitate vivendi pristina, et cibis ex vegetabili regno petitis.

105 *Corporeas*] Pro carneis posuit: quanquam omnes dapes sunt corporeæ.

109 *Corpora*] Feras intelligit, hominibus infestas.

111 *Longius*] Quia a feris ad cicurum animalium cædem, deinde et hominum strages, deventum est.

113 *Spem*] Namque erutis seminibus nulla speranda messis.

r ultoris. Nocuit sua culpa duobus.
neruistis oves, placidum pecus, inque tuendos
homines, pleno quæ fertis in ubere nectar?
quæ nobis vestras velamina lanas
tis, vitaque magis quam morte juvatis.
neruere boves, animal sine fraude dolisque,
ium, simplex, natum tolerare labores?
nor est demum, nec frugum munere dignus,
tuit curvi demto modo pondere aratri
lam mactare suum: qui trita labore
ibus toties durum renovaverat arvum,
derat messes, percussit colla securi.
tis est, quod tale nefas committitur: ipsos
sere Deos sceleri; numenque supernum

Bacchi vindicis, vite corrosa. Suum facinus obfuit duobus. Quid admi-, mite pecus, atque creatum ad servandos homines, quæ portatis nectar in tento? quæ nobis offertis lanas vestras in molles vestes, atque plus prodes- num morte. Quid admiserunt boves, animal sine fraude atque insidiis, , simplex, factum ad ferendum labores? Ille denique est ingratus, neque mo frugum, qui potuit jugulare suum agricolam detracto modo onere curvi ui affixit bipenni illam cervicem tritam labore, qua toties prosciderat du- um, atque *dederat tot messes. Neque satis est, quod ejusmodi scelus pa- sse Deos auctores fecerunt facinoris; atque arbitrantur Potentiam cœles-*

-116 Bernegg. pr. Bas. alter Hamburg. unus Mor. et unus Pal. *inq.* , quod Burm. putat glossam *τοῦ tuendos.*—118 Berolin. *vestris...lanis.* nus Leid. *dolique Innocuum.*—122 Omnes Edd. habent *demum;* at as. pro var. lectione scriptum *Divum,* quod Heins. et Bothio placet; conjecerat olim Bochart. Hieroz. lib. II. c. 32.—123 Leid. *pond. ras-* Jun. et Leid. *mact. bovem: qui.*—125 Pr. Bonon. *longum* pro *durum,* ue *nudum.* Pal. et Boxhorn. Fragm. et alii decem *renov. annum.*— as. cum tribus libris putat scribendum *Tot dederant mess.,* nisi mavis

NOTÆ

uobus] Porco, scilicet, et ca-

mum] Affectui servit hæc imque auget orationis. Gall. *Il faut bien que—*

ricolam] Bovem dicit.

novaverat] Renovari vero ger, qui per culturam atque ad recipienda nova semina r.

scripsere] Atque adeo homo ultra id quod est nefas collocat Deos prætendere auctores cædis in ipsa bruta. Annon ille judex jam diu sedet multorum nomine tenus Christi discipulorum, quos ab impia fratrum suorum cæde nulla ratio neque ulla misericordia potest retrahere? cum præsertim sese Veri et summe Boni Dei Sacerdotes, quales omnes esse decet, dictitent, cui gratas religionis titulo victimas offerant.

Cæde laboriferi credunt gaudere juvenci.
Victima labe carens, et præstantissima forma,
(Nam placuisse nocet,) vittis præsignis et auro,
Sistitur ante aras, auditque ignara precantem:
Imponique suæ videt inter cornua fronti,
Quas coluit fruges: percussaque sanguine cultros
Inficit in liquida prævisos forsitan unda.
Protinus ereptas viventi pectore fibras
Inspiciunt, mentesque Deum scrutantur in illis.
Unde fames homini vetitorum tanta ciborum?
Audetis vesci, genus o mortale? quod, oro,
Ne facite: et monitis animos advertite nostris.

tem delectari nece tauri laboriferi. Hostia sine vitio, et excellentissima specie, (nam obest gratam fuisse,) decora vittis et auro, sistitur ad altaria; atque neacia audit orantem, et videt farra quæ coluit spargi in suam frontem inter cornua, et afflicta tingit cruore cultros forte ante conspectos in aqua liquida. Continuo inspiciunt fibras extractas ex pectore viventi, et quærunt voluntatem Deorum in illis. Unde homini tantum desiderium epularum prohibitarum? Non veremini carnibus vesci, *o gens morti obnoxia? Quod, precor, ne facite, et attentas præbete mentes nostris*

---

tulerat.—130 *Præst. formæ* malebat Heins. ut IX. 451.—131 Multi libri *Jam plac.* Burm. conj. *Tum*, ut sæpe alibi. Mox Bas. *vittisque insignis.*—132 Ms. Bersm. *Sternitur ante*, et Bas. *auditq. ignota prec.*; at Berolin. *viditque.*—133 Berolin. *intra* pro *inter.*—134 Pr. Bas. in voc. *cultros* pro var. lect. *cistros.*—135 Thuan. unus *liquidas...undas*: unus Cod. *gelida.* Dein duo *præmissos*; et totidem *fortiter.*—136 Unus Heins. *Prot. erectas*, Burm. conj. pro *exsectas.* Tum Viviani *viventis*; et unus R. *tirenti*: Voss. *ferventi e sanguine*: Fr. et plurimi alii *viventi corpore.*—137 Unus Mor. *mentemque.* Mox unus Voss. *rimantur*; et Berolin. *spectantur.* Unus etiam Mor. *in extis.*—138 Heidelb. *cib. est.*—139 Mss. Bersm. *genus immortale*; quod Gratero placebat ut ad metempsychosin respiciat. Bersmannus etiam accusativi casus esse tunc volebat. Bothius, recepta lectione Bersm. sic legendum censet: *scrut. in illis, Audet et his vesci genus immortale!* Vs. 38. *Unde*, &c. e loco suo motum existimat, et inseren-

NOTÆ

134 *Fruges*] Molam dicit, quæ ex farre molito atque salso victimæ fronti imponebatur.

135 *Unda*] Aqua, quæ sacrificiis adhiberi solita.

136 *Fibras*] Cordis et jecoris præsertim extrema eo nomine appellantur, quæ aruspices ad exquirendam Deorum voluntatem inspicere consueverant. Quæ omnia quam prava, quam ridicula, quam abominanda, nullus non videt cui mica saltem mentis; nisi denique per lumen Gratiæ ex veris sacrificiis quæ olim Deus instituerat, carnis suæ crucifixionem in CHRISTO JESU voluntatem ejus esse, edoctus fuerit.

139 *Vesci*] Pro carnibus vesci simpliciter vesci posuit: quod notandum.

boum dabitis cæsorum membra palato,
vos vestros scite et sentite colonos.
iam Deus ora movet, sequar ora moventem
um; Delphosque meos, ipsumque recludam
; et augustæ reserabo oracula mentis. 145
nec ingeniis evestigata priorum,
diu latuere, canam. Juvat ire per alta
juvat, terris et inerti sede relictis,

Et cum fauclbus admovebitis artus taurorum mactatorum, cognoscite et comedere vestros agricolas. Et quandoquidem Deus os meum *agitat, do Deum os agitantem; et aperiam meos Delphos, atque ipsum cœlum; et cula mentis augustæ. Cantabo magna, neque perspecta animo priorum, incognita fuerunt. Placet ferri per excelsa sidera; placet, terris et*

---

post vs. 87.—140 Berolin. *advert. vestris.*—143 Med. *At quon.*—rens. *ipsumque reducam.*—146 *Evestigata* ex Thuan. Bernegg. pr. ceem aliis placet Heins. præ vulg. *investigata.*—147 Heins. putat, blimem fore et sonorum, si rescribatur *per ardua Astra*, ut ultima rdua elidatur ob sequentem vocalem: at Burm. putat vulgatam ex Manilli I. 13. posse defendi, si, ut Scaliger in notis citat, legatur *Ethera.* Sed Edd. habent per ipsum: et infra 875. 'super alta per-a ferar.'—148 Jun. *terr. et inani sed.* Sixii, *mortali*, ut sit appositio, ortali sede, relictis.' Jun. exhibet *relictis:* vulg. enim edebatur

NOTÆ

i] Apollo, scilicet, qui Del-atur.

Nostri vero homines pleri-, atque id tantum esse, atur, quæ non ex fictitii Apollinis, sed ex æterno , rerum omnium inexhausto in sese Infinitæ Perfec-verunt; crassissimam mun-nice amantes, in quam sese . Mens tamen humana, si riginis suæ non immemor, quam cogitat, neque per-ue agit quod sit gratum, re fruitur, nisi quatenus illo consentit, atque est quæ ejus voci respondeat.

ebos] Delphi urbs Phoci-ia, Apollinis oraculis cla-e hic pro iis ponitur.

ertra] In quo Dii habitant, atque eorum rebus verba facturus est Pythagoræ nomine noster Poëta.

Augustæ] Divinæ scilicet. Ceterum Christianis solis peculiari quodam veri Dei beneficio contigit certa oracula, atque rerum indubitatas ideas habere, per quas ad æternas sedes assurgant: in quarum locum quando video superbia occæcatos nebulones quosdam sua somnia obtendere, patientiam demiror hominum, qui sibi eo modo salutis facem præripi patiuntur.

148 *Astra*] Hoc est, Mente cœlestia atque homine digna, spretis terrestribus, perlustrare. Juvat vero illud maxime: at illos duntaxat qui animam non habent in totum luto sepultam.

Terris] Namque fieri nequit, ut simul anima evanescentibus hujus mundi umbris sese committat, atque

Nube vehi; validique humeris insistere Atlantis:
Palantesque animos passim ac rationis egentes
Despectare procul, trepidosque, obitumque timentes
Sic exhortari; seriemque evolvere fati.

pigra habitatione destituta, vehi nube, atque inniti humeris fortis Atlantis; et procul despicere mentes passim errantes, et expertes rationis, et sic admonere timidos, et metuentes mortem, et aperire ordinem fati.

relicta.—150 *Animos* Heins. dedit ex vet. Cod. Politiani et uno Med. Vulg. *homines*. Mox unus Bas. *sparsasque a cardine gentes*. Ex vett. Codd. Heins. inserit *ac:* in vulgatis deest; in nonnullis *et*. Dein. plurimi *ratione carentes.*—151 Pro *trepidosq.* Cælest. *timidosq.* Dein Bernegg. pr. Hamburg. et tres alii *strepitumque.*—152 Clofan. ex optimis quibusque scriptis libris pro vulg.

NOTÆ

æterna cœli bona complectatur. Diversissima sunt, quæ tanta mentis tenuitas non valeat comprehendere: imo ut plurimum societatem inter se inire non possunt.

149 *Nube*] Per nubem, mentis aciem intellige, aut vim quandam Spiritus, qui neque Ethnicos destituit, uti perfricta fronte mentiuntur nonnulli.

Validique] Istud non placet postquam de nube meminit.

Atlantis] Qui Mauritaniæ rex, ideo dictus cœlum sustinere humeris, quod astrologus fuerit eximius.

150 *Palantes*] Mire hoc verbo hominum declaravit vesaniam, qui, pecorum more, huc illuc nescii vagantur; nequaquam advertentes eo modo sibi vitam omniaque bona corripi. Ducimur atque auferimur omnes iis rebus, quibus cogitationes atque mentes nostras addicimus. Quo igitur nomine appellandi tot miseri terram nequicquam calcantes, sui usque adeo obliti, ut ne dignentur quidem, utcumque sæpius moniti, de fine suo cogitare, aut saltem animam suam pereuntibus vilissimis creaturis surripere? Scientes atque prudentes, immo contra omnem bene consulentium conatus, in malam rem abeunt. Mirum ni insuper illis perniciem machinentur.

Rationis] Quæ plura multo ad felicitatem confert, quam omnia quæ tantis laboribus, ea spreta, plerique mortales aucupantur.

152 *Seriem*] Non Ethnici hominis sententiam tantum, sed supremi omnium rerum arbitri Dei ter Optimi Maximi decreto, ordine quodam inter se continentur fata hominum: ut si quis ad optatum scopum velit pertingere, per media necesse habeat omnino transire; quibus spretis nequicquam Illius sero opem imploret: iratus infestusque est. Calamitatem irridet eorum, qui obseratis foribus insultant.

Fab. III. Euphorbus in Pythagoram.

Pythagoram eundem inducit referentem cuncta rerum temporibus mutari: siquidem ipse annus vertitur in quatuor species, veris, æstatis, autumni, et hyemis: et quæ nascuntur, quoniam in initio prodita teneras imminutasque species habeant; deinde crescendo robustæ ætatis, novissime senescentis fieri. Se quoque memoria tenere bello Trojano Euphorbum Panthoidem fuisse: et postea quam a Menelao sit occisus in bello, animam ejus in se esse transfusam; clypeumque ejus, dum in ætates ductus sit, quo usus esset in bello, in templo Junonis Argivæ cognovisse.

O genus attonitum gelidæ formidine mortis!
Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis,
Materiem vatum, falsique piacula mundi?
Corpora sive rogus flamma, seu tabe vetustas
Abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.

III. *O genus stupida pavore loti frigidi! quamobrem metuitis Stygem, quamobrem caliginem, quamobrem nomina inania, argumentum poëtarum, et piacula mundi decepti? Ne existimetis corpora posse pati ulla mala, seu pyra diripuerit igne, seu*

---

seriemque reposuit *seriemque* Dein. N. *revolvere.*—154 Heins. conj. *Quid S. quidve Erebum, quid.* Multi *tenebr. et nom.* Et uterque Hamburg. Cant. O. pr. Gron. tert. Med. et multi alii *numina van.*—155 *Piacula* ex N. et uno Voss. placet Heins. ceteri *pericula.*—157 Pr. A. *Abstulerint:* Med. *Sustulerint.*—

NOTÆ

154 *Styga*] Pro Inferis posuit eam paulo ante, de qua jam toties.

Vana] Vana equidem illa Ethnicorum. Ceterum mors ipsa terribilis immortali animæ, cui dies dicitur eo modo, ut se ad incorruptum Justitiæ Divinæ tribunal sine omni cunctatione sistat. Quicumque animum serio adjecerit, ita sentiet.

155 *Vatum*] Id est, Poëtarum, quibus quidlibet mentiri concessum: quamquam non omnia falsa dicere illos hic noster supra admonuit: neque temere.

Piacula] Apud Manes expiari crimina in Superis commissa credebant. 'Quæ quis apud Superos, furto lætatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem.' Virgil. Atque, si hic locus esset, aut pateretur quorundam nebulonum superba opinio, de statu animæ post mortem paucula aliter proferre quam illi somniarunt, scio equidem quod res esset bonis gratissima. Verum suo loco, cumque tempus dabitur, ringentibus illis, rem totam probare, id fiet. Prius, ineptum foret latratibus eorum sese objicere.

156 *Tabe*] Paulatim enim dissolvuntur et quodammodo liquescunt inanimata corpora.

157 *Non ulla*] Namque anima est quæ sensus et cognitionis est capax.

Morte carent animæ: semperque, priore relicta
Sede, novis habitant domibus, vivuntque receptæ.
Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram: cui pectore quondam

vetustas tabe. Animæ non moriuntur; et semper, priore habitatione omissa, recipiuntur novis sedibus, et receptæ vita fruuntur. Ego ipse, nam recordor, eram Euphorbus Panthoides tempore belli Trojani, in cujus pectore adverso valida hasta

159 Pro *Sede* unus Mor. *Sepe*, quod pro septo, aut claustro, capiendum esset; ut ita corpus *carcer* animæ vocatur. Mitscherl. inverso ordine *dom. hab.* Berolin. etiam *domibus inhiant habitantq. rec.*—160 V. *jam mem.*—161 In Be-

NOTÆ

158 *Carent*] Immo gravissima torquentur, quæ æterna, Pythagora ipso cónfitente; sua sacra aura, sua luce, sua vita Deo ter Optimo Maximo, quod ad illas spectat destituuntur. Quemadmodum arbor, quæ terræ succum non amplius digerit, mortua est, utcumque in eo natet; ita etiam mentes hominum quantumvis in Dei Majestate perdurent morti terribili sunt obnoxiæ postquam originem suam deseruerunt. Quæcumque suam non faciunt substantiam Arboris vitæ, seu Agni, qui idem est; illæ in tenebris atque Dei ira sine fine degent. Quam miseriam faxit Deus ut a nobis studeamus avertere, Agnum, dum licet, castissimo amore prosequendo.

159 *Domibus*] Commigratio animarum de corpore in corpus, seu *μετεμψύχωσις*, quam ab Ægyptiis mutuatus erat Pythagoras, res est equidem omnino vana, quam neque testimonio idoneo, neque experientia, neque ratione quisquam possit comprobare. At enim non pauca bonæ frugis, inde petita occasione, expiscabitur, qui altius circa corporum resurrectionem meditatus fuerit, quomodo impleatur istud quod testatur Spiritus Sanctus, nostra nos sequi opera. Namque pro certo transfigurati postquam corpus *Ψυχικὸν* exuerimus, *Πνευματικὸν* induerimus, utcumque ex eadem substantia, ita tamen diversum videbitur Animæ nostræ domicilium, ut jam quale esse possit vix aliter quam suspicando pertingamus: ut mirum non sit grunnientibus in luto porcis hæc omnia aniles esse, quas spernant, fabulas. Siquidem tamen ex illis aliqui has legunt Pythagoræ, hortor cogitent, quid sibi a dæmonibus metuendum, qui sepulcra atque immundorum porcorum corpora amant obsidere.

Vivunt] In corpore vivunt cogitationum seu idearum suarum, per Dei misericordiam vel iram, cum angelis vel diabolis, quæcumque animæ ab his terris omnino semotæ, sublato ævo, æternitatem adipiscuntur; donec corporis olim sui substantia de novo per supremi numinis potestatem, secundum id quod bene vel male sese ipsæ, obsequendo, vel aspernando, finxerunt, restituatur. Unicuique per hanc vitam aditus ad æternam paratur in corpore, quod aliud atque aliud pro ratione pristinæ virtutis aut dedecoris a Deo excitabitur. Ille nimirum cuique secundum ejus opera retribuet. Verum et hæ sunt fabulæ, siquidem plurimis non placent, quoad luctuosa sua experientia comprobaverint.

161 *Panthoides*] Non sine causa

Sedit in adverso gravis hasta minoris Atridæ.
Cognovi clypeum, lævæ gestamina nostræ,
Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.
Omnia mutantur: nihil interit. Errat, et illinc
Huc venit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus
Spiritus: eque feris humana in corpora transit,
Inque feras noster: nec tempore deperit ullo.
Utque novis fragilis signatur cera figuris,
Nec manet ut fuerat, nec formas servat easdem;
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem

minoris Atridæ olim infixa est. Agnovi nuper clypeum gestamen nostræ sinistræ Argis Abantæis in fano Junonis. Cuncta mutantur: nihil perit. Anima vagatur, et illinc huc fertur, hinc illuc, et invadit quælibet membra; atque transit ex feris in corpora humana, et nostra in feras; neque unquam moritur. Atque ut cera mollis informatur novis figuris, neque perstat ut fuerat, neque retinet easdem species, verum tamen ipsa est eadem; ita doceo animam esse semper eandem,

rolin. *Eumolphus* scribitur.—162 *Sedit* ex Ms. Politiani Heins. recepit pro vulg. *Hæsit*. Mox Berolin. *hast. victoris A.*—164 Nonnulli *in agris*; et Berolin. *arvis*.—166 Langerm. *quod. accipit art.*—169 *Fragilis* est ex pr. Gron. uno Voss. et uno Med. Vulg. *facilis*. Berolin. etiam *facilis ceratur* [pro *ceratur*] *cer.*—170 *Formas...easdem* ex vett. dedit Heins. pro

NOTÆ

Lucianus hanc Pythagoræ, Pyrrhi, Hermotimi, Euphorbi, Ætholidæ, aut quocumque nomine appellaveris, deridet transmigrationem: namque certe ea gravissimo Philosopho, propter ineptissimum mendacium præsertim, est maxime indigna.

162 *Minoris*] Menelai, scilicet, cujus major frater foit Agamemnon: atque ille Menelaus Euphorbum Iliad. XVI. peremisse dicitur.

164 *Abanteis*] Ab Abante rege, qui Argis clarissima Peloponnesi urbe imperavit. Populi insuper Abantes ab Herodoto Lones inter et Achivos memorantur.

Templo] Stadia quindecim Mycenis distare hoc Junonis templum affirmat Pausanias in Corinthiacis; cujus inter alia donaria hunc etiam clypeum Argis celebratissimum, ut ex Hygini 273. fabula patet, nominatim recenset.

165 *Nihil interit*] Verissime istud: neque facilius est aliquid ad nihilum redigere quam ex nihilo producere: ut manifestum est attendenti.

167 *Spiritus*] Siquidem de universali aliquo loqueretur per omnia diffuso, sua huic sententiæ, suo modo intelligenda, constaret veritas: resque magna est. Ast animas maxime in se definitas ex corpore in corpus transmigrare, sibique massam adoptare, figmentum purum est. Immo siquidem ex vero ratiocinatus esset Pythagoras, omnibus omnino abstinendum, atque adeo hominibus moriendum perinde concludere debuisset.

168 *Nec tempore*] Esto istud; namque certissimum est: cetera ne simul transeant.

171 *Sic*] De Terra, aut communioribus elementis istud dici potest; fueritque comparatio elegans. Ad Spiri-

Esse, sed in varias doceo migrare figuras.
Ergo, ne pietas sit victa cupidine ventris,
Parcite (vaticinor) cognatas cæde nefanda
Exturbare animas: nec sanguine sanguis alatur.
Et quoniam magno feror æquore, plenaque ventis
Vela dedi; nihil est toto quod perstet in orbe.
Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago.
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu
Non secus ac flumen. Neque enim consistere flumen,
Nec levis hora potest: sed, ut unda impellitur unda,
Urgeturque prior veniente, urgetque priorem;
Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur:
Et nova sunt semper: nam quod fuit ante, relictum est:
Fitque, quod haud fuerat: momentaque cuncta novantur.

sed transire in diversas figuras. Adeoque ne pietas sit superata desiderio alvi, nolite, prædico, ejicere animas cognatas nece horrenda; neque sanguis nutriatur sanguine. Et quandoquidem feror vasto mari, atque pandi linteа plena ventis, nihil est in toto mundo quod permaneat. Omnia labuntur, atque omnis species errans fingitur. Ipsa etiam tempora fluunt motu continuo perinde ac flumen: neque enim flumen nec levis hora potest stare; sed quemadmodum fluctus pulsantur fluctu, et prior premitur sequenti atque premit antecedentem; sic etiam tempora dilabuntur, sic etiam sequuntur; et semper sunt nova. Nam quod fuit antea est omissum, et oritur quod non fuerat; et omnia momenta novantur. Vides etiam

---

vulg. *formam...eandem.* Unus Heins. *celat eand.*—173 Voss. *sit mota cup.*—175 Berolin. *ne* pro *nec.*—177 Idem *nihil toto perstet.*—178 Bernegg. *vage* vel *vage* pro *vagans.* Burm. conj. *omnisque vagi formetur* vel *versatur imag.*—179 Plurimi vett. *ass. volvuntur temp.*—181 Ciofan. et Heins. probant, quod nonnulli habent *und. repellitur und.*—182 Olim edebatur *Urgeturq. eadem veniens: prior veniente* Heins. profert ex Thuan. I. pr. Hamburg. et Mor. unus Bonon. *eadem veniente.* Unus Med. *venienti.* Dein N. *urgetq. sequentem.*—184 In Berolin. omiss. *est.*—185 Bas. *quod ante fuit: mom.*—186 Vulg.

NOTÆ

tus seu animas, quæ individuam suam formam habent, aut formæ sunt, si transferas, ridicula est. Nihil obstat quin huic aut illi menti hoc aut illud corpus, brutum etiam, agitandum tradatur: at corpus illud non fuerit menti, quod figura est cereæ, neque parem habuerit rationem. Cogita modo. Ipsæ cogitationes, aut modi cogitandi, menti illud sunt quod figura est cereæ.

176 *Æquore*] Id est, de maximis atque abditissimis Naturæ mysteriis sermo incidit.

177 *Nihil est*] Istud falsum prima fronte visum, quod re accuratius pensiculata verissimum deprehensum est.

179 *Tempora*] Nihil aliud sunt quam res ipsæ, aut earum inter se durandi spatium; cumque jam de iis mentionem fecerit Poëta, hæc magis oratorie, quam solide, ad astruendam animarum transmigrationem, proferuntur: quanquam in se pulchra sunt.

Cernis et emersas in lucem tendere noctes,
Et jubar hoc nitidum nigræ succedere nocti.
Nec color est idem cœlo, cum lassa quiete
Cuncta jacent media; cumque albo Lucifer exit
Clarus equo: rursumque alius, cum prævia luci
Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.
Ipse Dei clypeus, terra cum tollitur ima,
Mane rubet: terraque, rubet, cum conditur ima:
Candidus in summo est; melior natura quod illic
Ætheris est, terræque procul contagia vitat.
Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ

noctes eductas ferri in diem, et hanc puram lucem subesse caliginosæ nocti. Neque color est idem cœlo, cum omnia defessa strata sunt nocte media, et cum Lucifer splendidus prodit equo candido; rursumque alius, cum Pallantias antecedens diem, colorat mundum committendum Soli. Ipse orbis Dei, cum tollitur terra infima rubet mane, atque rubet cum conditur terra infima. In excelso est altus; quia illic natura ætheris est melior, et procul fugit commercia telluris. Neque figura Lunæ

Cern. et emersas. Nonnulli *ut* pro *et*. Olim Heinsio placebat *emeritas* ex O. Arund. et multis aliis; postea vero amplectebatur *emersas* ex Bernegg. altero Hamburg. Grævian. et aliis: octo libri *immensas*; et Bas. *immensus hyberno tempore noctes:* pr. Gron. etiam *condere noct.*—187 Pr. Mor. et Langerm. *nit. fulva nigrescere nube.*—188 *Cælo* meliores, teste Heins. vulg. *cæli.* Mox Berolin. *cum lapsa qui.*—189 Unus Heins. *Noct. tacent med.* Et idem Cod. *L. astat.*—190 *Luci* est pr. Mor. Arund. et duobus aliis; vulg. *lucis:* Bothius *luce*; h. e. Prævia Iris luce inficit tradendum Phœbo orbem.—195 Duo libri *proc. confinia.* Vitat Burm. dedit ex Gron. Bas. Cælest. et aliis; pro vulg. *fugit.*—

NOTÆ

186 *Emersas*] Annon ista vox noctem, quamlibet maximo conatu, videtur denique ex Chao aut æterno quodam barathro protrahere? Maxima est voluptas per hujuscemodi verba rerum grandiloquentiam experiri.

In lucem noctes] Jucunditatem observa, quam parit vocum pugna. Quid mutari non possit, siquidem noctes in diem abeunt? Sed hæc sunt poëtice conficta, siquidem ex scopo spectes.

187 *Jubar*] Splendorem intellige solis.

189 *Lucifer*] Stella est Veneris, quæ etiam Phosphorus dicitur, ideo albis equis vecta quod Solis ortum præcedat. Cum autem ejus occasum subsequitur, Hesperus appellatur.

191 *Tradendum*] Ut radiis suis illum collustret.

Pallantias] Aurora est, Pallantis Gigantis filia.

192 *Dei clypeus*] Solis orbis, qui clypei instar videtur. Ceterum hujusmodi diminutio non placet.

194 *Quod*] Veram hujus rei causam pete ex physicis.

196 *Dianæ*] Lunæ, quæ nunquam eodem permanet vultu; crescit semper aut decrescit.

Esse potest unquam: semperque hodierna sequente,
Si crescit, minor est; major, si contrahit orbem.
Quid? non in species succedere quatuor annum
Aspicis, ætatis peragentem imitamina nostræ?
Nam tener, et lactens, puerique simillimus ævo
Vere novo est. Tunc herba nitens, et roboris expers
Turget, et insolida est, et spe delectat agrestem.
Omnia tum florent; florumque coloribus almus
Ridet ager: neque adhuc virtus in frondibus ulla est.
Transit in Æstatem, post Ver, robustior Annus:
Fitque valens juvenis: neque enim robustior ætas
Ulla, nec uberior, nec, quæ magis æstuet, ulla est.
Excipit Autumnus, posito fervore juventæ
Maturus, mitisque, inter juvenemque senemque;
Temperie medius, sparsis per tempora canis.
Inde senilis Hyems tremulo venit horrida passu;

nocturnæ potest unquam esse eadem aut æqualis: et hodierna est semper minor sequenti si crescit, major si decrescit. Quid? annon vides annum præbentem imaginem nostræ vitæ abire in quatuor formas? Nam Vere novo est mollis et lactens, atque simillimus ætati pueri. Tunc herba splendens, et destituta viribus est tumida atque debilis, et spe recreat colonum. Tunc omnia florent, et dulcis campus ridet coloribus florum; neque adhuc ulla est potentia in foliis. Annus firmior concedit in Æstatem a Vere; atque fit fortis juvenis: neque enim ulla ætas firmior, nec fertilior; neque ulla est quæ magis ferveat. Autumnus compositus omisso ardore juventutis, atque lenis inter juvenem et senem, medius temperie, canis sparsis per tempora, hunc *sequitur. Tum Hyems senilis* et *aspera, vel destituta suis comis, vel albas habens quas gerit,*

197 In plurimis *usquam* pro *unquam*; et mox *hod. sequenti.*—199 *Succedere* Heins. recepit ex vett. pro vulg. *secedere.*—202 Alii legunt *herb. recens*; et sic Berolin. cum pr. Hamburg. et aliis; multi *virens.*—203 Unus Med. *invalida est.* Mox Berolin. *del. agrestes.*—205 *Ridet* ex uno Leid. et uno Voss.; vulg. *Ludit.*—208 *Æstuet* Heins. suadet ex pr. Pal. qui habet *æstuat*; ceteri *ardeat.*—210 Berolin. *mistusque virum juv.*—211 Pr. V. et N. *Temperiem med.* Vulg. etiam legitur *sparsus quoque temp.* Heins. reposuit *sparsis per* ex Arund. Zulich. et tribus aliis.—212 Unus liber *Hyems solido venit.* Unus

NOTÆ

198 *Contrahit*] Minuit; quod ex opposito *crescit* intelligitur: non ut inepte quispiam commentatus est.

206 *Annus*] Pro anni parte, æstate scilicet: quomodo et locutus Horatius.

208 *Æstuet*] Ex diversis cupiditatibus, itemque sanguinis calore et copia, maxime fervent juvenes.

211 *Canis*] Qui ad senectutem vergentes occupant: hinc autem nostri homines plurimos loquendi modos derivaverunt, qui nives in caput, glaciem in sanguinem, atque alia ejus generis induxerunt.

Aut spoliata suos, aut, quos habet, alba capillos.
Nostra quoque ipsorum semper, requieque sine ulla,
Corpora vertuntur: nec, quod fuimusve, sumusve,
Cras erimus. Fuit illa dies, qua semina tantum,
Spesque hominum primæ materna habitavimus alvo.
Artifices Natura manus admovit, et angi
Corpora visceribus distentæ condita matris
Noluit; eque domo vacuas emisit in auras.
Editus in lucem jacuit sine viribus infans:
Mox quadrupes, rituque tulit sua membra ferarum:
Paulatimque tremens, et nondum poplite firmo
Constitit, adjutis aliquo conamine nervis.
Inde valens veloxque fuit: spatiumque juventæ
Transit: et, emensis medii quoque temporis annis,

succedit gressu tremulo. Nostra etiam corpora ipsorum mutantur semper sine ulla intermissione; neque erimus cras quod fuimus aut sumus. Fuit illud tempus quo semina duntaxat aut spes primæ hominum mansimus in utero materno. Natura adhibuit manus doctas; neque passa est corpora abdita in præcordiis matris torqueri; atque eduxit domo in spatiosum aërem. Infans eductus in lucem jacuit sine viribus; mox quadrupes, et promovit suos artus more brutorum; atque paulatim tremens et nondum certo poplite constitit, nervis sustentatis aliquo adminiculo. Postea fortis et celer fuit, et pervadit spatium juventutis; atque annis etiam medii temporis

emensis pass. Alii *horrida visu.*—213 Tert. Med. et sex alii *spol. suis.*—214 Bas. et duo alii *specie* pro *semper:* et in Berolin. omiss. *que.*—216 Unus Med. *fugit* pro *fuit;* et unus Leid. *flxit.*—217 Liber meus, *primæ matrisque habitavimus alvo:* Cælest. *primo matrisque, &c.* Ciofan. Multi *matris habitavimus;* sed, *materna habitavimus alvo* verum est; quomodo Thuan. quart. Med. pr. Bonon. pr. Mor. et nonnullæ editiones ex vetustioribus: *matura* pr. Pal. sic Gratius de cane generoso: 'Affectat materna regna sub alvo.' *Spesque hominis* pr. V. *Heins.* Τὸ *que* redundat, quare Cl. Heinsius legit *materna:* poterat tamen minori mutatione legi: *Spesque hominum primæ matris latitamus in alvo.* Græce ex Callimacho diceres ὑποκόλπιοι ἐτύχομεν. *Schepper.* apud Tan. Fabr. Ep. II. 71. *Spes hominum fuimus primæ genitricis in alvo* R. *spesque hominis* quatuor.—218 Tres libri *man. apponit: et.*—220 Berolin. *vac. immisit in.*—222 Pro *tulit* unus Heins. *trahens.* Mox tert. Gron. *membr. ferino.*—224 *Adjutis* plerique præstantiores; et sic vulg. Edd.; at alii Codd. *adjunctis:* nonnulli *adjutisque.*—226 *Emensis* ex Thuan. uno Bas. et uno Med. placet Heins.

NOTÆ

217 *Alvo*] Pro utero posuit, qui et Loci matrix vero ab imperitis dicitur, cum potius fœminam fœtus gratia comparatam significet, quo sensu Columella de gallinis; 'Octies anno pullos educat, si est bona matrix.'

220 *Domo*] Utero, scilicet.

222 *Quadrupes*] Reptans: videturque allusum ad Sphingis ænigma, 'Qui quadrupes foret, et bipes, et tripes unus et idem.'

224 *Conamine*] Serperastro puta, aut ejusmodi adminiculo.

Labitur occiduæ per iter declive senectæ.
Subruit hæc ævi demoliturque prioris
Robora: fletque Milon senior, cum spectat inanes
Illos, qui fuerant solidorum mole tororum
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.
Flet quoque, ut in speculo rugas aspexit aniles,
Tyndaris: et secum, cur sit bis rapta, requirit.
Tempus edax rerum, tuque, invidiosa vetustas,
Omnia destruitis: vitiataque dentibus ævi
Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Hæc quoque non perstant, quæ nos elementa vocamus:
Quasque vices peragant, (animos adhibete,) docebo.

præteritis, labitur per devexum callem caducæ senectutis. Hæc frangit atque evertit vires ætatis præcedentis: atque Milon senex lacrymatur, cum videt illos lacertos qui fuerant pares Herculeis soliditate firmorum tororum pendere exhaustos et *flaccidos. Lacrymatur etiam Tyndaris, simul ac vidit rugas aniles in speculo; et secum perpendit, quamobrem sit bis rapta. Tempus edax rerum, tuque, vetustas odiosa, cuncta subvertitis, atque paulatim absumitis omnia lenta morte vitiata dentibus ætatis. Hæc etiam quæ nos appellamus elementa non consistunt: atque attendite, dicam, quas vices subeant.*

præ vulg. *emeritis.* Genevens. et unus Heins. *emeritos...annos.* Unus etiam *quoq. corporis ann.*—227 Pr. V. tert. Med. et duo alii *Lab. exiguæ p.* Deinde pr. Gron. *per ver decl.* Berolin. *pariter decl.*—228 Plurimi libri *Surripit hæc.* Quatuor *hoc ævi;* O. et tres *hæc ætas.*—229 Alii scribunt *Milo.* Mox Berolin. sic: *sen. conspectat...inanes;* unde Bothius conj. *inanis*, quod cum *senior* jungendum. Heidelb. *inane.*—230 *Mole* de suo dedit Heins. plurimi *more;* at *morte* vulg. edebatur.—231 Berolin. inverso ordine *fluid. simil.*—232 *In speculum* plurimi Codd. et quædam Edd. sed Burm. ex Epist. IX. 118. præfert *speculo.* Nonnulli etiam *conspexit* pro *aspexit.*—234 Liber Cælest. *invid. senectus.*—235 Quia *omnia* mox sequitur, propterea hic *Optima* scribendum putat Bothius. Jun. et duo libri *Omn. destituis.*—236 Sec. Pal. cum Berolin. et duobus aliis *nigra* pro *lenta:* Med. unus *summa:* Heins. conj. *lento...morsu;* Codd. tamen nonnulli *labe*, quod neque temere repudiandum idem censet.—238 Nonnulli pro *vices*

NOTÆ

227 *Declive*] Utpote quod in mortem ruit.

229 *Milon*] Athleta fuit Crotoniata, tantis viribus ut nudæ dextræ uno ictu taurum interfecisse tradatur; humerisque per stadium sine fatigatione portasse. Dicitur insuper totum solus devorasse.

233 *Tyndaris*] Helena Jovis, sed Tyndari credita et Ledæ filia, a Theseo novennis rapta, quæ a fratribus Dioscuris Castore et Polluce recuperata, tum Menelao in matrimonium data, mox a Paride rapta, belli atque excidii Trojani causa fuit.

FAB. IV. Elementa in varias species.

IPSA quoque initia quatuor, ex quibus generantur omnia, transfigurari motibus suis: resolutam enim tellurem in aquas abire; attenuatam aquam efficere; et aëra rursus per eundem ordinem retexi: spissatum ignem enim in aëra verti, hunc in aquam, hanc in terram abire: ceteraque rerum perinde variari; quæ tempus aut natura acceptas ab initio facies cogit amittere: eadem fluminibus etiam, fontibus, ac terrenis locis accidere.

QUATUOR æternus genitalia corpora mundus
Continet: ex illis duo sunt onerosa, suoque
Pondere in inferius, tellus atque unda, feruntur:
Et totidem gravitate carent; nulloque premente
Alta petunt, aër, atque aëre purior ignis.
Quæ quanquam spatio distant, tamen omnia fiunt
Ex ipsis; et in ipsa cadunt: resolutaque tellus
In liquidas rorescit aquas: tenuatus in auras
Aëraque humor abit: demto quoque pondere rursus
In superos aër tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.

IV. *Mundus æternus habet quatuor corpora genitalia. Ex illis duo sunt gravia; et terra et aqua tendunt deorsum sua gravitate: atque totidem carent pondere; et aër et ignis purior aëre sursum feruntur nullo cogente. Quæ tametsi dissita sunt loco, tamen omnia generantur ex ipsis, atque in ipsa resolvuntur. Atque terra tenuata rorescit in aquas fluidas: aqua resoluta mutatur in ventos atque aërem: sublata etiam gravitate aër subtilissimus exsilit in ignes supremos. Inde retro*

---

habent vias; et mox *peragunt.*—239 Unus liber *æt. genialia;* octo *generalia.* Dein Berolin. *tempora mund.*—244 V. Med. et multi alii *spatio distent.*—246 *Rorescit* ex Thuan. vulg. *rarescit:* unus Mor. *inarescit;* et Pat. *clarescit.* Mox *tenuatus* Mycillus reposuit pro vulg. *tenuatur.*—247 In quibusdam *hum. habet: dent.:* nonnulli *edit:* Genevens. *alit.* Berolin. etiam *quoq. robore rurs.*—248 Unus Heins. *tenuis. evolat ignes.*—249 In Berolin. *Jam* pro *Inde.*—250

NOTÆ

239 *Æternus*] Ex falsa Aristotelis opinione.

Genitalia] Elementa dicit, ex quibus omnia generantur: quanquam hodie non sine gravissima causa de eorum numero inter philosophos disputatur.

242 *Nulloque premente*] Scilicet! Multo aliter atque melius Cartesiana philosophia docet.

245 *Cadunt*] In elementa resolvuntur.

n densum spissatus in aëra transit;
uas: tellus glomerata cogitur unda.
es sua cuique manet: rerumque novatrix
lias reparat Natura figuras.
in tanto quicquam (mihi credite) mundo:
, faciemque novat: nascique vocatur,
sse aliud, quam quod fuit ante; morique,
llud idem: cum sint huc forsitan illa,
slata illuc; summa tamen omnia constant.
em durare diu sub imagine eadem
n. Sic ad ferrum venistis ab auro,
sic toties versa es, Fortuna locorum.
quod fuerat quondam solidissima tellus,
m: vidi factas ex æquore terras:
a pelago conchæ jacuere marinæ:
nventa est in montibus anchora summis.
fuit campus, vallem decursus aquarum

ue idem ordo retexitur. Namque ignis concretus concedit in spissum aquas; terra concrescit ex aqua coacta. Neque forma sua perstat ura novatrix restituit formas rerum alias ex aliis. Neque quicquam

Fecit: et eluvie mons est deductus in æquor:
Eque paludosa siccis humus aret arenis:
Quæque sitim tulerant, stagnata paludibus hument.
Hic fontes Natura novos emisit, at illic
Clausit: et antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt; aut excæcata residunt.

Fab. V. Amnis Lycus, in Regionem mutatus.

Amnem Lyciæ consumtum ostendit alias apparuisse, alias non.

Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu,
Existit procul hinc, alioque renascitur ore.

Fab. VI. Erasinus amnis, in Regionem similiter aliam.

Erasinus in Arcadia fluere visus, modo latens, terræ voragine absumtus, postea Argis est redditus voluntate Junonis.

Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsus
Redditur Argolicis ingens Erasinus in arvis.

in planitiem diluvio: atque terra riget siccis glareis ex paludosa; et quæ loca *passa erant sitim, stagna facta paludibus sunt humida. Hic natura patefecit novos fontes, at illic repressit; et fluvii excitati antiquis terræ motibus erumpunt, aut obturati residunt.*

v. *Ita postquam Lycus est absorptus hiatu terreno, erumpit hinc procul, et exundat alio ore.*

vi. *Ita magnus Erasinus modo absorbetur; modo fluens operto gurgite renascitur in campis Argolicis.*

campus in uno Bas.—267 Pro *decursus* Heins. mallet *devectus* cum uno Bonon. et uno Mor.—270 Arg. et N. *nov. admisit*; tres *immisit*; Med. *transmisit*; Mor. *demisit*. Mox meliores *at:* vulg. *et*.—271 Heins. conj. *et aut quædam stimulata trem. ortis.* Pro *tam multa* Sixianus *concussa*, non improbante Heins. qui et *convulsa* suadet. Burm. putat, *tam multa* per interrogationem capiendum. Heins. etiam conjecerat *mutata* vel *tumulata*. At nihil horum satis placet Bothio; neque dubitat quin sic potius scripserit Ovidius: *at illic Clauserat antiquos. Tum multa tremoribus orbis, &c.*—272 Nonnulli *aut exsiccata*; Berolin. *excitata*.—273 Idem *lacus* pro *Lycus*.—274 Heidelb. *aliquoque*, quod non spernendum Bothius putat. In plurimis etiam scribitur *orbe* pro *ore*.—275 Quin-

NOTÆ

269 *Stagnata*] Stagna facta.

273 *Lycus*] Plures eo nomine fuerunt fluvii; hic vero de eo agitur qui et Marsias a Livio dictus, Laodiceam Lydiæ urbem præterfluit.

274 *Procul*] Post quinque stadia.

FAB. VII. Caicus fluvius in Regionem aliam similiter.

CAICUM flumen Mysiæ aliis nunc ripis, aliis in initio fluxisse fertur.

ET Mysum capitisque sui ripæque prioris
Pœnituisse ferunt, alia nunc ire, Caicum.

FAB. VIII. Amenanus fluvius in terræ speciem.

AMENANUM flumen Siciliæ intumescere, refluens interdum siccari.

NEC non Sicanias volvens Amenanus arenas
Nunc fluit; interdum suppressis fontibus aret.

FAB. IX. Anigrus flumen dulce in aquæ amaritudinem.

ANIGRUM flumen jucundissimam aquam sitientibus præstitisse: posteaquam Centauri ab Herculeis sagittis confecti cruorem in eo abluerint, aspero advenientes fugasse odore.

ANTE bibebantur; nunc quas contingere nolis

VII. *Dicunt etiam Mysum piguisse et scaturiginis suæ et prioris ripæ, nunc fluere Caicum alia.*

VIII. *Amenanus quoque trahens arenas Siculas nunc currit, nonnunquam est siccus fontibus retentis.*

IX. *Anigros antea potabatur; nunc emittit aquas, quas fugias tangere, ex quo*

---

que libri *Sic ubi comb.* In plurimis vett. *combibitur;* at vulg. *cum bibitur. Tacito* etiam nonnulli pro *tecto;* et in Fr. multisque aliis *modo toto gurg.*—276 Tres libri *surgens* pro *ingens.*—277 Codd. multi *Emissum, Promissum, Et missum* vitiose.—278 Pro *alia* plurimi *alias,* vel *alio;* Bothius conj. *aliis;* i. e. capite et ripa.—279 Alii scribunt *Amasenus* vel *Amasenos;* in uno Mor. *Erasenis.* Vid. Heins. notam in Not. Var.—280 Unus Med. *Nunc furit.* Leid. *supremis* pro *suppressis.* Tert. Med. et unus Heins. *font. hæret.*—

NOTÆ

circiter. De quo fluvio Plinius et Seneca.

276 *Erasinus*] Fluvius est Arcadiæ, qui a Stymphalide palude ortus, unde et Stymphalus dictus, postquam terras subiit, rursus in Argolico agro erumpit, atque Erasinus dicitur.

277 *Mysum*] Mysiæ fluvius terra haustus, fontem, alveum, et nomen mutavit, nunc Caicus dictus.

279 *Amenanus*] Exiguus fluvius Siciliæ, ex Ætna monte per agrum Ca-

Fundit Anigros aquas: postquam (nisi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lavere bimembres
Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Fab. X. Hypanis amnis in aquæ amaritudinem similiter.

Hypanin Scythiæ amnem, marini factum liquoris ait, cum fuerit in initio dulcissimi, ob fontem regionis ejusdem in eum influentem.

Quid? non et Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris?

Fab. XI. Antissa, Pharos, et Tyros insulæ in Scopulos mutatæ.

Antissa et Pharos, item Tyros, in Phœnicia insulæ fuerunt, nunc vero continenti conjunctæ.

Fluctibus ambitæ fuerant Antissa Pharosque,
Et Phœnissa Tyros: quarum nunc insula nulla est.

(nisi omnis fides est tollenda poëtis) bimembres illic laverunt plagas, quas arcus Herculis clavigeri inflixerat.

x. *Quid? annon Hypanis fluens ex montibus Scythicis qui erat dulcis, corrumpitur salibus amaris?*

xi. *Antissa et Pharus et Tyrus Phœnissa fuerant circumdatæ fluctibus, ex quibus nulla nunc est insula.*

281 Ex duobus Med. Burm. recepit *bibebantur;* ceteri *bibebatur.* Unus etiam Med. *quas attingere nol.*—282 Alii scribunt *Anigrus;* Leid. et quatuor alii *Anagros.*—283 Unus Bonon. *Surripienda fid.*—284 N. *quæ fixerat H.*—285 Bernegg. et septem alii *Scythiis;* pr. Hamburg. *Scythis.* Berolin. habet *et arcticis hispanis mont.* Pr. Gron. *de fontibus.*—286 Bernegg. et Arund. pro var. lect. et Barb. *dulc. sale nunc vit. amaro.*—287 Tert. Bonon. *ambit. fuerunt.*

NOTÆ

tanensem fluens.

282 *Anigros*] Hic fluvius est Peloponnesi in Elide, de quo aliter quidem alii fabulantur, sed quæ referre non tanti duxeris.

283 *Bimembres*] Centauros dicit ab Hercule vulneratos atque profligatos.

285 *Hypanis*] Sarmatiæ est Europææ, qui in Borysthenem, deinde in Pontum Euxinum defluit: hodie *le Bog* dicitur.

287 *Antissa*] Insula fuerat, quæ Lesbo, Ægæi maris insulæ, contra Troadem fuit adjecta.

Pharos] Hæc quoque olim insula Ægypto annexa fuit; ubi celeberrima

Fab. XII. Leucades insulæ tres in Montium species, et Zancle insula in Scopulum.

Item Leucades insulæ tres in salo sunt nunc, a fluctibus olim relictæ. Item Zancle, olim conjuncta Italiæ, nunc freto discriminatur. Quod propterea contigit, quod Latonæ sedes est ibi negata.

Leucada continuam veteres habuere coloni:
Nunc freta circueunt. Zancle quoque juncta fuisse
Dicitur Italiæ: donec confinia pontus
Abstulit; et media tellurem repulit unda.

Fab. XIII. Helice et Buris oppida in Scopulos similiter.

Helice et Bura, Achaiæ urbes, ponto voratæ sunt.

Si quæras Helicen et Burin, Achaidas urbes,
Invenies sub aquis: et adhuc ostendere nautæ
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.

xii. *Antiqui incolæ habuerunt Leucadem cohærentem, nunc maria circumfluunt. Zancle etiam dicitur fuisse connexa Italiæ, donec mare abripuit confinia, atque removit terram interjecta aqua.*

xiii. *Si quæras Helicen et Burin oppida Achaica, reperies sub aquis; et nautæ solent adhuc monstrare urbes depressas cum muris submersis.*

— 292 Unus Heins. *tell. depulit und.*—294 Mor. unus *ostend. Nymphæ.*—295

NOTÆ

illa turris plurimis tabulatis excelsa, eodem nomine, quam quidam Sostratius Gnydius pro navigantium salute exstruxit.

288 *Tyros*] Urbs fuit Phœniciæ opulentissima, quæ Alexandri Magni tempore insula fuit, ut ex Curtio aliisque liquet. Hodie *Sur* aut *Sour* dicitur, quanquam in ruinis jacet, nisi forte paucæ supersunt domus.

289 *Leucada*] Nunc insula est maris Ionii quæ Gall. dicitur *de Sainte Maure*, Epiro ponte ligneo annexa.

290 *Zancle*] Messana est, quæ *Messine* Gall. urbs Siciliæ, quam, simul et totam insulam, pontus ab Italia divisit.

292 *Repulit*] Uti quidem videtur oculis: ceterum non repulsa insula, sed pars ea terræ ablata quæ Siciliam Italiæ committebat.

293 *Helicen*] Oppidum Achaiæ in ora sinus Corinthiaci, aquis propemodum absorptum.

Buris] Buris seu Bura urbs fuit

FAB. XIV. Area in Tumulum mutata.

TUMULUM secundum Trœzena urbem ex area factum ait, eruptione spiritus qui terræ increverat.

EST prope Pittheam tumulus Trœzena, sine ullis
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tumulus: nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum, cæcis inclusa cavernis,
Expirare aliqua cupiens, luctataque frustra
Liberiore frui cœlo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec pervia flatibus esset,
Extentam tumefecit humum: ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet, aut derepta bicorni
Terga capro. Tumor ille loco permansit; et alti
Collis habet speciem: longoque induruit ævo.

XIV. *Est collis excelsus sine ullis arboribus prope Trœzenen Pitthæan, olim area campi planissima, nunc collis: nam, res horrenda relatu, vis sæva ventorum repressa obscuris spelunciis, nitens aliqua expirare, atque luctata incassum frui cœlo ampliore, cum nullus esset hiatus in tota caverna, neque esset pervia flatibus, distendit terram tumefactam; sicut spiritus oris solet inflare vesicam, vel pellem detractam capro bicorni. Ille tumor permansit loco, et habet figuram excelsi tumuli; atque solidatus est longo tempore.*

Sec. V. et unus Heins. *oppid. versis.*—296 *Pittheam* in plurimis Codd. Burm. vero *Pittheam* scribit, quia adjectivum.—300 Barb. Gron. et alius *Et spirare aliq.*—302 Schepp. apud Tan. Fab. conj. *Null. foras tot.* Bothius malebat *nec par ea flatibus esset.*—303 Med. Pal. Heidelb. et Thysii *Extensam:* et Pal. sec. et Med. unus *patefecit hum.*—304 Berolin. *Tend. vesicas.* Mox de suo Heins. dedit *derepta;* vulg. *direpta;* unus Mor. *erepta.* Dein Bernegg. Arund. N. et alii exhibent *bicorni;* et va. seq. *capro,* pro vulg. *bicornis...capri.*—305 *Loco* ex

NOTÆ

etiam Achaiæ, superiori proxima, terræ motu etiam in aquas demersa.

295 *Pittheam*] Pittheï Æthræ patris patria fuit Trœzen, urbs Peloponnesi in ora meridionali sinus Saronici.

299 *Ventorum*] Atque ignis subterranei.

305 *Terga*] Utres dicit, quibus vinum atque oleum continetur. Vel folles ludendi gratia inflatos. *Des outres,* ou *des ballons.*

Fab. XV. Fons in Africa Ammonis in Glaciem convertitur.

Fons in Africa Ammonis solis ortu obituque calescit, postmodum in glaciem vertitur.

Plurima cum subeant, audita aut cognita vobis,
Pauca super referam. Quid? non et lympha figuras
Datque capitque novas? medio tua, corniger Ammon,
Unda die gelida est: ortuque obituque calescit.

Fab. XVI. Fons Athamanis lignum accendit.

Athamanis Thessaliæ regionis fonti lignum tenuata luna admotum accenditur.

Admotis Athamanis aquis accendere lignum
Narratur; minimos cum Luna recessit in orbes.

xv. *Cum plurima occurrant vobis audita aut cognita, pauca insuper narrabo. Quid? Annon aqua dat atque accipit novas figuras? Tua aqua, Ammon cornute, gelida est de die, accedente et recedente* eo *calescit.*

xvi. *Athamanis aquis admotis dicitur accendere lignum, cum Luna abiit in minimos orbes.*

---

uno Heins. vulg. *loci.*—306 A. *indur. usu*; Leid. *alvo.*—307 *Vobis* Heins. recepit ex quatuor scriptis; alii *nobis*, quod et Bothius rectum putat.—308 Heidelb. *repetam* pro *referam.*—311 Alii scribunt *Athamantis:* Tan. Faber censet legendum *Athamanes*; et vs. seq. *Narrantur.*—312 Exc. Calandr. et

NOTÆ

309 *Ammon*] Jupiter Ammon, si credis fabulæ, cornutus, a Baccho filio cultus, quod sitienti in Libyæ desertis aries quidam, quem ille Jovem est arbitratus, pedibus terram fodiens fontem monstravit: cui templum ibidem erexit. Ammon dicitur ab Hebræo *Hammah*, quod calere est: atque Sol intelligitur, qui, docente Macrobio, idem est qui Jupiter, cui pro radiis cornua, quæ eodem nomine ab Hebræis efferuntur, ab imperitis attributa sunt. Quanquam ab Hamo vel Chamo Noë filio, quem pro Deo ejus posteri coluerint, Jovem Ammonem, vel Hammonem dictum volunt.

310 *Unda*] De eo fonte Plin. l. II. c. 103. Curtius l. IV. Arrianus l. II. Lucret. l. VI. Miraculi autem illius rationem reddent physici, quam hic prolixum esset inculcare.

311 *Athamanis*] Fuerunt Athamanes populi Epiri, apud quos fons Dodonæus, qui accensas faces extingue-

Fab. XVII. Flumen Ciconum bibentes in Lapidem mutantur.

Flumen quoque apud Ciconas est, ex quo qui bibit in lapidem convertitur.

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera: quod tactis inducit marmora rebus.

Fab. XVIII. Crathis et Sybaris amnes capillis aureum colorem dant.

Crathis amnis, et ei confinis Sybaris, capillos aurei coloris efficiunt.

Crathis, et huic Sybaris nostris conterminus arvis, 315
Electro similes faciunt auroque capillos.

xvii. *Cicones habent fluvium, qui potus reddit præcordia lapidea; qui inducit saxum rebus tactis.*

xviii. *Crathis et Sybaris huic conterminus in nostris campis, reddunt crines similes electro atque auro.*

---

unus Med. *L. recrescit in.*—313 Med. *quod potu.* Bonon. etiam *sax. reddat:* et tunc seq. vs. *inducat* legendum; pro quo *indurat* est in Sixii Cod. et in uno Mor.—315 In uno Med. *et hic S.* at *huic* Heins. dedit ex pr. Pal. et uno Leid. vulg. *hinc:* et sic *nostris* pro *vestris*, et *arvis* pro *oris.*—316 In pr. Mor. et

NOTÆ

rut, extinctas accenderet. De eo Solinus, Plinius, Lucretius, alii.

312 *Minimos*] Quando ad defectum accedit.

313 *Ciconas*] Thraciæ esse populos jam supe diximus. Fluminis autem, de quo hic agitur, nomen nuspiam apparet, quod sciam, nisi forte Hebrus est. Sic de eo Plinius, 'In Ciconum flumina et in Piceno lacu Velino lignum dejectum lapideo cortice obducitur.' Ipse autem in agro quodam Miraballensi, Pictaviensis Provinciæ, fui, ex quo pyra collecta in lapidem concreta, quæ cum multis aliis exquisitis in videndo suo repositorio curiose servabat, ringentibus licet improbis calumniatoribus, clarissimus Dhuissæus, vir optimus, dum vixit mihi amicus. Immo segmentum ostendit naturæ lapideæ, in quod lignum, vetustate quasi consumtum, ferrum rubigine corrosum, lapis emortuæ mollitiæ in unam ponderosissimam atque durissimam massam coaluerant.

315 *Crathis*] Hic et Sybaris fluvii sunt Calabriæ in extrema Italia ortum versus.

Fab. XIX. Salmacis fontem qui contingit in mollitiem vertitur.

Salmacis fons in Caria contactu sui liquoris cogit in mollitiem corporis obscœni verti: quod beneficio Mercurii et Veneris dicitur esse factum.

Quodque magis mirum, sunt qui non corpora tantum,
Verum animos etiam valeant mutare, liquores.
Cui non audita est obscœnæ Salmacis undæ?

Fab. XX. Lacum Æthiopiæ qui bibit in insaniam aut in soporem vertitur.

Lacus est in Æthiopia, qui, hausto liquore ad sitim sedandam, aut in insaniam aut in soporem vertit.

Æthiopesque lacus? quos si quis faucibus hausit,
Aut furit; aut mirum patitur gravitate soporem.

XIX. *Et quod magis stupendum, sunt aquæ quæ possint vertere non tantum corpora sed etiam mentes. Cui non cognita Salmacis aquæ turpis?*

XX. *Et lacus Æthiopes? quos si quis duxit gutture, vel furit, vel patitur somnum stupendum gravitate.*

sec. A. *auroq. lapillos.*—317 Berolin. *mir. est.*—318 *Verum animos hominum* Leid. et tres alii: *Verum etiam mores possunt mut.* unus Mor. *soleant mut.* unus Heins.—319 *Undæ* pro vulg. *unda* Heins. reposuit cum Bernegg. N. pr. E utroque Erfurt. pr. Mor. et Pal. et sex aliis.—320 Nonnulli *Æthiopumque*

NOTÆ

319 *Salmacis*] De eo Cariæ fonte supra l. v. 285.

320 *Æthiopes*] Solinus locum etiam in Æthiopia esse dicit, quo perfusa corpora, velut oleo nitescunt. Sunt autem Æthiopes Africæ populi, vastissimam regionem cis et ultra Æquatorem extensam incolentes, qui se omnium hominum primos esse olim contenderunt.

321 *Gravitate*] Veternum dicit.

Fab. XXI. Clitorum fontem qui bibit odium vini capit.

Clitorius fons in Arcadia vinum in odium adducit: quod Melampus Amithaonis filius, Prœtidas cum ab insania liberasset, novissime remedia in eum projecisse fertur.

Clitorio quicumque sitim de fonte levarit,
Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.
Seu vis est in aqua calido contraria vino:
Sive, quod indigenæ memorant, Amithaone natus,
Prœtidas attonitas postquam per carmen et herbas
Eripuit furiis; purgamina mentis in illas
Misit aquas: odiumque meri permansit in undis.

Fab. XXII. Lyncestium amnem qui bibit in ebrietatem convertitur.

Lyncestius amnis Thraciæ hanc vim obtinet, potestate mutata, ut aquam ejus bibentes ebrii fiant.

Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis,
Quem quicumque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

xxi. *Quisquis sedaverit sitim ex fonte Clitorio odit vinum, atque sobrius amat puras lymphas; seu virtus est in aqua contraria vino calido; sive, quod indigenæ referunt, filius Amithaonis, postquam abstulit furiis per carmen et gramina Prœtidas delirus, abjecit in illas aquas medicamenta mentis: et odium vini permansit in aquis.*

xxii. *Fluvius Lyncestius labitur dissimilis effectu huic, quem quisquis hausit faucibus avidis, non secus vacillat, quam si potasset vinum purum.*

Plurimi etiam *quos quisquis fauc.*—322 Libri quidam vett. *font. levavit.*—324 Berolin. *in aquis.* Mox Mor. unus *valido contr.*—327 Pr. Mor. *purg. cædis in.*—328 Sec. Pal. et duo alii *Mersit aq.*—329 *Huic* Heins. recepit ex castigatoribus pro vulg. *Hinc.* Nonnulli etiam *Lynchestius*, vel *Lichestius.*—330 Non-

NOTÆ

322 *Clitorio*] Pausanias fluvium vocat Clitorem, juxta oppidum Clitorium; estque Arcadiæ in Peloponneso non longe a sinu Corinthiaco.

325 *Amithaone*] Melampus est medicus, qui Iphianassam, valetudini etiam restitutis sororibus Mera, Euryale, atque Lysippe, uxorem duxit.

326 *Prœtidas*] Filiæ fuerunt Prœti Argivorum regis, quæ, immissa a Ju-

Fab. XXIII. Aqua lacus Phenei nocte fuit noxia.

In Arcadia secundum Phenon urbem aquæ feruntur, quæ potæ nocte nocent, luce autem innocuæ cognoscuntur.

Est locus Arcadiæ (Pheneon dixere priores)
Ambiguis suspectus aquis. Quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ. Sine noxa luce bibuntur.

Fab. XXIV. Symplegades cautes in Petras redactæ.

Ortygia insula olim mobilis erat. Symplegades quoque cautes in Ponto concurrentes, flatibus solitæ moveri, nunc fixæ fundamentis tenentur loco-

Sic alias aliasque lacus et flumina vires
Concipiunt. Tempusque fuit, quo navit in undis,
Nunc sedet Ortygie. Timuit concursibus Argo

xxiii. *Est locus Arcadiæ (veteres appellaverunt Pheneon) non tutus aquis ambiguis: quas nocte reformida; haustæ de nocte obsunt. Secure potantur de die.*
xxiv. *Ita lacus et amnes habent alias atque alias virtutes. Tempus fuit, quo Ortygia fluitavit in undis, nunc stat. Argo reformidavit Symplegadas divinas con-*

---

nulli libri *gurgite* pro *gutture;* unus *carmine.*—331 Berolin. *Non alit.*—332 *Locus* Heins. dedit ex pr. Gron. tert. Med. Urbin. et aliis pro vulg. *lacus.* Alii etiam scribunt *Pheneum:* multi etiam vett. *Phænon,* vel *Phenon.*—333 Tert. Med. *Amb. spectatus aq.* Leid. *susceptus.* Mox Bas. pr. *noct. timete.*—334 Sec. V. *bibentur.*—336 Leid. et duo alii *Accipiunt: temp.*—339 Thysii un-

NOTÆ

none aut Venere vesania, sese vaccas esse crediderunt.

329 *Lyncestius*] Lyncestis aqua in Macedonia vini modo temulentos facit. Plin. l. II. c. 103.

332 *Pheneon*] In Arcadia, quæ Achaiæ regio est maxime a mari remota, oppidum est eo nomine, e cujus paludibus Ladon profluere scripsit Plinius. Aquam autem, de qua hic Ovidius videtur intelligere, Pausanias Stygem vocari ait ab Arcadibus: quanquam de lucis atque noctis discrimine nihil meminit.

337 *Ortygie*] Delos est, maris Ægæi, Cycladum insula clarissima, a coturnicum copia Græce sic dicta, quæ olim fluitans, aut mari obruta, Latonæ locum ad pariendum quærenti ut commodaret repente constitit.

Argo] Nomen est navis, qua Argonautæ Colchos ad vellus aureum surripiendum profecti sunt.

Undarum sparsas Symplegadas elisarum;
Quæ nunc immotæ perstant, ventisque resistunt.

FAB. XXV. Ætna mons Siciliæ in Ignem.

ÆTNA mons Siciliæ in ignem verti cœpit, cum initio riguerit.

NEC, quæ sulfureis ardet fornacibus, Ætne
Ignea semper erit: neque enim fuit ignea semper.
Nam sive est animal tellus, et vivit, habetque
Spiramenta, locis flammam exhalantia multis;
Spirandi mutare vias, quotiesque movetur,
Has finire potest, illas aperire cavernas:
Sive leves imis venti cohibentur in antris;
Saxaque cum saxis, et habentem semina flammæ
Materiem jactant, ea concipit ictibus ignem;

cursibus undarum fractarum; quæ nunc consistunt immotæ, et resistunt ventis.

XXV. *Neque Ætna, quæ flagrat fornacibus sulfureis, semper ardebit; neque vero fuit semper incensa. Nam seu terra est animal, et vivit, et habet æstuaria expirantia ignem multis locis, potest mutare vias expirandi, et quoties movetur obstruere has spelunceas, aperire illas: seu subtiles venti coërcentur in infimis cavernis, atque jactant silices cum silicibus, et materiam continentem semina flammæ, ea rapit ignem*

---

dique resist.—340 *Ætne* ex Bernegg. Thuan. Arund. et duobus aliis: alii *Ætna.*—344 Nonnulli *vices* pro *vias.*—345 Med. unus *Has furare pot.* quod Barm. conj. pro *turare*, quod forte apud vett. in usu fuerit, quanquam ejus composito 'obturare' frequentius usi sint. Heins. volebat *Hac operire p. illas* e Ms. Bersm. *alias aper.*—348 Alii *Materiam.* Dein unus Med. *captant.* Unus

NOTÆ

338 *Symplegadas*] Symplegades, quæ et Cyaneæ dicuntur, insulæ sunt contra Bosphorum Thracium, quæ, ut inquit Plinius, a poëtis olim concurrisse finguntur, quoniam parvo discretæ intervallo, ex adverso intrantibus geminæ esse videntur, paululumque deflexa acie coëuntium speciem præbebant. Qua ex fabula quantum ceteris confidendum quivis nemine admonente intelligat.

340 *Ætne*] Mons Siciliæ notissimus, de quo jam toties, qui flammas eructat. *Le mont Gibel.*

342 *Sive*] Confiteamur oportet nostram crassissimam ignorantiam, qui in dubia tam absurda incidamus, neque ea liceat satis expedire. Quanquam, utut et ab aliis sit istud serio propositum, neque inepte ventilatum, non amplius incertum quenquam retinere posse videtur.

348 *Materiem*] Sulfur, scilicet, et bitumen ex saxorum collisione excusso igne incendi possunt.

Antra relinquentur sedatis frigida ventis:
Sive bitumineæ rapiunt incendia vires,
Luteave exiguis arescunt sulfura fumis.
Nempe ubi terra cibos alimentaque pinguia flammæ
Non dabit, absumtis per longum viribus ævum,
Naturæque suum nutrimen deerit edaci;
Non feret illa famem: desertaque deseret ignes.

Fab. XXVI. In Pallene, urbe Tritoniacæ paludis, attactu vertuntur homines in Volucres.

In Pallene, quæ sub Aquilone jacet, homines dicuntur in volucres verti, novies cum in Tritoniacam paludem mersi sint.

Esse viros fama est in Hyperborea Pallene:
Qui soleant levibus velari corpora plumis;
Cum Tritoniacam novies subiere paludem.

conflictu; cavernæ destituentur frigidæ ventis compositis: sive vires bitumineæ concipiunt flammam, vel flava sulfura exsiccantur fumis exiguis; scilicet postquam terra non præbebit escam et fomenta pinguia igni, viribus exhaustis per longum tempus; atque suum alimentum destituet naturam voracem, illa non tolerabit famem, et destituta destituet ignes.

xxvi. *Dicunt esse homines in Pallene hyperborea, qui soleant habere corpus tectum levibus plumis, postquam ingressi sint novies paludem Tritoniacam.*

etiam *quæ* pro *ea*; Barb. *bis*; et quatuor *jam*.—349 Multi *Antr. relinquuntur*; unus *relinquantur*.—351 Berolin. *Luteaque*. Mox Heins. mallet *assiduis* vel *irriguis*. Plurimi etiam *ardescunt*. Unus Heins. *sulf. ventis*; complures alii cum Heidelb. et Berolin. *flammis*.—352 Gryph. Bersm. et aliæ Edd. *ut* pro *ubi*. Mox unus Mor. *alimentaq. mitia fl.*—354 Cod. Menard. *Materiæque*. Quidam alii *deer. nutr.* inverso ordine.—357 Alii *Quis sol*. Mox Cant. et alius

NOTÆ

350 *Bitumineæ*] Est bitumen limus quidam piceæ et sulfureæ naturæ.

354 *Naturæque*] Nempe bitumineæ et sulfureæ.

356 *Pallene*] Est quidam mons Thraciæ, seu Macedoniæ: verum de hac Hyperborea neque de Tritoniaca palude alibi quicquam extat, quod sciam. Herodotus in Melpomene pennas has interpretatur Hyperboreorum nives; quas pinnarum similitudine illic assidue cadere testatur Plinius. Namque Hyperborei, quanquam alibi ab aliis in Scythia, Sarmatia Asiatica, Moscovia, &c. ad Septemtrionem ab omnibus constituuntur, a quibus et ultra quos incipit flare Boreas.

FAB. XXVII. Scythides fœminæ attactu veneni in Aves mutantur.

SCYTHIDES, in Scythia fœminæ, venenis sparsæ, corpora immutant, se in aves transfigurantes.

HAUD equidem credo: sparsæ quoque membra veneno
Exercere artes Scythides memorantur easdem. 360

FAB. XXVIII. Ex vitulis Apes nascuntur.

EX vitulis apes nascuntur: quas Aristæus fertur invenisse.

SI qua fides rebus tamen est addenda probatis,
Nonne vides, quæcumque mora fluidove calore
Corpora tabuerint, in parva animalia verti?
I quoque, delectos mactatos obrue tauros;

XXVII. *Non equidem fidem adhibeo*, ceterum *Scythides habentes artus delibutos medicamine dicuntur exercere easdem artes.*

XXVIII. *Attamen si qua fides adhibenda rebus confirmatis, nonne cernis quæcumque corpora tabuerint tempore vel calore fluido mutari in exigua animalia? Ito*

---

vel. niveis vel.—359 Malebat Heins. *eq. credas: sp.* Mox multi Codd. *membr. venenis.*—361 N. unus R. et unus Mor. *est adhibenda.*—362 In quibusdam *fluidoque.*—363 Plurimi *Corp. tabescunt*, et Barb. *tabescant*; Med. et Bersm. *tabuerunt.*—364 Versus mendosissimus. Videamus diversas lectiones. *His quoque delectos* Thuan. *In quoque dilectos* N. *Hos quoque dilectos* Bernegger. *I tam delectos* Urbin. *I quoque dilectos* Cant. pr. Hamburg. et viginti circiter alii: tres, *Dis quoque delectos:* quatnor, *Hinc quoque.* Arund. et tres alii, *Hos quoque:* unus Sixti, *Huic:* alius, *Is:* quart. Med. *Hic:* unus meus, *Inque delectos:* unus Gronov. *Hic quoque dejectos:* pr. Pal. veterrimus *I quoque dilecto*, vel, *Dis:* unus Med. *I quoque delecto:* unus Vatic. *I nunc quoque delectos:* Jun. *I quoque delectas:* fragm. Boxhorn. *In quoque dilecto:* unus Ciofani, *dejectos:* Grævianus, *Hinc quoque dilectos.* Puto scribendum esse, *I scrobe delecto mactatos obrue tauros.*

NOTÆ

360 *Scythides*] Scythicæ mulieres, quæ se in aves mutare dicebantur: atque etiam hodie veneficæ insignes existimantur.

Easdem] Ut sese in aves convertant.

363 *Animalia*] Vermes scilicet, et ejus generis insecta. Quanquam hodieque ea de re nonnulli, frustra tamen, dubitant.

364 *Tauros*] Idem testatur Plinius, simoque dicit obruenda viscera. Vir-

(Cognita res usu) de putri viscere passim
Florilegæ nascuntur apes. Quæ more parentum
Rura colunt: operique favent; in spemque laborant.

Fab. XXIX. Ex equo Crabrones.

Ex equo putrefacto crabrones nasci potuisse primum proditur.

Pressus humo bellator equus crabronis origo est.

Fab. XXX. Ex cancro Scorpius.

Cancrum, demtis brachiis si terræ subjicias, scorpius nascitur.

Concava littoreo si demas brachia cancro;

etiam, defodito tauros delectos jugulatos (res est comperta experientia) apes florilegæ nascuntur passim de corruptis præcordiis, quæ colunt agros more parentum, atque urgent opus, et laborant in spem.

XXIX. *Equus bellator terra obrutus est parens crabronis.*

XXX. *Si tollas brachia curva cancro littoreo, submittas reliqua terræ, scorpius*

vel, *delecta*: est enim communis generis *scrobs*: nam in Thuaneo optimo est, *His quoque*. Nihil equidem evestigare possum, quod propius accedat ad scripturam veterem. Possis etiam, *scrobe depresso*. Ausonius ad Paulinum, 'Depressis scrobibus vitium regale minister Credidit.' An *scrobe repleto*? ut apud Virgil. Georg. II. 235. 'scrobibus superatur terra repletis.' *Heins.* Certe, *delectos mactatos*, unico quasi spiritu dixisse Ovidium nunquam crediderim, licet duobus epithetis usos aliquando poëtas supr. ad vs. 229. viderimus: *mactatos* vero a glossatore profectum, qui *dejectos* ita interpretabatur, quæ vox deinde in textum reposita alteram exturbavit, quæ tellurem, qua obrui taurus debet, significabat. Ego, donec melius occurrat, legerem, *I scrobe sub tecta dejectos obrue tauros*: tectam enim fuisse scrobem Maro dicit Georg. IV. 294. ubi plura; vide et Fast. I. 377. de apium ex bove natalibus scripsit etiam opus, *Βουγονίαν* dictum, Eumelus poëta; de quo vide ad Euseb. Chron. MCCL. Scaligerum. Vide et Antigon. Caryst. Mirab. Hist. 23. ubi et de similibus generationibus alia habet. *Burm.* Bothius malebat *Inque loco lecto*.—365 Plurimi *visu* pro *usu*.—366 Multi Codd. cum Bersm. *Florigeræ*. Decem etiam vett. *nascentur*; quod si legeris, Heins. in seq. vs. sic conj. *R. colant: o. vacent; in s. laborent*. Leid. *in speque*; at Jun. *semperque*. Ms. Bersm. *laborent*.—368 Med. et Mor. *Press. humi*. Mox tres

NOTÆ

gilius idem. Ceterum haud equidem scio, anne illi vera prædicent. Plurima intra naturæ vires continentur, quæ temere respuere, ut solent nonnulli, quia non capiunt, maximæ mihi dementiæ esse videtur.

367 *Spem*] Tum mellis, tum futuri examinis.

368 *Crabronis*] Vespas atque crabrones ex equorum cadavere nasci

Cetera supponas terræ; de parte sepulta
Scorpius exibit: caudaque minabitur unca.

Fab. XXXI. Bombyces in Papiliones.

Bombyces, quæ folia filis intexunt, in papiliones vertuntur.

Quæque solent canis frondes intexere filis
Agrestes tineæ, (res observata colonis)
Ferali mutant cum papilione figuram.

Fab. XXXII. Ranæ ex limo.

Ranæ nascuntur ex limo sine pedibus; mox natando pedes increscunt.

Semina limus habet virides generantia ranas:
Et generat truncas pedibus. Mox apta natando

prædibit ex parte defossa, et minabitur cauda recurva.

XXXI. *Tineæ etiam agrestes, quæ solent involvere folia candidis filis (res observata ab agricolis) mutant formam cum papilione ferali.*

XXXII. *Carnum habet semina generantia virides ranas, et gignit pedibus mutilas:*

Cdd. *scrubonis orig.*—370 H. vs. omittit Isidor. Etym. XI. 4. In præcedenti etiam habet *littorei...cancri.* Voss. *Cet. suppones;* et duo alii *terra.*—371 A. et Berolin. *Scorp. exiliet.*—372 Pro *canis* Thuan. et pr. Bonon. *cæcis;* pr. Mor. et duo alii *albis.* Mox unus Heins. *sylvis* pro *filis.* Leid. *foliis frondes* [vel *flores*] *intexere canis;* vel *foliis fila incanescere canis.*—373 Tert. Gron. *observ. Latinis.*—374 Unus *in* pro *cum:* duo etiam *papil. figuras.*—375 Bas. et quatuor alii *vir. gignentia ran.* unus *gravantia;* pr. Gron. *imitantia.*

NOTÆ

testatur etiam Varro.

371 *Cauda*] In qua aculeum habet et venenum.

372 *Tineæ*] Bene *agrestes* dixit; namque domesticæ vestes præsertim aut etiam alvum infestant, quanquam lumbrici magis appellantur posteriores vermiculi. Illas quod attinet passim conspiciuntur, quæ semen suum filis aranearum haud absimilibus involvunt, atque in foliis arborum ponunt, unde innumeri suo tempore erumpunt vermes.

374 *Ferali*] Papilio, inquit Plinius, lucernarum luminibus advolans, inter mala medicamenta numeratur. Cui contrarium jecur caprinum, sicut fel veneficiis ex mustela rustica factis.

375 *Semina*] Quæ ova esse videntur conglobata, pisorum magnitudine.

376 *Truncas*] Ita quidem videntur: ceterum pedes simul cum iis natos, at

Crura dat. Utque eadem sint longis saltibus apta,
Posterior partes superat mensura priores.

Fab. XXXIII. Ursa lambendo fingitur ex frusto carnis.

Ursæ carnem pariunt, eamque lambendo in figuram sui convertunt.

Nec catulus partu, quem reddidit ursa recenti,
Sed male viva caro est. Lambendo mater in artus
Fingit: et in formam, quantam capit ipsa, reducit.

Fab. XXXIV. Apes initio vermes, postea speciem suam accipiunt.

Apes initio truncæ, ut vermes, nascuntur: postea corporis partes ac pennas accipere produntur.

Nonne vides, quos cera tegit sexangula, fœtus
Melliferarum apium sine membris corpora nasci,
Et serosque pedes, serasque assumere pennas?

mox præbet pedes idoneos natando: atque ut ii sint utiles ad longos saltus, mensura posterior superat partes priores.

XXXIII. *Neque est catulus, quem ursa emisit recenti partu, sed caro male viva. Mater fingit in membra lambendo, atque reducit in formam qualem ipsa habet.*

XXXIV. *Nonne cernis fœtus apium melliferarum, quos cera sexangula obvolvit, exoriri corpora sine membris, atque capere tardos pedes, et tardas alas?*

—376 Med. *Sed gen.* et Berolin. *generant.* Fr. *truncis ped.*—378 Berolin. *sup. -part.*—379 Heins. malit *quod reddid.*—380 In Berolin. omiss. *est.*—381 Nonnulli *qualem* pro *quantam.* Arg. et Cælest. *cupit ips.*—382 Pro *tegit* Mor. *regit;* Pat. *gerit;* Leid. et Med. *capit.*—383 Unus Mor. *Melliferas.*—384 Unus Mor. *Mox seroeq.* Berolin. *Seros atq. pedes.* Bas. et A. *et seras sumere*

NOTÆ.

contractos et quasi in ceteris partibus delitescentes crediderim.

378 *Posterior*] Istud etiam in leporibus conspicitur.

379 *Nec catulus*] Istud falsum.

384 *Pennas*] Apium pennæ seu alæ nullus nescit quales sint, ex quadam quasi tela.

Fab. XXXV. Aves ex ovi medio.

Pavones, qui in tutela Junonis habentur; item aquilæ Jovis, columbæque Veneris, et ceteræ volucres, ex media parte ovi, qui vitellus vocatur, videntur nasci.

Junonis volucrem, quæ cauda sidera portat,
Armigerumque Jovis, Cythereiadasque columbas,
Et genus omne avium, mediis e partibus ovi
Ni sciret fieri, fieri quis posse putaret?

Fab. XXXVI. Ex medulla humana Angues nascuntur.

Ex medulla humana in sepulcris angues proseminantur.

Sunt qui, cum clauso putrefacta est spina sepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas.

xxxv. *Quis, nisi sciret fieri, crederet avem Junonis, quæ fert stellas in cauda, et armigerum Jovis, et columbas Cithereiadas, et omne genus avium posse nasci ex mediis partibus ovi?*

xxxvi. *Sunt qui arbitrentur medullas humanas verti in serpentem, cum spina ei putrefacta in clauso sepulcro.*

---

pennas.—386 Novem scripti *Armigeramq.* Nonnulli etiam *Cythereidasq.*—388 Genevens. *Ni scires.* Mox *fieri quis* est ex uno Mor. vulg. *quis nasci.*—389 Nonnulli *clausa. putefacta est*: unus Bas. *putefacta.*—390 Pr. Gron. cum multis

NOTÆ

385 *Junonis*] Pavonem dicit, cujus cauda ex Argi oculis stellata; ut in superioribus vidimus.

386 *Armigerum*] Aquilam dicit, de qua sæpius.

Cythereiadas] Veneri, quæ a Cytheris insula contra Cretam Cytherea dicitur, dicatæ columbæ; propter libidinem, scilicet.

387 *Mediis*] Ex ovi vitello foveri primo pulli germen oculorum testimonio constat.

Fab. XXXVII. Phœnix avis ex sanie sua renascitur.

Phœnix in Assyriæ finibus nido ex odoribus facto, cum est senectute pressa, supra recumbit: ex cujus sanie alia renascitur: et viribus roborata, nidum in urbem effert Solis: ibique in templo ejus monumentum patris reponit. Fertur enim quinque ætatis sæcula replere.

Hæc tamen ex aliis ducunt primordia rebus:
Una est, quæ reparet, seque ipsa reseminet, ales.
Assyrii Phœnica vocant. Non fruge, neque herbis,
Sed thuris lacrymis et succo vivit amomi.
Hæc ubi quinque suæ complevit sæcula vitæ,
Ilicis in ramis, tremulæve cacumine palmæ,
Unguibus et pando nidum sibi construit ore.
Quo simul ac casias, et nardi lenis aristas,

xxxvii. *Hæc tamen sumunt initia ex aliis rebus; una est avis quæ se restituat, seque ipsa reseminet; Assyrii appellant Phœnicem. Non vescitur farre, neque graminibus, sed lacrymis thuris, et succo amomi. Postquam hæc implevit quinque sæcula suæ vitæ, struit sibi nidum unguibus et curvo rostro in ramis ilicis, vel in vertice palmæ tremulæ. Quo statim atque supposuit casias, et aristas suaveolentis*

aliis et Mss. Bersm. *Mut. credunt.*—391 Sic unus Leid. neque aliter O. quart. Med. Thuan. et decem alii; nisi quod in iis *rebus prim. ducunt:* vulg. *aliis generis prim. ducunt.*—394 Quidam *sicco* pro *succo.*—396 Heins. conj. *Ilicet in ram.* Plurimi etiam *tremulæque;* Sixii *tremuloque.*—397 *Pando* Heins. recepit ex pr. Gron. uno Bas. et Norico; vulg. *duro:* nonnulli etiam *puro:* Voss. *pulchro.* Langerm. *rostro...ore;* et V. et septem alii *rostro...ipsa;* Menard. *ipse;* Thuan. *ipsam.*—398 Pr. Pal. et V. et Bas. et O. cum multis aliis *nard.*

NOTÆ

393 *Phœnica*] Poëtarum figmentum esse Phœnicem nullus dubitaret, nisi ab Indis jactatam eam avem scripsisset Plinius, qui an fabulosa nescire se etiam profitetur.

394 *Amomi*] Frutex est inter aromata laudatissimus, in Assyria, Armenia, Ponto atque Media nascens: cujus a diversis diversæ exhibentur descriptiones: ut vix hodie, tametsi forte in pharmacis prostet, notum esse crediderim.

396 *Quinque*] Sexcentis sexaginta annis vivere scribit Plinius.

398 *Casias*] Casia frutex est qui, docente Plinio, juxta Cinnami campos nascitur, in Arabia. Illi vero specie exteriori ita est similis, ut suo ævo esse qui pro cinnamomo venderent testetur Galenus: atque ejusdem quidem sed minoris esse virtutis asserit.

Nardi] Frutex est etiam, qui ex Assyria aut India affertur; cujus cacumen in aristas sparsum ad unguenta præsertim fuit olim pretiosissimum.

Quassaque cum fulva substravit cinnama myrrha;
Se super imponit: finitque in odoribus ævum.
Inde ferunt, totidem qui vivere debeat annos,
Corpore de patrio parvum Phœnica renasci.
Cum dedit huic ætas vires, onerique ferendo est,
Ponderibus nidi ramos levat arboris altæ:
Fertque pius cunasque suas, patriumque sepulcrum;
Perque leves auras Hyperionis urbe potitus,
Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

Fab. XXXVIII. Hyæna modo mas, modo fœmina.

Hyæna fera ex fœmina in marem vertitur.

Si tamen est aliquid miræ novitatis in istis;
Alternare vices, et quæ modo fœmina tergo
Passa marem est, nunc esse marem miremur hyænam.

nardi et cinnamoma fracta cum nigra myrrha, se super immittit, atque absolvit ætatem in odoribus. Inde dicunt parvum Phœnicem renasci de corpore patrio, qui debeat vivere totidem annos. Postquam ætas contulit huic vires, atque par est ponderi portando, levat ramos excelsæ arboris onere nidi, atque pius portat sua incunabula et sepulcrum paternum, et cum devenit in urbem Solis per levem aërem, deponit ante sacras valvas in templo Solis.

xxxviii. *Si tamen est aliquid stupendæ novitatis in istis, miremur hyænam alternare vices, et quæ modo fœmina tulit marem tergo, nunc esse marem.*

---

luis erist.—399 Unus Bas. *Castaque;* duo Med. *Crassaque;* alter Hamburg. *Cassaque.* Dein Leid. *cum summa:* et unus Heins. *lustravit;* tres *subtraxit.*—401 Barthius ex duobus pervetustis codd. corrigit, *qui vincere debeat.*—404 Plurimi Codd. *Aptus tunc nidum ramis levat arb.* et nonnulli *Est aptus nidum.* Heins. adulterinum putat versum; et quidem tres sequentes ab aliena manu inculcatos fuisse. Burm. nil putat expungendum, modo hic legeris *arboris almæ;* i. e. quæ quasi aluit et eduxit Phœnicem.—405 Unus Heins. *patriumq. cubile;* Thuan. *cunasq. parentum.*—407 Burm. conj. *Ante aras sacras,* vel *sacras aras;* vel *focos sacros.* In uno Leid. et Thysii *orbe* pro *æde:* Schepper. malit *urbe* reponere.—410 In Berolin. *est* omiss. Mox Thuan. et Bonon. *mi-*

NOTÆ

399 *Cinnama*] *De la canelle.*

406 *Hyperionis*] Fuit Hyperion Cœli filius, Solis pater, qui sæpius pro ipso sumitur. Illius urbem quod attinet, de qua hic agitur, Plinius prope Panchaiam, quæ Arabiæ pars est ad sinum, cognominem esse scribit.

410 *Hyænam*] Aliud figmentum, quod tamen vulgi esse scripsit Plinius, cum sine mare parere hyænam dixit, jamdiu confutavit Aristoteles.

Fab. XXXIX. Chamæleon in varios colores vertitur.

Chamæleon ventis et aura nutritus, quodcumque contigerit coloris ejusdem efficitur.

Id quoque, quod ventis animal nutritur et aura,
Protinus assimulat tactu quoscumque colores.

Fab. XL. Lynces Liberi urinam vertunt in Lapidem.

Lynces, qui sunt in Liberi tutela, urinam vertunt in lapidem.

Victa racemifero lyncas dedit India Baccho:
E quibus (ut memorant) quicquid vesica remisit,
Vertitur in lapides; et congelat aëre tacto. 415

xxxix. *Illud etiam animal quod alitur ventis et aëre statim imitatur tactu omnes colores.*

xl. *India subacta a Baccho racemifero obtulit lynces, ex quibus quicquid vesica emisit mutatur in saxa, et gelu concrescit aëre tacto.*

---

ramur: et pr. Gron. et Jun. *Hyænem*, et Arund. *hyænen.*—412 Unus liber *Proximus assim. Tactu* Heins. dedit ex pr. Bas. quart. Med. pr. Bonon. aliisque duodecim pro vulg. *tetigit.*—414 Septem libri *vesic. remittit.*—415 Med. et tres alii *in lapidem.*—416 *Curalium* recepit Heins. ex pr. Pal. veterrimo, et Calandr. Cod. pro vulg. *coralium:* pr. V. *caralium;* quatuor alii *corallum.* Schepper. etiam malebat *quo primas.*—417 Mor. et unus Heins. *moll. flt virga*

NOTÆ

Animal autem illud ex genere est luporum, sed magis hirtum, jubamque habet toto tergo perpetuam. Flecti non potest, nisi circumactu totius corporis.

411 *Id*] Chamæleontem dicit, qui colorem subinde mutat, eumque quem proxime attingit reddit semper, rubro tamen atque candido excepto. In India nascitur, figura et magnitudine lacertæ, de quo mira Plinius, quæ Agellius exsibilavit: quem vide.

413 *Lyncas*] Lynx animal est maculis distincta terga habens, ut pardus; quod in luporum genere esse scripsit Isidorus; falsum vero esse in Europam advectæ lynces prodiderunt.

415 *Congelat*] In gemmas carbunculis similes, et igneo colore fulgentes glaciari lyncum humorem scripsit Plinius, aliique: verum figmenta esse

FAB. XLI. Coralium ex molli durum.

CORALIUM lapis sub aqua mollis est, extra durescit.

t curalium, quo primum contigit auras
ore, durescit: mollis fuit herba sub undis.

FAB. XLII. Gentes variantur in Species.

SIGNIFICAT gentes variari in species Deorum voluntate.

ERET ante dies, et in alto Phœbus anhelos
re tinget equos, quam consequar omnia dictis
ecies translata novas. Sic tempore verti
mus, atque illas assumere robora gentes,
idere has. Sic magna fuit censuque virisque,
e decem potuit tantum dare sanguinis annos,
humilis veteres tantummodo Troja ruinas,
o divitiis tumulos ostendit avorum.

Ita etiam coralium riget, statim atque venit in aërem: fuit tenerum gra- aquis.

Dies prius deficiat, et Sol mergat equos exhaustos in profundum mare, quam verbis omnia mutata in species novas. Ita videmus nationes mutari, atque formari tempore, has interire. Ita Troja fuit magna opibus et viris, et potuit tantum cruoris per decem annos; nunc protrita ostendit tantum antiqua ru-

18 Vetustiores Codd. *Deseret;* vulg. *Desinet:* Heins. autem *Desinat* —419 Duo libri *quam prosequar;* unus *persequar.* Plurimi etiam *rbis.*—420 *Tempore* de suo dedit Heins. at plurimi codd. inter quos r. Gron. quart. Med. et quædam Edd. *tempora,* quod et Burm. censet posse: vulg. legitur *omnia.*—421 Vulg. edebatur *atq. alias assum.* reposuit *illas* ex duobus Pal. pr. V. et Gron. et quart. Med. cum s aliis. Med. et septem alii *illas sibi sumere rob.*—422 Unus Heins. et *ecidere.* Mox unus Bas. *cætuq. virisq.*—425 O. et Strozzæ unus *titulos*

NOTÆ

nia comprobavit experientia.
um autem dicitur ab illis
rina in gemmam coacta.
is] Maxima est differentia:
mque in aquis molle coralium,
pli. et Var. Clas.

extra durescit.
418 *Phœbus*] Sol ante occiderit.
420 *Verti*] Mutari.
423 *Decem*] Decem annos durasse bellum Trojanum nullus nescit.

[Clara fuit Sparte: magnæ viguere Mycenæ:
Nec non Cecropiæ, nec non Amphionis arces.
Vile solum Sparte est: altæ cecidere Mycenæ.
Œdipodioniæ quid sunt, nisi fabula, Thebæ?
Quid Pandioniæ restant nisi nomen Athenæ?]

Fab. XLIII. Omnia quæ nascuntur transmutantur in dissimiles Species.

Numa Pompilius propter scientiam rerum a populo Romano in regnum est receptus: cujus præcepta cum ante dictis hæc sunt: Quæcumque nascuntur, hæc crescendo et senescendo transmutari in dissimiles species: et post obitum sic consumi, ut aut in terram abeant, quæ corpora sunt; aut in aëra, quæ spiritu contineri videntur. Porro Helenus, Priami filius, refert ab Ænea urbis conditæ positionem.

NUNC quoque Dardaniam fama est consurgere Romam;
Appenninigenæ quæ proxima Thybridis undis

dera, atque sepulcra pro opibus majorum. Sparta fuit inclyta: magnæ Mycenæ floruerunt: itemque arces Cecropiæ, nec non Amphionis. Sparta est contemnendus ager; excelsæ Mycenæ jacent. Thebæ Œdipodioniæ quid sunt nisi fabula? Quid sunt Athenæ Pandioniæ nisi nomen?

XLIII. *Nunc etiam perhibent Romam Dardaniam extolli, quæ proxima aquis*

---

pro *tumulos*. Bas. V. et quatuor alii *magn. micuere M.*—426 Versus uncinis conclusos tollendos censet Heins.—427 Ex uno Voss. Heins. reponit *Cecropiæ* pro vulg. *et Cecropis.*—429 *Fabula* ex Bernegg. et altero Strozzæ: alii *nomina.*—430 Si retinendus esset versus, Heins. malebat *Quid Pandioniis restat, nisi nomen, Athenis.*—431 Berolin. *Hanc quoq.* Bothius conj. *Hinc.*

NOTÆ

426 *Sparte*] Quæ celeberrima fuit Peloponnesi civitas, Lycurgi legibus optime olim instituta.

Mycenæ] Alia urbs Peloponnesi, Agamemnonis regia.

427 *Cecropiæ*] Athenas dicit a Cecrope ædificatore sic dictas: de quibus satius est tacere quam panca dicere.

Amphionis] Hunc jam supra Thebarum ampliticatorem vidimus, a quo et nomen habuerunt.

429 *Œdipodioniæ*] Ab Œdipo rege Thebæ etiam ita denominatæ.

430 *Pandioniæ*] Ubi etiam Pandion regnavit, Athenæ.

Nomen] Falsissimum vero est Pythagoræ tempore nihil nisi nomen fuisse Athenas, quæ tunc ut cum maxime floruerunt. Quare adulterinos esse hos versus quinque parenthesi inclusos, non sine causa censuit clariss. Heinsius.

431 *Dardaniam*] A Trojanis ædificatoribus, qui a Dardano, Trojano rege, sic dicti, illud nomen consecuta est Roma. Supra autem vidimus Æneam cum suo Iulo Trojanos, Romanæ gentis conditores.

432 *Appenninigenæ*] Ex Appennino

le sub ingenti rerum fundamina ponit.
c igitur formam crescendo mutat, et olim
nensi caput orbis erit. Sic dicere vates,
icinasque ferunt sortes: quantumque recordor,
amides Helenus flenti, dubioque salutis,
erat Æneæ, cum res Trojana labaret:
te Dea, si nota satis præsagia nostræ
ntis habes; non tota cadet, te sospite, Troja.
mma tibi ferrumque dabunt iter. Ibis; et una
gama rapta feres: donec Trojæque tibique
ernum patrio contingat amicius arvum.
em et jam cerno Phrygios debere nepotes,
anta nec est, nec erit, nec visa prioribus annis.

idis Apenninigenæ jacit fundamenta rerum sub immenso pondere. Hæc igitur t formam crescendo; atque aliquando erit domina immensi mundi. Ita aiunt res et oracula faticina dicere; et quantum memini Helenus Priamides dixerat a lacrymanti atque salutis ancipiti, cum res Trojana caderet; Fili Deæ, siqui- satis intelligis auguria nostræ mentis, Troja non tota jacebit te incolumi. Ignis rum tibi præbebunt viam. Ibis; et feres simul Ilium ablatum, donec ager ex- s amicior patrio tibi et Trojæ obveniat. Video et nunc posteros Phrygiorum re urbem, quanta nec est, nec erit, nec visa ævo anteacto. Alii optimates red-

. *est assurgere R.* Sex etiam libri *Trojam.*—433 Gron. *Colle sub.*—434 an. *mutando crescit;* quod placet Burm. si *crescet* legatur.—435 Fr. *sic re vate.*—436 Vulg. edebatur *Vaticinasque*, vel *Fatidicasque;* sed *vates* mox cesserat; et Thuan. et tres alii *Faticanasque;* unde Burm. recepit *Fatici- que.* Mox Arg. *noces* pro *sortes:* Burm. conj. pro *voces.*—438 Huic versui ille ponendus, *Priamides Helenus*, ex fide unius mei et unius Medicei. *Heins.* gm. Boxhorn. et Vivian. *T. labarat;* duo libri *periret;* Pal. sec. *laboret.*— Bas. et Sprotii *capta* pro *rapta.*—443 R. Bas. et Leid. *Externa patria* . Vivian. et duo alii *Externum patria*, et Berolin. *Externam:* Voss. *pa-* . Vivian. etiam *cont. mitius arv.*—444 Tert. Gron. *Phrygibus* pro *Phry-*

NOTÆ

ste in urbem decurrere Thybrim um est omnibus.

36 *Recordor*] Facile vero est eo le vates esse, aut eos inducere ex teritis. Apposite autem a Poëta thagoræ, qui se temporibus Tro- is Euphorbum fuisse prædicabat, nce prædictionis fictio attributa.

37 *Helenus*] Priami fuit filius as insignis, ut ex carmine etiam giliano constat.

39 *Nate*] Veneris filium fuisse Ænean tædet toties repetere.

441 *Flamma*] Utinam vero omnes, Christiani saltem, Deum ex suorum ærumnis, quantumvis urgentibus, sibi illisque gloriam parare, satis adverterent.

442 *Pergama*] Arces fuerunt Trojanæ, quas restitutum iri per Ænean prædicit Helenus.

444 *Debere*] Ex fatorum ordine, scilicet.

Hanc alii proceres per sæcula longa potentem,
Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli
Efficiet. Quo, cum tellus erit usa, fruentur
Æthereæ sedes, cœlumque erit exitus illi.
Hæc Helenum cecinisse penatigero Æneæ, 450
Mente memor refero: cognataque mœnia lætor
Crescere; et utiliter Phrygibus vicisse Pelasgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere longe
Exspatiemur equis; cœlum, et quodcumque sub illo est,
Immutat formas, tellusque, et quicquid in illa est. 455

dent hanc validam per longa sæcula; sed filius de sanguine Iuli faciet *dominam orbis terrarum: quo cum terra usa fuerit, arces cœlestes gaudebunt, et cœlum erit illi finis. Memor recordor Helenum prædixisse hæc Æneæ penatigero; atque gaudeo muros affines augeri, atque Græcos vicisse in commodum Trojanorum. Ne tamen excurramus equis immemoribus festinandi ad metam, cœlum et quicquid sub illo est, terra et quicquid in ea est, immutat formas. Nos etiam pars mundi (quan-*

---

gios. Mox pro *debere* Heins. conj. *se efferre.*—448 Voss. *usa, fruantur.*—449 Unus Leid. *talisque erit.*—450 Berolin. *penatigeroque.*—451 In Pal. *mem. recolo:* unus Mor. *memoro.*—453 Quatuor libri *Nec tam.* Tres *met. tangere:* O. etiam *longo.*—454 Berolin. *sub illa,* omisso *est.*—455 Pr. Gron. *Et mutat*

NOTÆ

446 *Alii*] Reges videlicet, Consules, aliique toga et sago clari, per quos ante Cæsares res Romana crevit.

Longa] Septingentos annos.

447 *Natus*] Octavius est Augustus Julii Cæsaris adoptione filius, qui, docente Suetonio, maternum genus ad Ascanium seu Iulum Æneæ filium referebat; in cujus gratiam hæc omnia a Poëta referuntur.

448 *Usa*] Vide quam apposite voces deligat Naso; ut peculiari quodam Deorum favore terris ad tempus concessum Augustum innuat, quo ipsi denique fruantur.

450 *Penatigero*] Qui Deos Penates secum cum patre Troja abstulit.

451 *Cognataque*] Euphorbum enim Trojanum fuisse etiam Pythagoram supra vidimus.

452 *Phrygibus*] Trojanis, qui in Phrygia olim, nunc in Italia imperium obtinent.

Vicisse] Hoc dicit, quia ex eo quod Græci Trojanum imperium everterint, multo majus Æneadæ in Italia posuerint. Bonis vero maxime istud perpendendum, atque in maximis suis periculis cogitandum, ne ab hostibus victi animo despondeant. Mala omnia præter spem ex votis atque labore suo illis persæpe eveniunt: at bona opera æternæ virtutis semina esse scire debent, ex quibus, utcumque terra obrutis, fructus mitissimos, benedicente Deo, cum lætitia capient.

454 *Exspatiemur*] Id est, A scopo aliena proferamus. Omnia in fluxu esse concludit, atque adeo a carnibus abstinendum. Quæ Pythagoræ ratio si valeret, omnibus omnino cibo omni carendum esse sequeretur. Quanquam vero ex vanitate quam peccatum invexit carnium esum dimanasse credam, qui, restitutis rebus, nullus erit, minime dubitandum quin me-

Nos quoque pars mundi, (quoniam non corpora solum,
Verum etiam volucres animæ sumus, inque ferinas
Possumus ire domos, pecudumque in pectora condi,)
Corpora, quæ possint animas habuisse parentum,
Aut fratrum, aut aliquo junctorum fœdere nobis, 460
Aut hominum certe, tuta esse et honesta sinamus:
Neve Thyesteis cumulemur viscera mensis.
Quam male consuescit, quam se parat ille cruori
Impius humano, vituli qui guttura cultro
Rumpit; et immotas præbet mugitibus aures! 465
Aut qui vagitus similes puerilibus hædum
Edentem jugulare potest; aut alite vesci,
Cui dedit ipse cibos! quantum est, quod desit in istis
Ad plenum facinus! quo transitus inde paratur!

dequidem non sumus tantum corpora, verum etiam animæ leves, atque possumus transmitti in sedes ferinas et abdi in pectora brutorum) patiamur esse secura atque dissora corpora, quæ possint habuisse animas parentum, aut fratrum, aut conjunctorum nobis aliquo fœdere, aut certe hominum: neve repleamus præcordia epulis Thyesteis. Quam prave consuescit, quam se ille impius parat sanguini humano, qui aperit fauces vituli cultro, atque habet aures tranquillas ad mugitus! Quantum est quod abeit ad integrum scelus, quo inde paratur transitus, in istis, vel qui potest

---

ferm.—458 Unus Med. *Poscimur ire.* Mox nonnulli *pecorumque.* Dein plurimi cum V. et Heidelb. *in corpora;* alii *in pectore:* duo libri *in pectora verti;* unus *credi;* alius *mergi.*—459 *Possint* recepit Heins. ex R. et uno suo pro vulg. *possunt.*—460 Gron. *aliq. votorum fœd.* pro quo Heins. conj. *notorum.* Unus etiam *sanguine nob.*—461 Malebat Heins. *tuta atque inadesa sin.*; vel, *tuta esse et inesa.*—462 *Cumulemur* est ex pr. Pal. pro vulg. *cumulemus:* unus Leid. et Græv. *cumulentur;* Jun. *tumulemus.*—464 Pro *guttura* plurimi *pectora* vel *corpora.* Nonnulli etiam *ferro.*—465 Sex scripti *Rupit.* Berolin. *et ignotus.*—469 Vulg. *quam tr. ind. paratus.* Pr. Erfurt. et A. exhibent *quo...paratur;* plurimi etiam alii *paratur:* nonnulli *quis* vel *qua.* Berolin. *quis tr. in. per*

NOTÆ

duratus earum usus cum precibus et sanctitatis studio sit nobis concessus.

457 *Volucres*] Id est, Naturæ subtilissimæ atque velocissimæ. Poëtæ vero materiæ expertis animæ non satis perspecta videtur fuisse natura.

458 *Domos*] Ferarum dicit corpora.

462 *Thyesteis*] Illis similibus quas Atreo fratri Thyestes apposuit, qui filios decoctos ita illi epulandos obtulit, ut sanguinem quoque poculis immiscuerit.

463 *Quam male*] Hic vero fuit scopus Philosophi, gentem impiam a cæde retrahere.

469 *Plenum*] Quando a brutis ad homines cædes transfertur.

Inde] A brutorum cæde.

Bos aret, aut mortem senioribus imputet annis:
Horriferum contra Borean ovis arma ministret:
Ubera dent saturæ manibus pressanda capellæ.
Retia cum pedicis, laqueosque, artesque dolosas
Tollite: nec volucrem viscata fallite virga:
Nec formidatis cervos includite pinnis:
Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite, siqua nocent: verum hæc quoque perdite tantum.
Ora vacent epulis, alimentaque congrua carpant.

Fab. XLIV. Egeria in vallem Aricinam se confert.

Egeria post mortem mariti Numæ in vallem Aricinam se contulit lugens.

Talibus atque aliis instructo pectore dictis
In patriam remeasse ferunt, ultroque petitum
Accepisse Numam populi Latialis habenas.

jugulare hædum tollentem vagitus pares puerilibus, vel vivere avibus quibus ipse præbuit escam! Taurus vertat terram, aut ascribat mortem ætati provectæ: ovis præbeat arma adversus sævos Aquilones: caprææ plenæ exhibeant ubera siccanda manibus. Abjicite plagas cum pedicis, et laqueos, et artes insidiosas: neque decipite avem calamo visco illito: neque fallite cervos pennis formidatis: nec tegite curvos hamos escis dolosis. Perimite, si quæ officiunt: verum perimite tantum hæc quoque. Ora abstineant dapibus, et sumant cibos idoneos.

xliv. *Vulgo aiunt Numam rediisse in patriam animo exculto talibus atque aliis dictis; atque sponte arcessitum suscepisse administrationem reipublicæ Romanæ;*

* * * * * * * * * * * *

artus.—470 Idem *et* pro *aut.*—471 O. et pr. Mor. *Horrificum.*—472 Berolin. *man. pensanda cap.*—474 *Volucrem* recepit Heins. ex plerisque scriptis pro vulg. *volucres.*—475 Plurimi Codd. *Nec formidantes;* quod Heins. conj. pro *formidandis.* Mox multi vett. *cerv. illudite p.* et pr. A. *eludite.* Heins. etiam reposuit *pinnis* pro vulg. *pennis.*—478 Vett. libri fere omnes *alimentaq. mitia*

NOTÆ

470 *Bos aret*] Hoc est, Ad laborem cogere bovem equidem liceat: cetera nullo alio malo prematur.

471 *Arma*] Lanam scilicet et vestes.

475 *Pinnis*] Pro sagittis positas scripsit Commentator; verum falsus est. Pennas ipsas intelligit Poëta, quibus plerumque puniceis aut versicoloribus, ustulatis etiam, funiculo intertextis, feras, visu aut odore territas in plagas impellere soliti erant. Quod pinnatum instrumentum formidinem vocitabant.

478 *Vacent*] Ne ab illis ad alias cædes grassetur.

Congrua] Quæ sine cæde, mitia, ut homines decet, comparari queunt.

481 *Habenas*] 'Illum Curibus Sabi-

Conjuge qui felix Nympha, ducibusque Camœnis,
Sacrificos docuit ritus, gentemque, feroci
Assuetam bello, pacis traduxit ad artes.
Quem, postquam senior regnumque ævumque peregit,
Extinctum Latiæque nurus, populusque, Patresque,
Deflevere Numam: nam conjux urbe relicta
Vallis Aricinæ densis latet abdita sylvis,
Sacraque Oresteæ gemitu questuque Dianæ

qui beatus Nympha uxore, et Musis ducibus, docuit ritus sacrificos, et addixit artibus pacis nationem assuetam æevo bello. Quem Numam, postquam senior peregit regnum et annos, et fœminæ Romanæ, et populus, et patres luxerunt mortuum: uxor enim, urbe deserta, latet abscondita in opacis sylvis vallis Aricinæ: atque

---

cæp.—483 Unus liber *gentemq. ferocem;* alius *profanum.*—484 Duo *Consuetam bell.* Pro *traduxit,* nnus *deduxit;* V. sec. *transmisit;* octo *traducit.*—485 Quem pro *qui* ex Cant. Sed tum Heins. porro vs. 487. volebat *Deflevere virum*

NOTÆ

nis agentem ultro petivere, ob inclytam viri religionem.' Verba sunt Fleri; quæ facem ita præferre videntur plurimis Christianis, ut mirum sit, quod illos omni scelerum genere quandoque perditos sequi non pudeat.

482 *Nympha*] Egeria, scilicet, quacum congressus habere Numa fingebat, ut omnia quasi monitu illius Deæ magis barbari acciperent. Ille autem regibus exemplo esse potest, qui nunquam sibi atque populis melius possunt consulere, quam cum, non Egeriam nymphaam, sed ipsam Dei Sapientiam seorsum ab omnibus consulunt.

Camœnis] Musis; quibus, ut Livius narrat, lucum, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, consecravit; quod Dearum sibi consilia cum conjuge sua Egeria essent.

484 *Traduxit*] Religione, quæ lumen divinum in terras derivat, atque industria, quæ hominem Deo similem facit, orando atque laborando prospere omnia cedunt. Aut hodie inertiæ atque superbiæ, quæ Impietatis fons est, ita videtur traditus mundus, si quosdam excipias, ut vix diutius senium tolerare posse videatur, nisi resipiscant.

485 *Regnum*] Quadraginta annos postquam regnasset, obiit.

488 *Aricinæ*] Hæc fuit vallis, una cum Aricia urbe antiqua, tribus circiter leucis Laurento dissita ad Septemtrionem, quinque Roma in ortum. Circa illam nemus ingens fuit Dianæ vel Egeriæ dictum, ubi hodie oppidum *Nemo;* itemque lacus, qui in agrum fœcundissimum mutatus.

489 *Sacra*] Ea in Taurica Chersoneso sanguine exterorum quotquot illuc appellebant absolvebantur: verum tanta apud Aricinos non fuerunt immanitate, ut in superioribus vidimus. Hic *nemorensis regis* titulo fugitivus aliquis servus tamdiu sacerdotio fungebatur, donec ab alio provocatus ab eodem occideretur.

Orestææ] Eo nomine appellatur Diana, quod ab Oreste Agamemnonis filio Aricium, ut placet quibusdam, ejus simulacrum translatum fuerit. Namque ille cum ex materna cæde

Impedit. Ah quoties Nymphæ nemorisque lacusque,
Ne faceret, monuere; et consolantia verba
Dixere! ah quoties flenti Theseius heros,
Siste modum, dixit: neque enim fortuna querenda
Sola tua est: similes aliorum respice casus,
Mitius ista feres: utinamque exempla dolentem,
Non mea te possent relevare! sed et mea possunt.

obstat sacris Dianæ Orestææ fletibus et querimoniis. Ah quoties nymphæ sylvæ et lacus hortatæ sunt ne faceret, et verbis consolatæ sunt! Ah quoties heros Theseius admonuit lacrymantem ut modum faceret; Neque enim, aiebat, *sors tua sola est dolenda: vide damna aliorum non minora: tolerabis ista lenius: atque utinam exempla non mea possent tibi solatio esse, verum meæ etiam possunt.*

aut *simul:* Burm. conj. *Deflevere: Numæ num.*—490 Cant. *Impetit: ah.*—492 Vulg. *Dixerunt! quot.* ex Barb. qui habet *Dixerunt! ah quot.* Heins. recepit *Dixere! ah.* Mox unus Voss. *flendi*, probante Heins.—493 *Siste modum* displicet Heins. qui conj. *Sit modus o, dix.* nam Zulichem. *Siste modo;* et hoc Bothius retinendum putat, modo in præced. vs. legeris *fletum* pro *flendi*, quod sibi placet.—494 Pr. Mor. et duo alii *tibi* pro *tua.* Unus etiam Mor. *aliarum.* Duo deinde libri *prospice.*—496 Berolin. *Nunc* pro *Non* Voss.

NOTÆ

esset Furiis agitatus, atque expiandi sceleris causa jussus esset inter cetera Dianæ simulacrum ex Chersoneso efferre, illuc cum Pylade amico profectus, atque a sorore Iphigenia sacerdote agnitus, tantum non immolatus clam cum ea, sublato simulacro, se recepit. Quidam Mycenas, alii Athenas, transportatum illud volunt. Fabulæ; quas ad intelligendos bonos auctores, non ulterius opus est exquirere.

491 *Faceret*] Effuse in fletus se daret.

492 *Theseius*] Hippolytus Thesei filius, quem in superioribus novercæ insidiis, a phocis territis equis, discerptum vidimus. Indicis autem beneficio facillimum est singula inde repetere; frustraque circa eadem oleum atque operam absumeremus.

Tempus omnium res est pretiosissima: neque et nos in illo esse minus providos admonere piget, ut sui maximam habere rationem condiscant, suaque omnia expedite et per paucissima exequi.

494 *Similes*] Apud ineptissimos et male sanos valere potest ea ratio in ærumnis suis, quod plurimos habeant socios: cordatis viris cumulus est doloris. Atque adeo ægre crediderim Poëtam in eum errorem incidisse, ut Nympham ex aliorum malis solatium sibi quærere voluerit. Huc tantum spectat ejus oratio, ut æstimatis illis ant etiam majoribus quibus ceteri vexati sunt, qui tamen æquo animo ea toleraverunt, Nympha pari animi fortitudine sua, minora forte, superaret.

Fab. XLV. Hippolytus in Deum Virbium.

Hippolytus, cum propter novercale odium propulsus esset patria, et Trœzena proficisceretur, ex improviso mari elatus taurus, sicut parens optaverat, gravissimum ei objecit timorem: et exasperatis equis tractus interiit. Quem Æsculapius, Dianæ voluntate, cujus initio comes fuerat, reduxit ad superos. Hinc ab eadem Dea evocatus in nemus Aricinum, mortalitatem exuit; a converso itaque nomine Deus Virbius est appellatus.

Fando aliquem Hippolytum vestras (puto) contigit aures,
Credulitate patris, sceleratæ fraude novercæ
Occubuisse neci. Mirabere, vixque probabo:
Sed tamen ille ego sum. Me Pasiphaëia quondam
Tentatum frustra, patrium temerasse cubile
[Quod voluit, finxit voluisse, et crimine verso,]
(Indiciine metu magis, offensane repulsæ)
Arguit: immeritumque pater projecit ab urbe;

XLV. *Credo, dum narratur, audivistis quendam Hippolytum leto datum credulitate patris, dolo nefariæ novercæ. Mirabere, vixque probabo; sed tamen ille ego sum. Pasiphaëia olim detulit me incassum impulsum violasse lectum paternum; et crimine converso, timorene criminationis, an dolore repulsæ, simulavit* me *cupivisse quod optavit: atque genitor expulit urbe immeritum, et devovit prece infensa*

possint relev. et duo Burm. *mea possent.*—497 *Puto* ex plurimis Codd. vulg. *et.*—498 Edd. vulg. *scel. et fraud.* sed τὸ *et* plurimi vett. Codd. non agnoscunt.—500 Scalig. ad Manil. v. 536. legit *me quondam Pasiphaëa:* si quid mutandum Heins. vellet refingere *me Pasiphæidi quondam;* vel *Pasiphæias olim.*—501 Pr. V. et tert. Med. cum tribus aliis *Tentavit;* Heins. conj. *Tentato. Temerasse* est ex pr. Gron. et Bas. et multis aliis pro vulg. *temerare.*—502 Versus importune huc inculcatus a sciolo: multi veteres, *Quod voluit voluisse infelix crimine verso:* alii aliter. *Heins.* Berolin. *finxit infelix crim.* Heidelb. ut vulg.—503 Sic Heins. ex melioribus restituit. Nonnulli pro *ne* habent *ve* in utroque loco.—504 V. pr. *nihil* pro *pater.* Berolin. sic vs. fingit;

NOTÆ

498 *Credulitate*] Qui facile nimis Phædræ uxori de stupro ab Hippolyto oblato querenti auscultavit; siquidem ipsa ad nefas adolescentem frustra perducere conata esset; ut mox patebit.

500 *Pasiphaëia*] Phædra, Pasiphaës et Minois Cretensium regis filia, uxor Thesei, Hippolyti noverca.

502 *Quod voluit*] Ut Hippolytus patrium cubile temeraret.

503 *Indicii*] Ne Hippolytus prior novercæ crimen patri proderet.

Offensane] Dolens Phædra, quod scelus pariter atque amorem suum privignus contemsisset.

504 *Arguit*] Apud patrem accusavit quasi sese de stupro interpellasset.

Hostilique caput prece detestatur euntis.
Pittheam profugo curru Trœzena petebam;
Jamque Corinthiaci carpebam littora ponti;
Cum mare surrexit: cumulusque immanis aquarum
In montis speciem curvari et crescere visus;
Et dare mugitus; summoque cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis,
Pectoribusque tenus molles erectus in auras,
Naribus et patulo partem maris evomit ore.
Corda pavent comitum: mihi mens interrita mansit,
Exiliis contenta suis: cum colla feroces
Ad freta convertunt, arrectisque auribus horrent
Quadrupedes, monstrique metu turbantur, et altis
Præcipitant currum scopulis. Ego ducere vana
Frena manu, spumis albentibus oblita, luctor;
Et retro lentas tendo resupinus habenas.
Nec vires tamen has rabies superasset equorum;
Ni rota, perpetuum qua circumvertitur axem,

caput proficiscentis. Ibam Trœzenen Pitthæan curru exule; atque jam tenebam littora maris Corinthiaci, cum mare intumuit, et horrendus cumulus aquarum visus sinuari in modum collis, atque augeri; et boare, necnon dividi supremo fastigio. Hinc vitulus marinus cornutus prorumpit fractis fluctibus, atque sublatus in tenuem aërem pectore tenus emittit partem æquoris naribus et ore aperto. Corda comitum tremunt: animus mihi permansit impavidus, contentus suis exiliis: cum equi frementes torquent colla versus mare, et expavescunt auribus arrectis: turbanturque formidine monstri, atque præcipitem trahunt currum per sublimes scopulos. Ego contendo flectere, manu inutili, fræna obducta spumis candidis; et resupinus retro traho lora flexilia. Neque tamen furor equorum vicisset has vires, nisi rota fracta atque excussa fuisset objectu trunci, qua volvitur circum axem continuum. Deji-

---

Damnavit, meritumque nihil pater ejicit urbe; et sic etiam plurimi alii Codd.—506 Pr. Pal. et R. et octo alii *Pitthean.* Deinde Berolin. *cursu* pro *curru.*—510 *Summoq. in acumine find.* nonnulli Codd. *fundi* V. et unus Ciofan.—512 Berolin. *moll. ereptus in.*—515 Med. quart. et unus Leid. *Exil. intenta;* unde Bothius emendat *Exitiis intenta.* Excerpt. Calaudr. *Exilii...sui.* Ex plurimis scriptis Heins. dedit *cum* pro vulg. *tum.*—516 Alii *erectisque.* Pro *horrent* Heins. malebat *hærent.*—517 Sec. V. et duo Med. *met. terrentur.*—519 Pro *luctor* unus *nitor:* Regius notat et *lustro* legi; *tento* pr. Gron.—521 Berolin. *rab. superaret eq.*—522 *Qua* ex uno Heins. et Sixiano; vulg. *quæ:* nonnulli

NOTÆ

506 *Pittheam*] Pittheum Pelopis filium, Æthræ, Thesei matris, patrem, jam supra in hac Peloponnesi urbe regnasse vidimus: apud quem educatus Hippolytus.

511 *Taurus*] Phocan dicit, seu vitulum marinum.

Stipitis occursu fracta ac disjecta fuisset.
Excutior curru: lorisque tenentibus artus
Viscera viva trahi, nervos in stirpe teneri,
Membra rapi partim, partim reprensa relinqui,
Ossa gravem dare fracta sonum, fessamque videres
Exhalari animam; nullasque in corpore partes,
Noscere quas posses: unumque erat omnia vulnus.
Num potes, aut audes cladi componere nostræ,
Nympha, tuam? Vidi quoque luce carentia regna,
Et lacerum fovi Phlegethontide corpus in unda.
Nec, nisi Apollineæ valido medicamine prolis,
Reddita vita foret. Quam postquam fortibus herbis
Atque ope Pæonia, Dite indignante, recepi;
Tum mihi, ne præsens augerem muneris hujus

cior curru; atque habenis implicantibus membra, cerneres præcordia viva rapi, nervos retineri stipitibus, artus partim rapi, partim retracti omitti, ossa quassata reddere gravem sonum, atque animam lassam exspirari; neque ullas partes in corpore quas posses cognoscere; atque omnia erant unum vulnus. Anne potes vel audes conferre tuos casus cum nostris, o Nymphe? Aspexi etiam regna carentia luce, et lavi corpus mutilum in aqua Phlegethontide: neque vita esset reddita nisi potenti medicamento filii Apollinis. Cui vitæ *postquam restitutus fui efficacibus gramini-*

etiam *quo*. Plurimi Codd. *circumvolvitur ax.* Muretus, *circumflectitur.*—526 Duo libri *Stip. incursu.* Plerique *et* pro *ac.* Liber Ciofani *ac dejecta; duo disjuncta;* Pal. *lacerata.*—525 Vulg. *nervosque;* sed V. cum plurimis aliis omisit copulam. Mox sec. V. et Boxhorn. *in stipe ten.* Heins. putat *supra.*—526 Liber Ursin. *Membr. trahi,* quod probat Ciofan. octo libri *partimque repr.* unus Med. et alii *deprensa.* Heidelb. etiam *teneri* pro *relinqui.*—528 Ex plerisque scriptis *Exhalari* placet Heins. præ vulg. *Exhalare.* Berolin. *corp. virus.*—530 Liber meus, *Nunc potes;* unus V. *Non potes;* alius, *An potes:* in Cæsar. est, ut in impressis, quod sequendum arbitror. *Ciofan.*—532 Pro

NOTÆ

526 *Rapi*] Equorum impetu.

Reprensa] Retenta a radicibus et stirpibus arborum.

531 *Regna*] Plutonis, scilicet.

532 *Phlegethontide*] Phlegethontis fluvii, qui ex infernis est unus, undis tumens igneis, fluctusque volvens flammeos.

533 *Apollineæ*] Æsculapii Apollinis filii.

536 *Pæonia*] Medica. Fuit enim Pæon medicus peritissimus, qui Plutonem gravissime ab Hercule vulneratum curasse dicitur. Iliad. v. Ab illo medicæ herbæ communiter "Pæoniæ" Virgilio, itemque illa quæ in specie 'Pæonia' dicitur ab omnibus medicis.

Dite] Plutone, divitiarum Deo, qui ægre vitæ restitui homines sibi subditos videt. Ex eo autem orta fabula quod contra spem omnium misere discerptus Hippolytus convaluerit.

536 *Præsens*] Apud Athenienses, aut apud Inferos.

Invidiam, densas objecit Cynthia nubes:
Utque forem tutus, possemque impune videri,
Addidit ætatem, nec cognoscenda reliquit
Ora mihi. Cretenque diu dubitavit habendam
Traderet, an Delon. Delo Cretaque relictis
Hic posuit: nomenque simul, quod possit equorum
Admonuisse, jubet deponere: Quique fuisti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.
Hoc nemus inde colo: de Disque minoribus unus
Numine sub dominæ lateo, atque accenseor illi.

FAB. XLVI. Egeria in Fontem.

EGERIA Nympha, Numæ Pompilii conjux, post viri interitum cum nemus Aricinum contulisset, ibi questu assiduo deflevit casum viri, fat Dianam, ejus regionis incolam, assiduo fletu. Novissime lacrymæ ej eadem Dea transmutatæ sunt in fontem, qui ex ejus nomine nunca Egeria.

NON tamen Egeriæ luctus aliena levare

bus, atque auxilio Pæonio, Plutone invito, tum Cynthia velavit opacis nubi præsens augerem invidiam hujus doni; et ut essem securus, et possem tuto co adjecit annos, neque reliquit mihi vultus agnoscendos. Atque incerta fuit di beretne Cretam colendam an Delon. Delo et Creta omissis hic sedem de jussit simul abjicere nomen quod possit in memoriam revocare equos: Quique Hippolytus, ait, nunc idem esto Virbius. Inde frequento hanc sylvam; et u Diis minoribus lateo sub numine dominæ, atque illi ascribor.

XLVI. *Attamen clades alienæ non possunt lenire mœrorem Egeriæ: et*

fovi quatuor *lavi;* unus *vidi;* alius *vovi.*—533 N. *medicam. mortis.*—54(rolin. *Or. mei.*—541 Thuan. et octo alii *Creteque.*—546 Berolin. *lateoq sentior uni.* Vulg. etiam Edd. *assentior* habent: plurimi *acceptior;* alii

NOTÆ

537 *Cynthia*] Diana, in Cyntho Deli monte nata, cujus favore Hippolytus venator fruebatur.

539 *Ætatem*] Ut natu major cum videretur, minus cognosceretur.

543 *Admonuisse*] Videtur sentire Poëta inde appellatum Hippolytum, quod ab equis solutus aut discerptus esset: ἵππος enim *equus* est, λύω *solvo.*

544 *Virbius*] Quasi *Vir bis:* quam alii *Virum bonum*, alii Deu *viribus* præsit, interpretantur.

545 *Nemus*] Aricinum, scilice quo supra: quo allegatum decept quendam volunt a Dianæ sacer bus, Hippolyti nomine, ut loco fa atque adeo sibi lucrum majus parentur.

Damna valent: montisque jacens radicibus imis
Liquitur in lacrymas: donec, pietate dolentis
Mota, soror Phœbi gelidum de corpore fontem
Fecit; et æternas artus tenuavit in undas.

FAB. XLVII. Gleba in Pueri figuram mutata.

Cum in Tyrrhenia, quæ etiam Tuscia est, quidam arator justum opus in dies redderet, presso vomere glebam opinione sua ponderosiorem excitavit; cujus dum miratione premeretur, animadvertit eam in figuram pueri esse transmutatam, qui Etruscorum lingua Tages postea nomine futurorum scientiam invenit.

At Nymphas tetigit nova res: et Amazone natus
Haud aliter stupuit, quam cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam mediis aspexit in arvis,
Sponte sua primum, nulloque agitante, moveri:
Sumere mox hominis, terræque amittere formam;
Oraque venturis aperire recentia fatis.

strata ad radices ultimas collis abit in fletus; donec soror Apollinis, tacta pietate mœrentis, fecit fontem frigidum de ejus *corpore; atque duxit membra in aquas æternas.*

XLVII. *At res nova movit Nymphas, et filius Amazonis non aliter stupuit quam cum agricola Tyrrhenus vidit glebam fatalem in mediis agris, primo ultro agitari nullo pulsante; deinde induere formam viri, et exuere terræ; atque aperire os*

---

dor: Heins. recepit *accenseor* ex pr. Strozzæ, uno Leid. et uno A.—547 Sec. Mor. *Nec tam.*—548 Malit Heins. *rad. imi;* scil. montis imi.—552 Berolin. *Et Nymph.*—554 *Mediis* ex plurimis vett. recepit Heins. pro vulg. *medis:* unus Mor. *gelidis. Conspexit* etiam Berolin. cum quinque libris et Beram. Codd. Unus etiam *in antris.*—555 Berolin. *primo* pro

NOTÆ

546 *Accenseor*] Ut Veneri Adonis, Minervæ Erichthonius, Matri Deum Attys.

550 *Soror*] Diana.

552 *Amazone natus*] Hippolytus est, Hippolytes Amazonis atque Thesei filius.

553 *Tyrrhenus*] In agro Tarquiniensi visum hunc Tagem refert Tullius; cujus si vera est historia, dubium non est quin malus fuerit genius. Potius autem eum aliquem fuisse ex obscuro loco ortum crediderim, qui divinandi arte repente clarus factus sit.

554 *Fatalem*] Quia aruspex qui Tuscos divinandi artem docuit in ea latitans.

Indigenæ dixere Tagen: qui primus Etruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Fab. XLVIII. Jaculum Romuli in Arborem.

Romulus, Martis et Iliæ filius, cum venaretur, ex monte Aventino persequens aprum fugientem, jaculum jecit; quod cum protinus in colle Palatino hæserit, loco ejus montis scala facta; cujus ima pars adeo depressa terræ est, ut sit comprensa radicibus; effectum est novissime, ut in arborem cornum conversum sit.

Utve Palatinis hærentem collibus olim, 560
Cum subito vidit frondescere Romulus hastam;
Quæ radice nova, non ferro stabat adacto;
Et jam non telum, sed lenti viminis arbor,
Non expectatas dabat admirantibus umbras.

recens fatis venturis. Indigenæ vocaverunt Tagen, qui primus instituit nationem Tyrrhenam declarare sortes venturas.

XLVIII. *Vel ut Romulus, cum advertit olim jaculum impactum monti Palatino repente frondere, quod stabat nova radice, non ferro immisso; et jam non jaculum sed arbor flexilis virgulti præbebat umbras non expectatas stupentibus.*

primum.—557 Leid. *aper. rigentia*; Langerm. *ingentia.*—560 Pr. Pal. *hær. cornibus ol.*—561 Ms. Bersm. *vid. florescere.*—562 V. *cum* pro *non*: et liber Ciofan. *cum f. s. ademto*: Berolin. *adapto*; Leid. *acuto.*—564 Heins. *Haud*

NOTÆ

560 *Palatinis*] Antea vidimus Palatinum unum ex septem præcipuis Romæ collibus.

561 *Hastam*] Romulum scribit Plutarchus in Palatino colle, sui experiendi gratia, corneam lanceam fuisse jaculatum; illamque in terra defixam annitentibus multis convelli nunquam potuisse, sed emissis ramis in eximiæ altitudinis cornum increvisse. Adeoque hæc magis historia est quam fabula: quanquam hinc, sicut ex prodigio, imperii Romani statum armis florentem fore voluerunt.

Fab. XLIX. Cipus factus cornutus.

Cipus Genutius ab hoste victor revertens, priusquam triumphans portam intraret, animadvertit cornua sibi temporibus enata. Quo prodigio exterritus, haruspices cum consuluisset, responsum est, eum, si in urbem intraret, regnaturum: quod ille aversatus, patribus convocatis indicavit; ac cum perstitisset nunquam se tyrannum futurum, decretum est ei universorum consilio tantum agri, quantum uno die aratro posset circumdare: portaque, qua intraturus fuisset, in signi gratiam factum, ut aëneis cardinibus aptaretur, in qua ad memoriam posterorum cornutum caput ejus exsculperetur.

Aut sua fluminea cum vidit Cipus in unda
Cornua, (vidit enim,) falsamque in imagine credens
Esse fidem, digitis ad frontem sæpe relatis,
Quæ vidit, tetigit: nec jam sua lumina damnans
Restitit, ut victor domito remeabat ab hoste.
Ad cœlumque oculos, et eodem brachia tollens,
Quicquid, ait, Superi, monstro portenditur isto,
Seu lætum est, Patriæ lætum, populoque Quirini;
Sive minax, mihi sit: viridique e cespite factas
Placat odoratis herbosas ignibus aras:

XLIX. *Vel cum Cipus aspexit cornua in aqua fluvii, namque aspexit, et putans vallum esse fidem in imagine, tetigit quæ aspexit, digitis sæpius fronti admotis: neque jam arguens suos oculos restitit, cum victor rediret ab hoste remoto. Atque erigens oculos ad cœlum, eodemque lacertos, Quicquid, inquit, o Dii, prædicitur isto prodigio, sive faustum est, ait faustum patriæ et populo Quirini; seu ominosum, sit mihi: atque placat ignibus odoratis altaria gramineu parata ex cespite viridi: infundisque vina pateris; et exquirit ex extis trementibus ovium jugulaturum quid*

* * * * * * * * * * * *

pro *Non*; nam *non* bis præcesserat.—565 Vett. Codd. plerique *Cipus*, vel *Cypus*; at vulgo *Cippus*.—566 Tres libri *falsaque*.—567 Cant. et A. *Effigiem*, digitis. Deinde Langerm. *sæpe rejectis*.—569 *Remeabat* Heins. recepit ex pr. et tert. Mor. Zulich. et uno Bonon. pro vulg. *veniebat*.—570 *Brachia* ex O. Polltian. et aliis: vulg. *cornua*.—572 Sic Heins. vs. fingit ex plurimis scriptis: vulgo edebatur *S. l. e. aliquid patriæ populoque*. Q. nonnulli etiam *S. l. e. patriæ, lætum populove* Q. Pro *patriæ* Benti. conj. *patribus*. Unus etiam Heins.

NOTÆ

565 *Cipus*] Eorum qui Cipi hujus vel Cypi legerint fabulam plurimi fuerint credo qui cornua metuerint, paucissimi qui dignitatem abnuerint. Modestiam tamen illius imitari cuivis pulchrum atque facile: dedecus suum effugere multis difficile.

574 *Odoratis*] Incenso thure.

Aras] Pro Diis, quibus aræ consecratæ.

Vinaque dat pateris; mactatarumque bidentum,
Quid sibi significent, trepidantia consulit exta.
Quæ simul inspexit Tyrrhenæ gentis haruspex,
Magna quidem rerum molimina vidit in illis,
Non manifesta tamen. Cum vero sustulit acre
A pecudum fibris ad Cipi cornua lumen;
Rex, ait, o salve: tibi enim, tibi, Cipe, tuisque
Hic locus, et Latiæ parebunt cornibus arces.
Tu modo rumpe moram: portasque intrare patentes
Appropera: sic fata jubent. Namque Urbe receptus
Rex eris, et sceptro tutus potiere perenni.
Retulit ille pedem; torvamque a mœnibus Urbis
Avertens faciem, Procul, ah procul omina, dixit,
Talia Di pellant: multoque ego justius ævum
Exul agam, quam me videant Capitolia regem.

sibi portendant. Quæ statim atque aruspex generis Etrusci inspexit, vidit quidem magna molimina in illis, non tamen aperta; eum vero sustulit perspicaces oculos a fibris ovis ad cornua Cipi, O rex, inquit, salve; tibi namque et tuis cornibus hic locus et arces Latinæ obsequentur. Tu tantum pelle moras, atque festina subire portas apertas: ita fata ferunt: namque urbe potitus eris rex, et securus tractabis sceptrum æternum. Ille repressit gradum; atque detorquens vultus sævos a muris Urbis, Longe, ah longe, inquit, Dii avertant ejusmodi præsagia: atque profugus exigam ætatem multo æquius, quam Capitolia aspiciant me regem. Dixit, et con-

populo Quiriti.—576 Leid. *Quæ* [Burm. conj. pro *Quid*] *sibi signa ferant trep.*—577 *Inspexit* Heins. reponit cum pr. Bonon. pro vulg. *aspexit.*—579 Unus Mor. *acrem;* et vs. seq. *vultum* pro *lumen.* Unus Heins. *sustul. augur;* Leid. et Mor. *alte.*—580 *Pecudum* ex Fr. alii *pecudis.*—581 Alii *tibi enim jam C.*—582 Pr. Bonon. *L. debebunt corn.* sed tum legendum Burm. censet *tibi enim se C.*—583 *Moram* Heins. dedit ex Thuan. quod et habent sex alii; vulg. *moras:* Menard. Cod. *vias.*—584 *Ha propera* est in octo codicibus: *oppropera* in uno: *at propera* in alio: *et*, et *ac propera* in aliis.—585 *Potier. per ævum* Thuan.—586 *Inde pedem* duo libri.—587 *Procul ah* veteres plerique; multi *o;* Leid. *hinc.*—588 Duo libri *multo quoque.* Dein Heidelb. et tres libri *tutius æv.*—589 Pro

NOTÆ

575 *Vina*] In pateras vina fundit sacrificiis adhibenda.

577 *Tyrrhenæ*] Nefario idolorum cultui addictissima fuit ea gens: ideoque ex Etruria acciti ad lustrationes et prodigia procuranda aruspices. Quin ex Romanorum principum filiis tradi sex in disciplinam singulis Etruriæ populis notum ex Cicer. I. lib. de Divinatione.

586 *Torvam*] Utpote omen atque tyrannidem aversantis.

589 *Capitolia*] In illud Jovis templum curru triumphantes deducebantur, qui lauream suam Deo consecrarent.

: et extemplo populumque gravemque Senatum
cat: ante tamen pacali cornua lauro
et aggeribus factis a milite forti
it: priscoque Deos e more precatus,
t, hic unus, quem vos ni pellitis urbe,
rit. Is qui sit, signo, non nomine, dicam.
a fronte gerit: quem vobis indicat augur,
mam intrarit, famularia jura daturum.
iidem potuit portas irrumpere apertas;
os obstitimus: quamvis conjunctior illo
mihi est. Vos urbe virum prohibete, Quirites;
i dignus erit, gravibus vincite catenis:
nite metum fatalis morte tyranni.
a succinctis, ubi trux insibilat Eurus,
ura pinetis fiunt; aut qualia fluctus
rei faciunt, si quis procul audiat illos;

git populum et gravem senatum. Prius tamen tegit cornua lauro pacifero, uper aggere excitato a strenuis militibus; atque precatus Deos e more Ecce, inquit, hic est unus, quem nisi vos ejicitis urbe, erit rex. Aperiam non nomine, quis ille sit. Habet cornua in fronte: quem aruspex vobis dicturum jura servilia si Romam subierit. Ille quidem potuit inire portas , sed nos prohibuimus; quanquam nullus est mihi propior illo. Vos Romani irum aditu urbis; vel si erit meritus coërcete gravibus vinculis; aut solvite re nece fatalis tyranni. Qualia murmura excitantur in substrictis pinetis, us Eurus insibilat; vel qualia undæ marinæ cient, si quis accipiat illas ex

is erat in Thuaneo, *depamina*, quod quid velit nescio. *Burm.*—591 Sic vs. refingit ex duobus Pal. tert. Med. Cant. Urbin. pr. R. Erfurt. et s Hamburg. nisi quod in nonnullis *placali:* olim edebatur *Ante tamen nova cornua fronde.*—593 Alii *de*, vel *ex more.*—594 *En* dedit Heins. ex . et quibusdam aliis pro vulg. *Est:* et *ni* ex eodem Thuan. pro *nisi.*— rolin. *hic* pro *is.*—596 Eutyches Grammat. II. citat *quæ vobis i. auctor.* septem alii *quem nobis.*—597 Voss. *famulantia jur.* unus Heins. *popu-* 598 Leid. *port. perrumpere.*—599 Bas. *nos obstruimus:* O. *institimus.*— us Heins. et Mor. *vir. removete*, Q.—602 Heidelb. *Vel*, Berolin. n. et hic cum tribus libris *fatali mort.* et unus R. *fatali more.*—603 Pro is unus Leid. *Peliacis;* eleganter, judice Heins. unus Med. *sacratis;* . *subtractis;* Zulich. *substrictis.* Dein Leid. et Mor. *ut* pro *ubi.*—

NOTÆ

Augur] Qui hic pro aruspice , de quo supra.

Famularia] Leges quibus vos oporteat servorum more obedire.

603 *Succinctis*] Quia, ut alibi noster, 'hirsuto vertice pinus,' minusque ramoso stipite a terra.

Tale sonat populus. Sed per confusa frementis
Verba tamen vulgi vox eminet una, Quis ille ?
Et spectant frontes, prædictaque cornua quærunt.
Rursus ad hos Cipus, Quem poscitis, inquit, habetis :
Et, demta capiti, populo prohibente, corona,
Exhibuit gemino præsignia tempora cornu.
Demisere oculos omnes ; gemitumque dedere :
Atque illud meritis clarum (quis credere possit ?)
Inviti videre caput : nec honore carere
Ulterius passi, festam imposuere coronam.
At proceres, quoniam muros intrare vereris,
Ruris honorati tantum tibi, Cipe, dedere,
Quantum depresso subjectis bubus aratro
Complecti posses ad finem Solis ab ortu.
Cornuaque æratis, miram referentia formam,
Postibus insculpunt, longum mansura per ævum.

remoto loco ; talia reddit populus. Verum tamen unus sonus, Quis ille ? extollitur super voces confusas populi trepidantis. Atque intuentur frontes, et lustrant cornua prædicta. Cipus ad hos denuo, Videtis, ait, quem quæritis ; atque sublata corona ex capite populo obstante ostendit tempora conspicua duplici cornu. Omnes depresserunt oculos, atque ingemuerunt ; et, quis possit fidem habere ? nolentes aspexerunt illud caput inclytum beneficiis ; neque passi esse diutius sine honore imposuerunt festam coronam. At optimates, quandoquidem prohibearis subire mœnia, Cipe, præbuerunt tibi tantum agri honorifici, quantum posses comprehendere bobus submissis aratro impacto ab ortu Solis ad occasum. Atque insculpunt postibus æratis cornua imitantia stupendam figuram, duratura per longa sæcula.

606 Duo libri *vulgus* pro *populus*. Mox multi *conf. trementis ;* unus *timentis*. —607 Berolin. *ille est*.—609 Pro *poscitis* alii *quæritis*, vel *noscitis*. Mox O. *inq. habemus*.—610 Burm. conj. *pop. spectante*, vel *mirante ;* vel *nullo prohibente*. —613 Gron. V. et Arg. *mer. parcum*.—616 In Cælest. *portas* pro *muros*. *Veteris* Mor. quod rectius et meritis Cipi convenientius credit Burm. Vulg. edebatur *veteris*.—618 Alii *bobus* pro *bubus*, ut alibi.—619 *Solis* ex plurimis libris ; vulg. *lucis*.—620 Berolin. cum multis aliis *Cornuaq. æratis*. Deinde pro *miram*, unus Leid. *veram ;* quod non omnino damnandum censet Burm. nisi quis *veterem* malit. Mox Arg. *præstantia form*. a quibusdam etiam *testantis*

NOTÆ

612 *Demisere*] Tum ne boni civis dedecus aspicerent, tum ut animum a regia dignitate aversum patefacerent.

618 *Quantum*] Jugerum illud dicitur, quantum par bovum uno die exarare possit : illudque hic videtur significari.

620 *Miram*] Quia humano capiti adnata cornua. Capitis autem effigiem aream portæ quæ Cipus excesserat inclusam fuisse testatur Valerius.

Fab. L. Æsculapius in Draconem.

Gravis pestilentia Romanis cum incidisset, et maxima trepidatio urbem teneret, per legatos oraculum Apollinis consultum est. Ex quo responsum, ut Æsculapium Epidauro arcesserent: nobilissimique legati cum simulacrum Dei petitum ad Epidaurios fuissent, stupentibus admiratione Deus in draconem versus, per medium Epidaurum lapsus, navem legatorum conscendit: cum quibus vectus Romam ut delatus est, insulam Tyberis ingressus est, ibique se virgultis occuluit: qui locus draconis vocatur.

Pandite nunc, Musæ, præsentia numina vatum,
(Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas,)
Unde Coroniden circumflua Thybridis alveo
Insula Romuleæ sacris asciverit urbis. 625
Dira lues quondam Latias vitiaverat auras,
Pallidaque exsangui squallebant corpora tabo.
Funeribus fessi postquam mortalia cernunt

L. *Nunc, Musæ, numina faventia poëtis, aperite, namque vobis compertum est, neque remota antiquitas vos latet, unde insula circumdata fossa Tybridis addixerit Coroniden Diis urbis Romuleæ. Sæva pestis olim corruperat aërem Latialem, et corpora exsangua diffluebant sanie. Postquam exhausti funeribus vident humanos conatus*

legitur.—623 Mor. *vos fallunt sp.* Mox duo libri *senectus.*—624 Heins. de suo dedit *alveo*; olim edebatur *alti*; in quibusdam vett. Codd. *undis:* Burm. conjicit *circumfl. Thybride flavo.*—625 *Asciverit* vel *adsciverit* Heins. recepit ex uno suo pro vulg. *adjecerit:* pr. Bonon. *acciverit;* unus *accenserit:* alii *accersit*, vel *arcesserit*, vel *accerserit.*—626 Unus. V. *L. involverat aur.* tres etiam *intraverat.* Deinde Ursin. et alii *oras;* nonnulli *undas.*—627 Med. *Pallid. exangui sq.* Heidelb. *pallebant.* Mox *tabo* est ex Thuan. et aliis pro

NOTÆ

624 *Coroniden*] Æsculapium dicit, Coronei nepotem, Apollinis ex Coronide filium, medicum, et medicorum Deum.

625 *Insula*] Quia Æsculapius Romanis Deus non Indiges vel Indigena, sed Ascititius, in Thybridis insula draconis specie sibi sedes aptas delegit, ut postmodum patebit, ideo ea Roma illum Deum, ejusque sacra, asciviss dicitur.

626 *Lues*] Pestis, cujus paucissimis verbis Poëta egregiam dedit descriptionem. De hac vero etiam historici, qui Æsculapium quoque Epidauro accitum memorant.

628 *Postquam*] Sua equidem opera atque concessis a Deo mediis uti debent homines, neque temere nova semper, quasi numinis tentandi causa, ex cœlo arcessere: ceterum pessime atque perversissime illi faciunt, qui absque eo quicquam incipiunt; in mediis, neglecta Dei ope, hærent.

nta nihil, nihil artes posse medentum ;
cœleste petunt : mediamque tenentes
mum Delphos adeunt, oracula Phœbi ;
lutifera miseris succurrere rebus
t, tantæque urbis mala finiat, orant.
et laurus, et, quas habet illa, pharetræ,
re simul ; cortinaque reddidit imo
yto vocem, pavefactaque pectora movit :

medicorum quicquam prodesse, se conferunt ad opem cœlestem ; atque is terra media mundi consulunt sortes Apollinis, atque precantur celsus afflictis oraculo salutifero, et finem imponat cladi tantæ urbis. Et s, et pharetræ quas illa decorat, simul concussa sunt, atque cortina edidit ex ultimo adyto, et perculit corda trementia : Potuisses petere loco

—628 Berolin. et duo libri *Fun. pressi postq.*—629 Unus Mor. *s ;* et Thuan. *medendi :* Heins. malebat *medentes*, sed hoc, prop- es' in seq. vs. Burm. vix placet.—630 *Tenentes* Heins. protulit t V. et Bas. tert. et quart. Med. Thuan. Urbin. N. et multis aliis ; ur *tenentis.*—633 Menard. Cod. *captæque ;* in uno Heins. *intæque* ; quod ille credebat pro *meritæque* scriptum. R. alter *urbisque.*— *habet ipse pharetras.* Pr. Pal. alter Hamburg. et unus Med. *ipsa* : alii *ipsa pharetræ ;* et hinc Heins. loc. constituit : Berolin. *ille,* ' Apollo.'—635 Jun. *Contremuere :* unus *Intrem. una,* et duo Barb. *redd. ictu ;* unus *alto.*—636 Multi *Hanc aditu voc.* Deinde

Quod petis hinc, propiore loco, Romane, petisses;
Et pete nunc propiore loco: nec Apolline vobis,
Qui minuat luctus, opus est; sed Apolline nato.
Ite bonis avibus, prolemque arcessite nostram.
Jussa Dei prudens postquam accepere Senatus;
Quam colat, explorant, juvenis Phœbeius urbem:
Quique petant ventis Epidauria littora mittunt.
Quæ simul incurva missi tetigere carina,
Concilium Graiosque patres adiere: darentque
Oravere Deum, qui præsens funera gentis
Finiat Ausoniæ: certas ita dicere sortes.
Dissidet, et variat sententia: parsque negandum

propiore quod petis hinc; atque nunc pete loco propiore, o Romane, neque habetis opus Apolline, qui minuat luctus, sed filio Apollinis. Ite lætis auspiciis, atque avehite nostrum filium. Postquam gravis senatus audiit Dei monita, exquirunt in qua urbe juvenis Phœbeius habitet, et mittunt qui petant littora Epidauria ventis. Quæ statim atque missi tetigerunt cava navi, accesserunt ad concilium et patres Græcos, atque precati sunt, ut traderent Deum, qui præsens absolvat nationem Italam funeribus: sic monere certa oracula. Sententia est dissimilis atque varia; parsque non

---

meliores *pectora*; ceteri *corpora*.—638 Jun. *Sed pete*: unus Mor. A. et Med. I.—640 Pr. V. *bon. animis*.—641 Bas. Bonon. et Mor. *postq. cepere S.* Tres etiam libri *postq. accipit ille S.*—642 Ex melioribus Heins. dedit *explorant* pro vulg. *explorat*.—645 Alii *Consilium*. O. *Graios patres*, ut sit appositio.—647 Permulti *cert. addicere sort.* et sic vulg. Edd. 'In codicibus hic magna varietas: *certas id dicere; certant adducere, adiscere, ediscere, addiscere, abdiscere, abdicere, hæc* vel *hoc dicere, subducere, adducere,' &c.* Burm.—

NOTÆ

hæc sunt verba: 'Ex ære factitavere et cortinas tripodum, nomine Delphinas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur.'

637 *Propiore*] Brevior est tamen navigatio Roma Delphos per Corinthiacum sinum euntibus, quam si Epidaurum usque, quæ magis ad ortum, progerent. Sed Λοξίας atque obliquus Apollo, interdum et vates ipsius admonitus facile quo modo vera sint Poëtæ verba intellexerit.

639 *Nato*] Æsculapio, scilicet.

640 *Bonis*] Ex avium volatu atque arritu quia futurorum aucupari scientiam nitebantur, ideo bonæ quæ læta dicebantur, malæ quæ adversa portendebant.

642 *Juvenis*] Æsculapius.

643 *Epidauria*] Plures fuerunt Epidauri, sed de Argia hic agitur Peloponnesi, ad sinum Saronicum, Æsculapii fano olim celebri.

647 *Ausoniæ*] Italæ: fuerunt namque Ausones antiquissimi populi qui Italiam tenuerunt.

Sortes] Apollinis oracula, ut supra.

648 *Sententia*] Epidaurii concilii, seu Græcorum patrum.

Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum;
Auxilium cœleste petunt: mediamque tenentes
Orbis humum Delphos adeunt, oracula Phœbi;
Utque salutifera miseris succurrere rebus
Sorte velit, tantæque urbis mala finiat, orant.
Et locus, et laurus, et, quas habet illa, pharetræ,
Intremuere simul; cortinaque reddidit imo
Hanc adyto vocem, pavefactaque pectora movit:

neque curas medicorum quicquam prodesse, se conferunt ad opem cœlestem; atque potiti Delphis terra media mundi consulunt sortes Apollinis, atque precantur velit subvenire rebus afflictis oraculo salutifero, et finem imponat cladi tantæ urbis. Et locus, et laurus, et pharetræ quas illa decorat, simul concussa sunt, atque cortina edidit hunc sonum ex ultimo adyto, et perculit corda trementia: Potuisses petere loco

---

Vulg. *morbo.*—628 Berolin. et duo libri *Fun. pressi postq.*—629 Unus Mor. *poss. medentis;* et Thuan. *medendi:* Heins. malebat *medentes,* sed hoc, propter ' tenentes' in seq. vs. Burm. vix placet.—630 *Tenentes* Heins. protulit ex pr. Pal. et V. et Bas. tert. et quart. Med. Thuan. Urbin. N. et multis aliis; olim edebatur *tenentis.*—633 Menard. Cod. *captæque;* in uno Heins. *mtæque* scribebatur; quod ille credebat pro *meritæque* scriptum. R. alter *urbisque.*—634 Vulgo, *habet ipse pharetras.* Pr. Pal. alter Hamburg. et unus Med. *ipsa illa pharetras:* alii *ipsa pharetræ;* et hinc Heins. loc. constituit: Berolin. *ille,* et supersc. ' Apollo.'—635 Jun. *Contremuere:* unus *Intrem. una,* et duo *omnes.* Mox Barb. *redd. ictu;* unus *alto.*—636 Multi *Hanc aditu voc.* Deinde

NOTÆ

630 *Mediam*] Parnassum montem, sub quo Delphi Apollinis oraculo clarum oppidum, orbis umbilicum statuunt Strabo, Lucan. alii. Quam vere aut apposite nullus non videt. Ejusmodi nugæ quo fato hominum ora invaserint non satis apparet: ceterum usque et usque, quæ eliminare prorsus satius esset, repetuntur. Sicuti tamen vita corporis rejiciendo etiam sicut et assumendo continetur; pari modo quæ est animæ respuendo, non retinendo, tantum fovetur. Cur non ea quæ nullius sunt bonæ frugis negligimus, siquidem id unum sumus quod cogitamus?

633 *Sorte*] Responso seu oraculo salutem asserenti: namque vaticinia quædam sorte etiam et conjectis in mensam talis agebantur.

634 *Quas habet*] Phœbus ipse ad laurum supra Metam. I. ' Semper habebunt Te coma, te citharæ, te nostræ, laure, pharetræ.'

635 *Cortina*] Occiso Pythone, tripodis custode, inquit Jul. Scaliger, oraculum suum fecit: cujus corio obductus tripus, inde etiam cortina fuit appellatus. Illam vero poëtæ pro tripode usurpant unde oracula dabantur; sive ea mensa fuit, ut quibusdam videtur, sive alia quædam machina, tribus pedibus innixa, qua consensa et numine afflata Pythias vaticinari solebat. Proprie vero Cortinæ, sive a rotunda cortis *d'une basse cour* forma, sive usu quem in villaticis cortibus præstarent, ita dictæ sint: quid revera essent ex Catone et Plinio cognoscitur, qui de plumbeis vleo continendo loquuntur, sed maxime ex posterioris l. XXXIV. c. 8. cujus

petis hinc, propiore loco, Romane, petisses;
e nunc propiore loco: nec Apolline vobis,
inuat luctus, opus est; sed Apolline nato.
nis avibus, prolemque arcessite nostram.
Dei prudens postquam accepere Senatus;
colat, explorant, juvenis Phœbeius urbem:
e petant ventis Epidauria littora mittunt.
simul incurva missi tetigere carina,
lium Graiosque patres adiere: darentque
re Deum, qui præsens funera gentis
t Ausoniæ: certas ita dicere sortes.
let, et variat sententia: parsque negandum

quod petis hinc; atque nunc pete loco propiore, o Romane, neque habetis olline, qui minuat luctus, sed filio Apollinis. Ite lætis auspiciis, atque avehite filium. Postquam gravis senatus audiit Dei monita, exquirunt in qua nis Phœbeius habitet, et mittunt qui petant littora Epidauria ventis. Quæ tque missi tetigerunt cava navi, accesserunt ad concilium et patres Græcos, ocati sunt, ut traderent Deum, qui præsens absolvat nationem Italam funele monere certa oracula. Sententia est dissimilis atque varia; parsque non

pectora; ceteri *corpora*.—638 Jun. *Sed pete*: unus Mor. A. et Med. Pr. V. *bon. animis*.—641 Bas. Bonon. et Mor. *postq. cepere S.* am libri *postq. accipit ille S.*—642 Ex melioribus Heins. dedit *explo-* vulg. *explorat*.—645 Alii *Consilium*. O. *Graios patres*, ut sit appositio. ermulti *cert. addicere sort.* et sic vulg. Edd. 'In codicibus hic magna : *certas id dicere; certant adducere, adiscere, ediscere, addiscere, ab-abdicere, hæc* vel *hoc dicere, subducere, adducere*,' &c. Burm.—

NOTÆ

t verba: 'Ex ære factitavere ns tripodum, nomine Delphi-iam donis maxime Apollinis i dicabantur.'

ropiore] Brevior est tamen e Roma Delphos per Corin-sinum euntibus, quam si Epi-usque, quæ magis ad ortum, nt. Sed λοξίας atque obliquus interdum et vates ipsius. tus facile quo modo vera sint verba intellexerit.

ato] Æsculapio, scilicet.

nis] Ex avium volatu atque quia futurorum aucupari sci-entiam nitebantur, ideo bonæ quæ læta dicebantur, malæ quæ adversa portendebant.

642 *Juvenis*] Æsculapius.

643 *Epidauria*] Plures fuerunt Epidauri, sed de Argia hic agitur Peloponnesi, ad sinum Saronicum, Æsculapii fano olim celebri.

647 *Ausoniæ*] Italæ: fuerunt namque Ausones antiquissimi populi qui Italiam tenuerunt.

Sortes] Apollinis oracula, ut supra.

648 *Sententia*] Epidaurii concilii, seu Græcorum patrum.

Quisquis ades, dixit. Sis; o pulcherrime, visus
Utiliter: populosque juves tua sacra colentes.
Quisquis adest, jussum venerantur numen; et omnes
Verba sacerdotis referunt geminata, piumque
Æneadæ præstant et mente et voce favorem.
Annuit his: motisque Deus rata pignora cristis,
Ter repetita dedit vibrata sibila lingua.
Tum gradibus nitidis delabitur, oraque retro
Flectit, et antiquas abiturus respicit aras;
Assuetasque domos, habitataque templa salutat.
Inde per injectis adopertam floribus ingens
Serpit humum, flectitque sinus, mediamque per urbem
Tendit ad incurvo munitos aggere portus.

linguis, quisquis ades. Sis conspectus utiliter, o formosissime; atque opem feras populis venerantibus tua sacra. Quicumque adest adorant Deum jussum, atque omnes iterant voces repetitas sacerdotis; et Æneadæ favent pie animo atque verbis. Deus annuit his; et cristis agitatis emisit sibila ter iterata lingua vibrata, quæ essent *certa pignora. Tum descendit per gradus mundos, et retorquet caput, atque discessurus respicit altaria antiqua, et salutat domos assuetas et templa possessa. Hinc magnus obrepit per terram tectam floribus sparsis; atque agitat spiras, et petit portus vallatos incurvo aggere per mediam urbem. Hic substitit, et visus di-*

---

furentibus obstat, Ecce Deus.' Sic Silius lib. XI. 552. 'Dextra en, en dextera.' Mox, *linguisque animisque* pr. Bas. et tres alii; multi, *linguis animisque:* vulgo, *animis linguisque. Heins.*—678 *Ades* ex multis castigatioribus; vulg. *adest.* Deinde tres scripti *sisque o.*—679 Pr. Mor. *juv. pia sacra.*—680 *Jussum* habent pr. Hamburg. et duo alii; ceteri *visum.*—681 Tert. Med. *repetunt* pro *referunt.*—682 Alii *et voce et mente.*—684 *Et repet.* multæ Edd. et plerique scripti præter Thuan. ex quo Heins. reposuit *Ter.*—685 Pr. Bonon. *niveis* pro *nitidis.* Deinde *delabitur* Heins. dedit ex pr. Pal. Thuan. Urbin. Bernegg. N. pr. R. Cant. pr. Bas. Arund. et aliis; vulg. *elabitur:* tert. Med. et tres alii *collabitur;* pr. Gron. et duo *dilabitur.*—686 Thuan. *resp. arces.*—688 Genevens. *Ind. supervectis;* Cod. Sprotii, *superjectis:* pr. Gron. *per ingestis;* Leid. *inrectis.*—690 Berolin. *Tend. et incurv.*—691 Vivian. *turbæq. frequentis;*

NOTÆ

terrimos dæmonis cultus quando audimus, non exhorrescere tantum, sed vero Deo gratias ex intimo corde expromere debemus, qui nos a tantis malis liberos esse voluerit.

680 *Jussum*] Quod venerari sacerdos jusserat.

682 *Præstant*] Animo ad sacra attento præstant silentium, pia vota concipiunt, bona verba dicunt Romani Æneæ aut comitum ejus posteri.

685 *Nitidis*] O pari cura si corda saltem sua accedenti vero Deo ab impurissimis cogitationibus repurgata Christiani plurimi præstare satagerent!

689 *Sinus*] Quippe in spiras contorto tergo sese angues promovent.

Restitit hic: agmenque suum, turbæque sequentis
Officium placido visus dimittere vultu;
Corpus in Ausonia posuit rate. Numinis illa
Sensit onus: pressaque Dei gravitate carina
Æneadæ gaudent; cæsoque in littore tauro
Torta coronatæ solvunt retinacula navi.
Impulerat levis aura ratem. Deus eminet alte:
Impositaque premens puppim cervice recurvam,
Cæruleas despectat aquas: modicisque per æquor
Ionium Zephyris sexto Pallantidos ortu
Italiam tenuit; præterque Lacinia templa
Nobilitata Deæ, Scylaceaque littora fertur.
Linquit Iapygiam, levisque Amphissia remis

mittere turbam suam et officium agminis prosequentis leni facie; demisit corpus in navi Itala. Illa sensit pondus Dei; et Æneadæ lætantur navi onusta pondere numinis; et bove mactato in littore solvunt vincula torta navis coronatæ. Levis ventus agerat navim. Deus sublimis extat, et innixus pandæ puppi capite demisso, despicit aquas cæruleas; et zephyris modicis per mare Ionium sexto exortu Pallantidos pervenit in Italiam, et vehitur præter littora Lacinia inclyta templo Deæ, atque Scylaceu. Omittit Iapygiam, et vitat petras Amphissias expolitis remis: præterit a parte

unus Med. *sequenti*; pr. V. *loquentis*.—693 Voss. *misit* pro *posuit*.—694 Berolin. *carina est*.—695 Unus Med. *in littora*.—696 *Tort. coronati*, scil. ut ad *Æneadas* referatur. Ex multis Heins. protulit *nari*; vulg. *puppis*: Pat. et Mor. *classis*.—697 Pr. Mor. *Imp. gravis aur.* Voss. *levis unda*.—699 Berolin. *Cæruleam...aquam*.—700 Alii *Z. sextæ P.*—701 Heins. suadet *L. templo*.—702 *Deæ* est ex Thuan. Politian. pr. Pal. et V. Arund. et sex aliis: vulg. *Dea*; et unus *Deo*. Alii *Scyllæuque*.—703 Quidam etiam *Amphrysia*.—704

NOTÆ

693 *Placido*] Istud ex Principum more equidem, qui benignis verbis comites solent dimittere. Ceterum quid placidi habere possit horrendus draco nunquam ego assequor, qui serpentes quoscumque abominor.

696 *Coronatæ*] Ut decuit illam esse, scilicet, quæ tam pretiosam mercem veheret.

700 *Ionium*] Illud namque, quod Siciliam inter et Græciam patet, Romanis Epidauro Romam redeuntibus fuit enavigandum.

Pallantidos] Auroræ, quam Pallantis filiam nonnulli scripserunt. Per illam autem sex dies hic intelliguntur.

701 *Lacinia*] In Lacinio promontorio fuisse Junonis templum ex Virgilio intelligitur: sanctumque fuisse omnibus circa populis testatur Livius.

702 *Scylacea*] Scylacei sinus aut oppidi in extrema Calabria.

703 *Iapygiam*] Calabriam, ab Iapyge Dædali filio sic dictam.

Amphisia] Frustra, ut videtur, in his detegendis viri magni desudarunt; atque adeo in illis non hærebimus.

Saxa fugit: dextra prærupta Ceraunia parte,
Romechiumque legit, Caulonaque, Naryciamque,
Evincitque fretum, Siculique angusta Pelori,
Hippotadæque domos regis, Themesesque metalla;
Leucosiamque petit, tepidique rosaria Pæsti.
Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ,
Et Surrentino generosos palmite colles,
Herculeamque urbem, Stabiasque, et in otia natam

dextra fragosa Ceraunia, et Romeckium, et Caulonem, et Naryciam, atque superat fretum, et angustias Pelori Siculi, et domos regis Hippotadæ, et aerifodinas Themeses; tum tendit Leucosiam, et rosaria calidi Pæsti. Hinc legit Capreas, et promontorium Minervæ, et montes nobiles vite Surrentina, et urbem Heracleam, et Stabias,

Celennia libri veteres majori ex parte: nonnulli, *Celemnia, Celempnia, Celenia, Cilenia, Cylennia, Cilemnia:* Arund. *Celamnia:* Zulich. *Celeunia*, cum tribus aliis: Turnebus, *Columnia*, ut *Columna Rhegia* intelligatur, quæ Græcis στηλὶς. —705 In multis veterum, *Plemiriumque:* in aliis, *Romethiumque, Remethiumque, Remechiumque, Rometheumque, Remotiumque, Prothitonque:* primus Basil. *Ramethiumque:* quare Vossio nostro assentior, *Lametum* scribenti: *Plemyrium* Ortelius. Turnebus *Remigioque*, oblitus *remis* paulo ante præcessisse. *Heins.* Mox etiam habent alii *Naritiamque*, vel *Naritiasque*, vel *Naritiumque.*— 708 Edd. vulg. habent *Leucosiamq.* et sic etiam nonnulli vett. codd. Unus Ciofan. *Leuconiamq.* duo V. et alter Ma. *Leucoriamq.* alii volunt *Leucorumq.* pr. Pal. *Leucoriunq.* N. *Yecoriamq.* alter Hamburg. *Leucotoamq.* Arund. *Leuconiamq.* pr. Hamburg. *Leuconamq.* unus *Leutheriumq.* alii *Leutoriamq. Leucericamq. Leucothoemq. Leuseziamq.* Hein. vellet *Leucasiamq.*—709 Quidam

NOTÆ

704 *Ceraunia*] Neque hæc in Italia quisquam alius scriptor indicavit.

705 *Romechium*] Nullum quoque hujus uspiam vestigium.

Caulona] Fuit Caulon seu Caulonia urbs magnæ Græciæ in Brutiis, vel, quod idem est, oppidulum Calabriæ ulterioris in monte cognomine.

Naryciam] Narycia, Naricia, aut Naritium Calabriæ est etiam, quam in extremo ejus angulo Locri Narycii ædificaverunt.

706 *Pelori*] Quod ex tribus Siciliæ promontoriis est unum, in Italiam vergens.

707 *Hippotadæ*] Æolias dicit insulas, in quibus regnavit Æolus, Jovis filius ex Acesta, Hippotæ Trojani filia: de quo jam sæpius.

Themeses] *Temeser*, Latinis Tempsum, Brutiorum oppidum, ærifodinis nobilem, quas suo tempore defecisse narrat Strabo.

708 *Leucosiam*] Lucaniæ est parva insula in sinu Pæstano.

Rosaria] Pæstum Leucaniæ oppidum semper vernans, cujus etiam rosaria Virgil. commendat his verbis: ' biferique rosaria Pæsti.'

709 *Capreas*] Insula est regni Neapolitani contra promontorium Minervæ, Tiberii secessu nota.

Promontorium] In illius extremo est Athenæum, seu Minervæ sacellum, quod Ulysses dicitur ædificasse.

710 *Surrentino*] Surrentum urbs est Campaniæ vino maxime nobilis.

711 *Herculeam*] Heraclea etiam,

Parthenopen, et ab hac Cumææ templa Sibyllæ.
Hinc calidi fontes, lentisciferumque tenentur
Liternum, multamque trahens sub gurgite arenam
Vulturnus, niveisque frequens Sinuessa columbis; 715
Minturnæque graves, et quam tumulavit alumnus,
Antiphatæque domus, Trachasque obsessa palude,

et Parthenopen factam ad otia, et post hanc templa Sibyllæ Cumææ. Inde tepidi fontes, et Liternum lentisciferum superantur, atque Vulturnus ducens sub aquis multam glaream, et Sinuessa abundans albis serpentibus; et Minturnæ insalubres, et quam alumnus sepelivit, et sedes Antiphatæ, et Trachas circumdata palude, et

scribunt *Caprias*; et mox *promunturiumq.*—713 *Tenentur* ex Urbin. pr. Bas. et quinque aliis: vulg. *tenetur.*—714 Plurimi scribunt *Liternum.*—715 Pr. Pal. et sex alii *Volturnus.*—715 Berolin. *S. colubris.*—718 Unus V. *et sparsi l. Ancon*;

NOTÆ

Heracleopolis, Herculaneum insuper hic vocatur vicus, Cluverio *la Torre del Greco:* estque regni Neapolitani, ad radices montis Vesuvii.

Stabias] Oppidum Campaniæ bello sociali a Sylla deletum, dein restauratum: hodie *Castella mare di Stabia.*

712 *Parthenopen*] Neapolim dicit a Parthenope una Sirenarum ibi sepulta cognominatam; quo se Romani otiaturi, propter locorum amœnitatem, conferre solebant.

Cumæ] Cumas Campaniæ urbem a Sibylla nobilitatam supra vidimus. Funditus fuit excisa, diciturque hodie *Cuma distrutta.*

713 *Calidi*] Baias innuit, fontibus calidis maxime celebres. Hodie ibi exiguum castrum tantum superest nomine Baia cum balneis.

Lentisciferum] Lentiscus arbor est in Chio præcipue nascens, masticben emanans in modum gummi.

714 *Liternum*] Campaniæ fuit oppidum, Scipionis majoris secessu et sepulcro nobile, quod hodie in ruinis jacet.

715 *Vulturnus*] Fluvius Campaniæ, qui ex Apennino Capuam præterlabitur, atque in mare Tyrrhenum ad Vulturni excisæ urbis rudera devolvitur.

Sinuessa] Hæc etiam fuit Campaniæ, quæ hodie prorsus excisa jacet.

Columbis] Verissime, ni graviter fallor, *columbis* pro *colubris* reponi debere censuit claris. Heinsius. Mihi quidem sicut et illi colubri hice nivei sunt nugæ.

716 *Minturnæ*] Urbs fuit Latii, quæ hodie nulla est, in Campaniæ confinio, paludibus adjacens in quibus septies Consul Marius delituit. Ex illis autem aër gravis atque noxius.

Quam] Caietam dicit, Æneæ nutricem, a qua Caietam urbem Latii denominatam volunt. Quanquam ex eo quidam dictam putant a Laconibus, quod in littore curvo sit posita: illi namque curva omnia Caietas vocabant.

Alumnus] Æneas.

717 *Antiphatæ*] Formias dicit, quas tenuisse Antiphaten Læstrygonum crudelem tyrannum supra vidimus.

Trachas] Tarracina seu Terracina, quæ et Anxur prius dicta, itemque Trachina, hoc est, aspera, utpote in colle sita, urbs Volscorum in Latio. Deficit in dies propter adjacentium

Et tellus Circæa, et spissi littoris Antium.
Huc ubi veliferam nautæ advertere carinam,
(Asper enim jam pontus erat,) Deus explicat orbes;
Perque sinus crebros et magna volumina labens,
Templa parentis init, flavum tangentia littus.
Æquore pacato patrias Epidaurius aras
Linquit; et hospitio juncti sibi numinis usus
Littoream tractu squamæ crepitantis arenam
Sulcat; et, innixus moderamine navis, in alta
Puppe caput posuit: donec Castrumque, sacrasque
Lavini sedes, Tiberinaque ad ostia venit.
Huc omnes populi passim, matrumque patrumque

terra Circæa, et Antium firmi littoris. Postquam nautæ huc direxerunt navem veliferam, namque jam mare erat iratum, Deus evolvit spiras; atque obrepens per frequentes flexus et ingentes orbes subit templa patris tangentia fulvum littus. Epidaurius deserit altaria paterna mari composito; et usus hospitio Dei sibi conjuncti, scindit arenam littoream tractu squamæ stridentis; et insistens gubernaculo navis demisit caput in excelsa puppe, donec appulit ad Castrum et sacras domos Lavinii ad ostia Tiberina. Omnes populi passim, et agmen occurrens fœminarum

in libr. Cælest. et Briant. *et spissi l. Anxur;* Berolin. *passi...Anchon;* in libro Ursin. *spissi...antrum;* in uno V. *Antium:* vulg. Edd. *Ancon:* Heinsio *Antium* ex V. placebat.—719 Med. unus *ubi velivolam,* ut sæpe Ennius, Lucretius et alii.—721 Strozzæ lib. *vol. serpens.*—722 Sex libri *adit* pro *init.* Dein unus *magnum tang.* duo *fulvum;* unus *latum:* et tert. Med. *cogentia littus.*—723 Pr. Mor. N. et plurimi *pacato;* vulg. *placato.* Berolin. *placidas* pro *patrias.*—724 Idem Cod. *sib. nominis hujus.*—725 Pr. Mor. et septem alii *squam. trepidantis aren.*—726 Berolin. *et innexus moder.*—729 Idem Cod. *Hunc omn.* Thuan. Cant. Jun. et tres alii *Huc.* Tum Ro. *omnis populus pass.* Dein pr. Bonon. et unus Med. *juvenumque senumque:* Thuan. pr. V. O. et sex alii *matrumq. senumque,* et duo *nurumque.* Heins. censet ab Ovidio scriptum fuisse

NOTÆ

Pomtinarum paludum exhalationes, aërisque intemperiem.

718 *Circæa*] Mons est Latii, mari ac paludibus ita cinctus ut insula videatur, a Circe quæ illum tenuit cognominatus: in quo olim urbs Circæi aut Circæum, hodie in ruinis.

Antium] Hæc olim Volscorum caput fuit, xxv. mill. pas. ab Urbe in hortum hybernum.

720 *Explicat*] Discessurus, scilicet: namque quiescentes solent angues in multos orbes sese convolvere, ut vidi sæpius.

722 *Parentis*] Apollinis, scilicet.

723 *Epidaurius*] Serpens, aut Æsculapius, aut Dæmon Epidauro avectus.

727 *Castrum*] Castrum dicit Inui seu Panos, Rutulorum oppidulum in Latio.

728 *Lavini*] Urbs fuit Latii ab Æ-nea condita, in qua Veneris templum nomini Latino commune.

Ostia] Ubi Ostia civitas ab Anco Martio constituta.

Obvia turba ruit; quæque ignes, Troica, servant,
Vesta, tuos; lætoque Deum clamore salutant.
Quaque per adversas navis cita ducitur undas,
Thura super ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab utraque sonant, et odorant aëra fumis:
Ictaque conjectos incalfacit hostia cultros.
Jamque caput rerum Romanam intraverat urbem;
Erigitur serpens, summoque acclinia malo
Colla movet, sedesque sibi circumspicit aptas.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis:
Insula nomen habet: laterumque a parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc se de Latia pinu Phœbeius anguis
Contulit: et finem, specie cœleste resumta,
Luctibus imposuit; venitque salutifer Urbi.

atque virorum, et quæ custodiunt tuos ignes, Vesta Troica, huc ruunt, et salutant Deum festiva vociferatione. Et qua velox navis ducitur per undas adversas, thura crepitant ab utraque parte, altaribus structis ex ordine ad ripas, atque perfundunt aërem fumis odoriferis; et victima percussa calefacit cultros immissos. Jamque subierat urbem Romam caput rerum; anguis tollitur, et movet colla annitentia supremo malo; et sibi circumspicit domum congruam. Flurius circumlabens dividitur in duas partes: Insula habet nomen; et mittit brachia æqualia a parte duorum laterum, terra media. Serpens Phœbeius huc concessit ex navi Latia; et finivit luctus forma cœlesti recepta; atque accessit opifer Urbi.

Huc omnis populus p. matresq. patresq. Obvia turba ruit.—730 *Troia* malebat Heins. *Servant* est ex multis vett. vulg. *servat.*—732 Leid. *per eversas nav.* Tert. Med. *cita puppis ducitur:* et unus lib. *vertitur.*—734 Octo libri *et adorant aër.* Dein pr. Strozzæ *fumo;* duo *fumum;* unus Heins. *fumi.*—735 R. *Jactaque;* pr. Pal. *Tactaque;* unus liber *Lætaque.* Tum quatuor *congestos.*—737 *Acclinia* dedit Heins. ex scriptis melioribus pro vulg. *accliria:* pr. Bns. *inclinia.*—738 Mor. et unus Heins. *sedesq. procul circumsp.*—739 Berolin. *circumfl. humor.*—740 *Laterum de part.* habent alii.—742 Berolin. *de lata pin.*

NOTÆ

730 *Quæque*] Vestales virgines Æsculapio etiam obviam processisse ait.

Troica] Vestam namque atque Ignem æternum Imperii custodem Æneas Troja avexerat.

739 *Amnis*] Tyberis, scilicet, qui Romam alluit.

741 *Lacertos*] Perinde dicimus Gallice *les bras d'une rivière.*

742 *Huc*] In insulam Tyberis, quæ erat extra urbem: quia scilicet, ibi aër salubrior, neque aliud præsentius remedium adversus luem quam secessus.

Phœbeius] Quia Æsculapium Phœbi seu Apollinis filium exhibebat.

743 *Cœleste*] Pro, cœlesti: quæ tamen species humana est, et barbati senis laurea redimiti, nodoso in manu baculo.

Fab. LI. Julius Cæsar in Cometen.

Ovidius opere peracto docet se a Chao principium cepisse, et ad Cæsarem deduxisse: quem, gentibus orbis devictis, Venus post suorum insidias in cometen vertit.

Hic tamen accessit delubris advena nostris:
Cæsar in Urbe sua Deus est: quem Marte togaque
Præcipuum, non bella magis finita triumphis,
Resque domi gestæ, properataque gloria rerum
In sidus vertere novum, stellamque comantem,
Quam sua progenies. Neque enim de Cæsaris actis
Ullum majus opus, quam quod pater extitit hujus.
Scilicet æquoreos plus est domuisse Britannos,

li. *Hic tamen peregrinus ascriptus est nostris templis: Cæsar est Deus in Urbe sua; quem pace et bello principem, non magis bella absoluta triumphis, et res peractæ tempore pacis, et gloria accelerata rerum mutaverunt in novam stellam et cometam crinitam, quam sua soboles. Neque vero de factis Cæsaris ullum est majus opus, quam quod parens fuit hujus. Nempe amplius est vicisse Britannos aquo-*

—744 Novem Codd. *salut. orbi.*—747 Tres libri *fin. tropæis.*—749 Tres *stellamq. cometem*; unus *cometen.*—750 Alii *nec* pro *neque.* Berolin. C. *aptis.*—752 A. *eq.*

NOTÆ

746 *Cæsar*] Julius Cæsar, primus Imperator.

Marte togaque] Pace et bello: namque certe ille in utrumque fuit ita paratus, ut ex quibus virtutibus majorem laudem consecutus sit, difficile sit dicere.

748 *Properata*] Properanter et brevi tempore comparata.

749 *Comantem*] Cometæ crinitæ etiam stellæ dicuntur.

750 *Progenies*] Octavium Augustum dicit, Julii Cæsaris adoptione filium et hæredem, Juliæ, Julii Cæsaris sororis, nepotem, quem C. Octavio peperit Attia Juliæ ex M. Attio Balbo filia. *C'étoit son arrière-neveu, fils de la fille de sa sœur.* Atque istud ultra quam satis est ideo inculcandum credidi, quia in eo graviter nonnulli decepti sunt.

751 *Majus*] 'Gratulandum,' inquit Florus, 'in tanta perturbatione est, quod potissimum ad Octav. Cæsarem Augustum summa rerum rediit; qui, sapientia sua atque solertia, perculsum undique et perturbatum ordinavit Imperii corpus: quod ita haud dubie nunquam coire et consentire potuisset, nisi unius præsidis nutu, quasi anima et mente, regeretur.'

751 *Pater*] Namque ita illum rerum summæ præfecit, et causa fuit eorum omnium quæ sapienter Augustus administravit.

752 *Scilicet*] Præstantissima quæque Cæsaris gesta cum quadam iroṇia

Perque papyriferi septemflua flumina Nili
Victrices egisse rates; Numidasque rebelles,
Cinyphiumque Jubam, Mithridateisque tumentem
Nominibus Pontum, populo adjecisse Quirini;
Et multos meruisse, aliquos egisse triumphos;
Quam tantum genuisse virum, quo præside rerum
Humano generi, Superi, cavistis abunde.

rese, et duxisse naves victrices per septemfluos alveos Nili papyriferi; atque addidisse populo Quirini Numidas ab officio desciscentes, et Jubam Cinyphium, et Pontum superbum nominibus Mithridateis; et dignum fuisse multis triumphis et egisse multos; quam genuisse tantum virum, quo arbitro rerum satis consuluistis

---

minus est. Mox unus Thuan. *domuiss. tyrannos.*—755 Heins. suadet *Mithridateisq.* pro vulg. *Mithridatisq.* et sic etiam scriptum in uno Mor. et Edd. Aldi, Gryphii, Mycilli, et aliis. Berolin. *Mithridatisq. timentem.*—757 Pr. V. et duo alii *dig. tetigisse tr.*—759 *Cavistis* Heins. recepit ex pr. Bonon. et quart. Med.

NOTÆ

enumerat Poëta, ut Augusti adoptionem illis anteferendam esse ostendat: atque ita hujus laudem callide inculcet.

Britannos] Illos vero victos, quibus ante Cæsarem ne nomen quidem Romanorum cognitum erat, stipendiarios fecit.

758 *Papyriferi*] Papyrus planta est nascens in palustribus Ægypti, ex qua fiebant chartæ, tunicis papyri acu seu scalpello diductis atque separatis.

Nili] Fluvium esse Ægypti maximum, per septem ostia aut alveos in mare Mediterraneum se exonerantem, jam sæpe diximus.

754 *Victrices*] Devicto Ptolemæo rege, qui et Cæsari, sicuti antea Pompeio, insidias paraverat. Ille namque victus in Nilo periit.

Numidas] Numidæ Africæ populi admodum feroces, qui cum Juba Mauritaniæ rege, Pompeianarum partium duces Catonem, Scipionem, Petreium, alioque secuti, adversus Cæsarem in Africa dimicaverunt, ibidemque victi sunt. De industria autem neque Pompeii neque ceterorum mentio ulla, quia execrandum atque lacrymabile bellum Romanis.

755 *Cinyphium*] Juba rex Mauritaniæ Cinyphius a Cinypho seu Cinype Libyæ fluvio, in Mediterraneum prope Lebedam defluente, dicitur.

Mithridateis] Namque Mithridates rex Ponti, cum quatuor Pyrrho, decem et septem anni Annibali suffecerint, ille per quadraginta annos restitit; donec tribus ingentibus bellis subactus, felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pompeii consumeretur.

756 *Pontum*] Regio est minoris Asiæ ad Septemtrionem a Pontico mari cognominata. Pharnacem autem Mithridatis filium Ponti regem, infesto in Cappadociam agmine ruentem, uno, et, ut sic dixerim, non toto prælio Cæsar obtrivit: de quo etiam triumphavit.

Quirini] Eo nomine appellatum Romulum supra diximus.

757 *Aliquos*] Quatuor superbo apparatu a Floro designatis: 'quanto,' inquit, 'majora erant de quibus non triumphabat?'

760 *Superi*] Deorum benignitate

Ne foret hic igitur mortali semine cretus,
Ille Deus faciendus erat. Quod ut aurea vidit
Æneæ genitrix; vidit quoque triste parari
Pontifici letum, et conjurata arma moveri.
Palluit: et cunctis, ut cuique erat obvia, Divis,
Aspice, dicebat, quanta mihi mole parentur
Insidiæ: quantaque caput cum fraude petatur,
Quod de Dardanio solum mihi restat Iulo.
Solane semper ero justis exercita curis?
Quam modo Tydidæ Calydonia vulneret hasta,
Nunc male defensæ confundant mœnia Trojæ:
Quæ videam natum longis erroribus actum,

humano generi, o Dii. Ne ergo hic esset genitus semine mortali, ille erat faciendus Deus. Quod cum splendida mater Æneæ cognovit, advertit etiam lugubrem necem parari pontifici, et arma conjurata concuti. Palluit: atque dicebat omnibus Diis, ut in quemque incidebat, Vide quanto conatu insidiæ mihi struantur: et quanta cum perfidia caput quod solum mihi superest de Iulo Dardanio appetatur. Solane semper ero vexata justis solicitudinibus? Quam nunc hasta Calydonia Tydidæ vulneret; modo muri Trojæ male protecti turbent: quæ cernam filium jac-

pro vulg. *faristis:* Langerm. *caruistis.*—760 Plurimi scripti *Ni* pro *Ne.* Mox Gron. et sex alii *mort. sanguine cr.*—763 Nonnulli *let. conjurataque arm.* unus A. *et juratаque;* Heins. putat *juratаque.*—764 Pr. Gron. *obv. Divum.*—767 Unus Heins. *rest. alumno.*—768 Heins. ex plerisque vett. emendat *justis;* vulg. *injustis:* Gron. *multis;* unus *duris;* unus etiam *vastis;* et alius *justis exerc. rebus.*—769 Berolin. *C. vulnerat hast.*—771 Pr. Strozzæ *nat. tantis.*

NOTÆ

dignum censet Naso quod Cæsar fecit, cum Augustum per adoptionem suam generi humano præfecit. Quæ laus cujus sit generis illis cogitandum relinquo qui sapiunt; insulsis inculcare nolim, quales vidi non ita pridem, non alia re quam multo pipere condita offa deliniendis.

760 *Hic*] Augustus, scilicet.

761 *Ille*] Cæsar.

762 *Æneæ*] Venus.

763 *Pontifici*] Cæsari, qui Pontifex erat, quo tempore jugulatus est.

Conjurata] Bruti duo, Cassius, aliique patricii atque equites in Cæsarem, quod insolentius agere incipieret, conjuraverunt; qui tribus et viginti vulneribus in curia illum confoderunt.

765 *Mihi*] Quia Cæsari, ex gente Julia a Venere per Iulum atque Æneam derivata ultimo.

766 *Caput*] Pro Cæsare ipso, aut ejus vita.

768 *Solane*] Quam optime ex fœminæ ingenio istud prolatum.

769 *Tydidæ*] Diomedis, Tydei filii, qui Venerem Æneæ suo faventem, ipsumque nube operientem, vulneravit.

Calydonia] Quia Calydon Ætolorum civitas, quibus imperavit Diomedes.

771 *Natum*] Æneam; cujus ex Vir-

Jactarique freto, sedesque intrare silentum,
Bellaque cum Turno gerere; aut, si vera fatemur,
Cum Junone magis. Quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminisse priorum
Non sinit. In me acui sceleratos cernitis enses.
Quos prohibete, precor; facinusque repellite: neve
Cæde sacerdotis flammas extinguite Vestæ.
Talia nequicquam toto Venus anxia cœlo
Verba jacit, Superosque movet. Qui rumpere quanquam
Ferrea non possunt veterum decreta Sororum,
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma ferunt nigras inter crepitantia nubes,
Terribilesque tubas, auditaque cornua cœlo
Præmonuisse nefas. Phœbi quoque tristis imago

tutum longis erroribus, et agitari mari, et subire habitationes mortuorum, et bello congredi cum Turno, vel potius cum Junone, si vera agnoscimus. Quamobrem nunc refero praeteritas clades meæ sobolis? Hic metus non patitur recordari antiquorum. Vidistis nefarios gladios parari in me. Quos, oro, arcete, atque avertite nefas; neve opprimite ignes Vestæ nece sacerdotis. Venus solicita frustra profundit sermones toto cœlo, et tangit Deos. Qui tametsi nequeunt frangere fata ferrea antiquarum Sororum, tamen præbent indicia haud dubia cladis venturæ. Perhibent arma ingentia inter atras nubes, atque tubas horrendas, et cornua audita in cœlo portendere scelus. Solis etiam lugubris species mittebat lumina pallida terris anxiis.

Tum sec. Mor. *erratibus act.*—772 Unus lib. *Luctarique fr.*—780 Med. et Jun. *Superoq. monet.*—781 Pro *veterum* Fr. pr. Bas. et duo Med. *vetum*; unde Heins. faciebat *ventum*.—783 Berolin. *int. nigr.* inverso ordine.—785 In eo-

NOTÆ

gilio vel ipsis pueris nota historia.

772 *Sedes*] Duce Sibylla ad Inferos descendisse supra vidimus.

773 *Turno*] Hunc Rutulorum regem habuimus etiam in præcedentibus.

774 *Junone*] Quæ usque Turno favit.

775 *Hic*] Quo Cæsaris causa percellebatur.

776 *Me*] Quia in Julium Cæsarem.

778 *Sacerdotis*] Pontificem maximum fuisse Cæsarem modo diximus.

Extinguite] Id est, Ne religionem atque Deorum cultum omnem ex terris tollite. Ad illud vero alludit Poëta, quod ' in primis focum Vestæ virginibus Numa colendum dedit, ut ad similitudinem cœlestium siderum custos imperii flamma vigilaret:' ut loquitur Florus.

779 *Nequicquam*] Namque trucidatus tamen Julius Cæsar.

781 *Veterum*] Parcas dicit, Nocte et Erebo satas, penes quas fata aut a Deo constituta et designata ut eveniant, si fabulis credimus.

785 *Præmonuisse*] Hæc quoque prodigia Tranquillus atque Plutarchus

Invenies illic incisa adamante perenni
Fata tui generis: legi ipse, animoque notavi:
Et referam: ne sis etiamnum ignara futuri.
Hic sua complevit (pro quo, Cytherea, laboras)
Tempora, perfectis, quos terræ debuit, annis.
Ut Deus accedat cœlo, templisque colatur,
Tu facies, natusque suus, qui nominis hæres,
Impositum feret Urbis onus: cæsique parentis
Nos in bella suos fortissimus ultor habebit.
Illius auspiciis obsessæ mœnia pacem
Victa petent Mutinæ: Pharsalia sentiet illum,

neque ullas ruinas. Illic reperies sortes tuæ sobolis sculptas adamante inviolabili. Ipse legi, atque signavi mente: et narrabo, ne sis adhuc nescia futuri. Hic, cujus causa solicita es, Cytherea, cumulavit suam ætatem, exactis annis quos debuit terræ. Tu una cum suo filio, qui hæres nominis feret pondus injectum Urbis, curabis, ut superveniat Deus cælo, et honoretur in templis: et ille *vindex generosissimus patris interfecti habebit nos suos in bella. Muri superati Mutinæ obsidione pressæ ejus auspiciis petent pacem: Pharsalia sentiet illum,*

concussum.—813 *Inclusa* est ex Urbin. Bernegg. pr. Hamburg. Arund. et multis aliis pro vulg. *incisa*: pr. Bas. *insculpta.*—815 Unus Heins. *Et refero.* Deinde pr. V. *ne sis et nunc ign.* unus Heins. *ut nunc*; quatuor *etiam haud*; Berolin. *vel non*; unus *etiam non gnara.*—816 Unus Heins. *Is sua compl.*—818 Plurimi vett. *templisq. locetur.*—819 *Suus* Heins. dedit ex plurimis scriptis pro vulg. *tuus*: nonnulli etiam *simul.* Mox multi cum pr. Pal. Cant. O. et Arund. *qui numinis hær.* et Zinzerling. et unus Leid. *muneris.* Unus etiam Med. *nominis hujus.*—820 *Urbis* Heins. recepit ex duobus Med. pro vulg.

NOTÆ

816 *Sua*] Sibi a fatis assignata, LVI. annos, scilicet.

818 *Templis*] Non modo Sen. Cons. ei divina simul atque humana omnia decreta, aut in Deorum numerum decernentium ore relatus est, sed et persuasione vulgi: creditumque est stellam crinitam, quæ per septem dies fulsit, ludis, quos primo consecratos ei hæres Augustus edebat, Cæsaris esse animam in cœlum recepti; ut refert Tranq. In foro Romano ædem habuit.

819 *Natus*] Augustus, per adoptionem.

823 *Mutinæ*] In ea Galliæ Cisalpinæ urbe Antonius, Cæsaris testamento prælatum sibi Octavium furens, Decimum Brutum suis motibus resistentem obsidebat. Illum Octavius liberavit, atque Antonium castris exuit.

Pharsalia] Postquam animum in partes omnes versavi, nihil aliud videre me hoc in loco fateor, quam errorem eorum auctorum qui Pharsalum Thessaliæ urbem, ubi Cæsarem inter et Pompeium depugnatum est, cum Philippis Thraciæ, ubi victi Brutus et Cassius ab Octavio et Antonio, confuderunt; nisi, ut Poëtarum mos est, vicina, vel ejusdem ditionis loca, pro iisdem usurpare, hic promiscue Pharsalum atque Philippos, quæ ur-

iaque iterum madefacti cæde Philippi:
gnum Siculis nomen superabitur undis:
nique ducis conjux Ægyptia, tædæ
ene fisa, cadet: frustraque erit illa minata,
ra suo Capitolia nostra Canopo.
ibi Barbariem, gentes ab utroque jacentes

Philippi iterum irrigati strage Emathia; et inclytum nomen vincetur Siculis: et uxor Ægyptia ducis Romani male fisa conjugio occidet; atque frustra minata nostra Capitolia obtemperatura suo Canopo. Quamobrem meam Barbariem et *nationes sitas ab utroque Oceano? Quicquid terra*

824 *Emathiaq.* est ex Urbin. N. pr. Hamburg. Arund. et multis aliis: que pr. Pal. et V. et Mor. Cant. utroque Erfurt. pr. R. et Bernegg. s compluribus: vulg. autem edebatur *Emathiique.* Deinde *madefacti* t ex Heins. emendatione, prolatum ex uno Arg. vulg. *Madefient;* etiam *madescent.*—829 Cant. aliique multi *Barbariam:* nonnulli *Bar-* Mox vulgo legebatur *gentesque;* at copulam omittunt pr. Pal. et Zu-

NOTÆ

m Macedonum regi olim pa- pro una atque eadem belli aso noster cum aliis sumserit. lorus Brutum et Cassium il- Cæso Pompeio fatalis fue- ualum scilicet, insedisse tes- m tamen ex constanti histo- apud Philippos Thracios illi lmt. Quod ut minus ineptum , meminisse oportet non uno per acies aut castra consis-

Emathia] Eo nomine Mace- ecaque proxima ab Æma- el Emathione rege est dicta. nim autem fuerunt Philippi, lio Thraciæ, ubi Brutus et cum partibus suis devicti.

Magnum] Quia tanquam ex proferuntur, Jove ipso fu- seriem evolvente, ideo ob- se debuerunt, quæ tamen ficile non fuit prædicere, essent præterita. Magnum em de quo hic agitur est cujus alter filius, secum avales agitans, ita in Siculo ressus est, ut modo trecen- tarum quinquaginta navium dominus cum sex septemve fugere coactus fuerit.

826 *Romani*] Antonii, qui Cleopa- træ libidinum pretium Romanum im- perium cum stultissime promisisset, ab Augusto ad Actium Epiri pro- montorium navali prælio devictus est.

Conjux] Cleopatra, quæ, se triumpho ubi ab Augusto servari sensit, in cautiorem nacta custodiam, in Mau- soleo, juxta suum Antonium, admotis ad venas serpentibus, quasi somno soluta est.

Tædæ] Pro conjugio; ut sæpe alibi.

828 *Nostra*] Jovi namque dicatum Capitolium, qui et inde Capitolinus dictus.

Canopo] Urbs est Ægypti, ad ostium Nili occidentale, quod ab ea Cano- picum dictum.

829 *Barbariem*] Pro barbaris, quos Augustus domuit, inter quos Mysos ipsorum etiam barbarorum barbaros vocat Florus; quem vide c. 12.

Utroque] Orientali et Occidentali. Immo, ut ait Florus, ' Omnibus ad

Oceano, numerem? quodcumque habitabile tellus
Sustinet, hujus erit: pontus quoque serviet illi.
Pace data terris, animum ad civilia vertet
Jura suum, legesque feret justissimus auctor:
Exemploque suo mores reget: inque futuri
Temporis ætatem, venturorumque nepotum,
Prospiciens, prolem sancta de conjuge natam
Ferre simul nomenque suum curasque jubebit.
Nec, nisi cum senior similes æquaverit annos,

habet habitabile erit hujus. Mare etiam illi obsequetur. Pace præbita terris conferet ingenium suum ad jura civilia, et æquissimus auctor statuet leges; et componet mores suo exemplo; et consulens sæculo futuri temporis et venturorum nepotum, curabit progeniem ortam de sancta uxore sumere simul nomen et curas. Ne-

lichem. cum tribus aliis. Heins. vult *Q. t. Barbariæ gentes ab u. j.*—830 Med. *O. enumerem;* duo alii *referam.*—833 Cod. Menard. *legesq. sciet just.*—834 Liber Ciofan. et unus V. *geret* pro *reget.* Heins. malebat *inde futur.*—836 In quibusdam Edd. *de virgine nat.*—837 Cant. et plurimi alii *curasq. videbit.*—838 Pro *senior* Bothius conj. *senio.* Dein pr. Mor. Bernegg. Ro. et plurimi alii *patrios* pro *similes:* at Thuan. aliique quatuor *Cum patruo senior*

NOTÆ

occasum et meridiem pacatis gentibus, ad Septemtrionem quoque duntaxat intra Rhenum atque Danubium, item ad Orientem intra Taurum et Euphraten; illi quoque reliqui, immunes imperii qui erant, sentiebant tamen magnitudinem, et victorem gentium Populum Romanum reverebantur.'

831 *Hujus*] 'Ubi cuncta atque continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio, ausus tandem Cæsar Augustus septingentesimo ab Urbe condita anno Janum Geminum claudere.' Florus.

832 *Civilia*] 'Conversus ad pacem, pronum in omnia mala et in luxuriam fluens sæculum gravibus severisque legibus multis coërcuit. Ob hæc tot facta ingentia Dictator perpetuus et Pater Patriæ dictus.'

834 *Exemplo*] Isthæc res est; non, ut plurimi solent cavillatores, qui non alia gratia videntur aliis bene dicendi aut bene faciendi studium inculcare, quam ut soli calumniandi et male faciendi locum quasi jure obtineant.

836 *Prolem*] Tiberium dicit, ex Livia Drusilla uxore, quam Augustus matrimonio Tiberii Neronis, et quidem prægnantem, abduxit, dilexitque et probavit unice ac perseveranter: ut refert Tranquillus. Illam autem, Tiberium dico, adoptione filium suum fecit; cui successori beatissimam Rempublicam reliquit.

838 *Similes*] Rerum gestarum gloria, interpretor: neque aliorum quos vidi placet explicatio.

Æquaverit] Non numero, siquidem anno ætatis LVI. extinctus Julius Cæsar, ad LXXVI. Augustus pervenerit; verum hujus æquandos annos voluit Vates quotquot seniori obtingerent præclare gestarum rerum laude.

Annos] Pro Vita seu ejus Ratione et Instituto.

Æthereas sedes cognataque sidera tanget.
Hanc animam interea cæso de corpore raptam,
Fac jubar, ut semper Capitolia nostra Forumque
Divus ab excelsa prospectet Julius æde.
Vix ea fatus erat, media cum sede Senatus
Constitit alma Venus, nulli cernenda, suique
Cæsaris eripuit membris, nec in aëra solvi
Passa recentem animam, cœlestibus intulit astris.
Dumque tulit, lumen capere, atque ignescere sensit;
Emisitque sinu. Luna volat altius illa,
Flammiferumque trahens spatioso limite crinem
Stella micat, natique videns bene facta, fatetur
Esse suis majora, et vinci gaudet ab illo.
Hic sua præferri quanquam vetat acta paternis;
Libera fama tamen, nullisque obnoxia jussis,

que, nisi cum senior æquaverit similes annos, veniet in mansiones cœlestes et ad conjuncta astra. Interea facito stellam animam sublatam ex corpore interfecto, ut Divus Julius prospiciat semper nostra Capitolia et forum ex sublimi sede. Vix ea dixerat cum alma Venus, nulli videnda, constitit in medio consessu Senatus; atque ebstulit artubus animam recentem sui Cæsaris, nec passa dijici in aërem immisit stellis cœlestibus. Et dum tulit sensit assumere lucem atque ardere; et emisit sinu. Illa volat sublimius Luna; et fulget ducens comam flammiferam longo tractu; atque cernens præclara facinora filii, agnoscit esse præstantiora suis; lætaturque superari ab illo. Tametsi hic prohibet facta sua præponi paternis, nihilominus libera fama,

---

similes æq. et unus Stroza *Cum patrios senior similes æq.* Heins. legere malebat *Nec nisi cum senior Pylios æq.*—839 Gron. *cognataq. numina tang.* Med. *litora:* Thysii *sidera servet.*—840 Unus liber *de nomine rapt.* Quatuor *corpore natam.*—842 Thuan. *J. arce.*—843 Malebat Heins. *medii cum.*—844 Septem libri *ipse* pro *alma:* et mox Mor. *null. conspecta.*—845 *In aëre* plurimi; *in æthera* duo.—846 Unus Med. *anim. radiantibus intul.*—847 Mor. *Dumq. volat.* Mox *lumen* Heins. dedit pro vulg. *lucem* ex pr. Gron. et Hamb. et decem alii: multi etiam vett. *numen.*—848 Ita emend. Heins. ex Bernegg. Thuan. et aliis Codd. vulg. *Emisitq. simul: simul evolat.*—849 Berolin. *Flammigerumque*, et sic Cant. et O. et multi alii. Deinde Vivian. et quatuor alii *lumine* pro *limite.* Thuan. et Heins. Codd. *limite callem.*—850 Unus Med. *Stell. nitet.*

NOTÆ

839 *Cognata*] Quia Divum soboles Augustus, cujus pater Cæsar inter sidera.

841 *Jubar*] Vide quæ supra annotavimus ad vs. 818.

846 *Recentem*] Recens a corpore liberatam.

849 *Crinem*] De crinita stella quæ per ludos Cæsari consecratos fulsit; supra ex Tranquillo dictum.

852 *Hic*] Augustus, Cæsaris adoptione filius.

Invitum præfert; unaque in parte repugnat.
Sic magni cedit titulis Agamemnonis Atreus:
Ægea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles.
Denique, ut exemplis ipsos æquantibus utar,
Sic et Saturnus minor est Jove. Jupiter arces
Temperat æthereas, et mundi regna triformis:
Terra sub Augusto: pater est et rector uterque.
Di, precor, Æneæ comites, quibus ensis et ignis
Cesserunt, Dique Indigetes, genitorque, Quirine,

nullisque mandatis subdita, præponit nolentem; atque obnititur una in re. Ita Atreus cedit laudibus clari Agamemnonis: ita Theseus superat Ægeum, ita Achilles Peleum. Denique ut sumam exempla paria ipsis, sic quoque Saturnus inferior est Jovi. Jupiter moderatur sedes æthereas, et regna mundi triformis: tellus sub Augusto. Uterque est Parens et Moderator. Dii, oro, Æneæ comites, quibus ferrum et flamma cesserunt, Diique Indigetes, et Pater Urbis, Quirine, et Gradive,

—854 Quatuor libri *hac* pro *in*: unus Voss. *et in una part.*—855 Bernegg. Thuan. pr. R. uterque Erfurt. pr. Mor. cum pr. V. O. pr. Gron. et multis aliis *Sic magnus ced.* Heins. placet vulg. *magnis*: at Pal. pr. *Sic magni cecidit.*—860 *Sub Augusto est* plerique veteres. Lege, *es*; ut vitetur τοῦ *est* concursus

NOTÆ

854 *Una*] In ceteris morigeros habet omnes Augustus; hac in parte tantum repugnant, quod cum sua facta patris actis præferri nolit, fama tamen ea magis approbat.

855 *Atreus*] Agamemnonis pater, cujus tanta laus non fuit quanta hujus omnium Græcorum ad Trojam ducis.

856 *Theseus*] Cujus Ægei filii fortia facta passim in superioribus vidimus.

Pelea] Qui Achillis pater tanta non gessit quanta hujus fuisse omnibus notum.

857 *Ipsos*] Julium Cæsarem et Augustum.

859 *Triformis*] Cœli, Ætheris, Aëris, ut terræ marisque imperium Augusto relinquatur. 'Divisum Imperium cum Jove Cæsar habet.'

860 *Pater*] Quod nomen summæ est dignitatis atque venerationis. At nostri plerique Christiani, qui nihil sentire neque cognoscere didicerunt, quia terra obruti atque luto addicti, neque etiam quicquam aut Patris sui æterni, aut suæ dignitatis, atque adeo officii et reverentiæ recordantur. Nihil pudet.

861 *Æneæ comites*] Penates dicit, aut Deos domesticos, quos in Italiam secum Æneas deportavit. Alii alios esse censuerunt: ut frustra in re tam dubia tamque inutili operam suam quisquam perdiderit. Dionysius Halic. sese illos ait vidisse Romæ in templo, duorum juvenum hastatorum sedentium forma. Alii Jovem, Junonem, ac Minervam fuisse aiunt: neque de Pallade Vestaque quisquam dubitare possit, cui lectus Virgilius. Alii Neptunum et Apollinem; namque suam etiam Trojam illi profitebantur. Alii alios. Quid id nostra?

Ensis et ignis] Ducente Deo omnia pervia.

, et invicti genitor, Gradive, Quirini,
aque Cæsareos inter sacrata Penates,
m Cæsarea tu, Phœbe domestice, Vesta,
ue tenes altus Tarpeias, Jupiter, arces,
que alios vati fas appellare piumque;
a sit illa dies, et nostro serior ævo,
caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
dat cœlo; faveatque precantibus absens.

invicti Quirini, et Vesta consecrata inter Penates Cæsareos, tuque, Phœbe ice, cum Vesta Cæsarea, et, Jupiter, qui excelsus habes templa Tarpeia, et quos s atque pium vocare Poëtæ, illa dies sit sera, atque tardior nostro sæculo, ut Augustum admoveatur cœlo, destituto mundo, quem regit; atque absens itius orantibus.

s. *Heins.*—861 Berolin. *ignis et ensis.*—863 Idem *G. tyranni.*—866 tus Regius malebat *Latius:* nonnulli Codd. *celsus.*—868 In Berolin.

NOTÆ

Indigetes] Dii sunt patrii, qui *indu*, pro *in*, et *ago*, dicti sunt.

ine] Romulum eo nomine ap- m Urbisque fuisse conditorem toties repetere.

Gradive] Mars est Romuli pa- i vel a *gradiendo*, vel a *κραδαί-* od *vibrare* est, sic dictus.

Cæsareos] Quia ejus templum atio, ubi habitabant Impera-

tes] Deos domesticos, qui ex i quod in penitissima seu max- reta domus parte colerentur. s, quod res maxime necessa- i victum quotidianum in intima parte servatas significat, fit *Penates;* sicut a *Magnus Mag- gnates, &c.* Quanquam neque videntur qui *Penates*, cum Ma- , quasi *Penes nos natos* dici vo-

Phœbe] Jam supra, ni fallor, ni in Palatinæ domus parte ab to excitatum templum diximus, addita porticu, cum bibliotheca Græca et Latina.

866 *Tarpeias*] Capitolium dicit in Capitolino monte exstructum, qui antea Tarpeius a Tarpeia virgine Vestali ibidem Sabinorum scutis obruta, itemque Saturnius dicebatur.

867 *Quosque*] Sibi, ut vides, maxime cavebant Ethnici, ne quenquam ex suis fictitiis atque inutilibus Diis neglectum haberent. Ita quidem de solo vero atque æterno Deo ter Optimo Maximo omnium rerum Conservatore cogitare dignantur plurimi qui se maxime probos et sanctos videri volunt: ne scilicet Illum suis omnibus votis atque inceptis adversum habeant: quos tandem tamen male perdet et longe a Gratia sua rejiciet.

870 *Absens*] Quasi præsentem Deum laudat Poëta: quod quidem si adulandi exquisitissimam artem spectes, optime; pessime, si rem ipsam atque nefas, dum hominibus gloria Dei tribuitur, cogites.

Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volet illa dies, quæ nil nisi corporis hujus

Jamque absolvi opus, quod neque ira Jovis, neque flammæ, neque ferrum, neque rapax antiquitas poterit delere. Illa dies, quæ nullam habet potestatem nisi in hoc

Turda dies illa, et nostro tardior ævo. multi etiam alii *tardior* pro *serior.*—

NOTÆ

871 *Jovis ira*] Ne ita accipias, quasi in Jovis contemtum ista a Poëta prolata sint. Quanquam impius maxime fuisset, insanus noluit videri, qui simul et veneraretur et contemneret Jovem. Hæc dixit quia vera sunt; neque fieri potest ut quisquam Deum infensum habeat qui bene facit, atque Illius imitatur naturam. Non equidem dico in omnibus inculpatum Poëtam, nequidem in iis quibus maxime laudabilis. Cum Christianus ego sim Dei peculiari misericordia tale quid ut credam nunquam eveniet: namque et multa sunt detestanda atque procul a cogitatione ableganda. Verum enimvero plurima optimæ notæ, quæque maxime ad probitatem morumque elegantiam spectant in ejus operibus passim conspici nullus non confiteatur, cui capitis loco non sit putrida cucurbita. Quia illa bona sunt Jovis ope quæ in lucem protulit, ideo Poëta in hæc eadem Jovis iram nunquam incurrecturam confidit. Splendidum fuerit peccatum si velox quisquis ita ad Dei gratiam confugis semper, ut nullius boni in te vestigium appareat. Ceterum neque prius discedas velim quam probe monitus, nihil quicquam amplius collaturum Deum illis Pestibus qui nihil habent; immo omnia ablaturum. Ne nescias, est inter superbiam et nullius boni conscientiam aliquid sine quo nullus regnum Dei penetrare possit. Si quidnam sit illud ignoras, quære et invenies, modo ne sis quem minime cupis videri superbia invicta protritus.

873 *Cum volet*] Pecora video quotidie humano habitu atque Christiana larva, quæ cum nullo neque post obitum neque dum vivunt laudis aut gloriæ stimulo sese urgeri certo sciant, ea omnia quæ ab Ethnicis ea gratia dicta aut facta sunt non negligunt modo, sed insuper quasi cautissimi essent aperte exsibilant. Undiquaque fortiter per fas et nefas nummos corradere atque ex protritorum medullis delicias suas parare, abdominis voraginem inexpletam suffarcinare semper, apud illos laus est summa, supremaque sapientia. Quia nempe nihil est quod ad illos attineat, quodcumque bene vel male post fata fama prædicat; quod insuper dicunt aut cogitant de superstitibus qui sibi ablata bona queruntur, eadem bona nihil imminuunt; ineptissimum illis foret de nihilo tantopere esse solicitos, cum sibi plaudere atque genio indulgere liceat. Sibi plaudant strenue, modo longe a me; neque illos allequor. Hortari subiit ingenuos adolescentes, si qui sint qui ista perlegant, ne in eam ruant pravitatem, exemplo pravo illecti. Solent illi turpissimi, quos jam appello, non aliter de Ethnicis verba facere quam si dæmones essent, quia scilicet etiam

Jus habet, incerti spatium mihi finiat ævi:
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar: nomenque erit indelebile nostrum.
Quaque patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi; perque omnia sæcula fama
(Si quid habent veri vatum præsagia,) vivam.

corpus, finem imponat spatio dubiæ vitæ cum libebit: nihilominus immortalis ferar super excelsa sidera parte potiore mei; et nomen nostrum erit æternum. Atque legar ore hominum, qua potestas Romana porrigitur in terris subactis: et vivam fama per omne ævum, siquidem vaticinia Poëtarum habent aliquid certi.

875. 876 Berolin. *sup. astra perenn. Alta fer.*

NOTÆ

in illis stultissimi atque pessimi idolorum aut verius *diabolorum* cultores fuerunt. Propterea quod JESUM servatorem non cognoverunt illi; sibique qui cognoscunt ea gratia licet esse beatis; Ethnicorum omnia proculcata habent. Miserrimos ea ipsa causa esse admoneo, quicumque Christi discipulos se esse jactitant, nisi id ipsum, quod in illis splendidum vocant dum damnant, consequantur. Usque adeo inepti non fuerunt Ethnicorum sapientes, ut defunctis inutili linguarum jactatione esse beaverint. Ast hic fuit sensus, quamquam totidem verbis non expresserint, Deum aut Deos (uti male in sua cæcitate loquebantur) socordes atque inertes, stolidos atque desipientes, malos denique et improbos quicumque perverse bonis et donis suis abuterentur, neque quicquam ex iis promoverent, omni porro Ejus favore atque auxilio indignos esse: atque adeo quærendo sedulo, providendo cauto, beneque agendo Ejusdem parari opem atque præsidium. Plurima in eam sententiam blaterant equidem multi; sed nihil agunt. Frustra illi; suaserantque sua *Oportet* necesse est prorsus, ut ad Opus sese accingant, nisi oblatam Gratiam de qua gloriantur, in suam perniciem collatam volunt. *Exegi*, inquit Poëta; neque prius vitam sponte, quam qua causa ingressum esse opinabatur eam, exuit. Utcumque in aliis falsus, judex sedet plurimis hac in parte; quod eam veram laudem idemque certum solatium credit *Bene fecisse*, non quod illis usu esse solet *Omnibus abusum esse*. Salutis namque quæ a Deo est non illud est gaudium quod oblata, quæ res plurimis sua culpa male vertet; sed quod bene faciendo atque Illi obsequendo certo Nostra.

876 *Ferar*] Animæ suæ immortalitatem atque actorum suorum conscientiam retinebant Ethnici Philosophi, deque illis cogitabant. Eadem porro suadet Scriptura. Nostri vero homines plerique, quasi inculcata ab aliis habere sit revera obtinere, ista omnia ne per somnium quidem intueri volunt.

878 *Legar*] Atque adeo sese laudat, sibique plaudit Naso. Quid tum? An quenquam bene facere posse credis, qui nequidem sese bene facere sciat, fatue? Verum istud con-

opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes,
it ferrum, nec edax abolere vetustas.
illa dies, quæ nil nisi corporis hujus

olvi opus, quod neque ira Jovis, neque flammæ, neque ferrum, neque as poterit delere. Illa dies, quæ nullam habet potestatem nisi in hoc

la, et nostro tardior æv. multi etiam alii *tardior* pro *serior.*—

NOTÆ

ira] Ne ita accipias, contemtum ista a Poëta Quanquam impius max- nsanus noluit videri, qui eraretur et contemneret c dixit quia vera sunt; otest ut quisquam Deum eat qui bene facit, atque ir naturam. Non equi- mnibus inculpatum Poë- em in iis quibus maxime Cum Christianus ego sim misericordia tale quid possit. Si quidnam sit illud ignoras, quære et invenies, modo ne sis quem minime cupis videri superbia invicta protritus.

873 *Cum volet*] Pecora video quotidie humano habitu atque Christiana larva, quæ cum nullo neque post obitum neque dum vivunt laudis aut gloriæ stimulo sese urgeri certo sciant, ea omnia quæ ab Ethnicis ea gratia dicta aut facta sunt non negligunt modo, sed insuper quasi cautissimi essent aperte exsibilant. Undi-

abet, incerti spatium mihi finiat ævi:
) tamen meliore mei super alta perennis
ı ferar: nomenque erit indelebile nostrum.
ue patet domitis Romana potentia terris,
legar populi; perque omnia sæcula fama
uid habent veri vatum præsagia,) vivam.

finem imponat spatio dubiæ vitæ cum libebit: nihilominus immortalis ferar celsa sidera parte potiore mei; et nomen nostrum erit æternum. Atque re hominum, qua potestas Romana porrigitur in terris subactis: et vivam r omne avum, siquidem vaticinia Poëtarum habent aliquid certi.

875. 876 Berolin. *sup. astra perenn. Alta fer.*

NOTÆ

stultissimi atque pessimi ido- aut verius *diabolorum* cultores t. Propterea quod JESUM ser- m non cognoverunt illi; sibi- ni cognoscunt ea gratia licet atis; Ethnicorum omnia pro- ı habent. Miserrimos ea ip- sa esse admoneo, quicumque i discipulos se esse jactitant, ipsum, quod in illis splendi- ocant dum damnant, conse- ır. Usque adeo inepti non t Ethnicorum sapientes, ut de- inutili linguarum jactatione averint. Ast hic fuit sensus, nam totidem verbis non ex- rint, Deum aut Deos (uti male cæcitate loquebantur) socor- que inertes, stolidos atque de- es, malos denique et improbos que perverse bonis et donis terentur, neque quicquam ex moverent, omni porro Ejus atque auxilio indignos esse: adeo quærendo sedulo, provi- cante, beneque agendo Ejus- arari opem atque præsidium. ı in eam sententiam blaterant m multi; sed nihil agunt. Frus- ; auferantque sua *Oportet* ne- cesse est prorsus, ut ad Opus sese accingant, nisi oblatam Gratiam de qua gloriantur, in suam perniciem collatam volunt. *Exegi*, inquit Poëta; neque prius vitam sponte, quam qua causa ingressum esse opinabatur eam, exuit. Utcumque in aliis falsus, judex sedet plurimis hac in parte; quod eam veram laudem idemque certum solatium credit *Bene fecisse*, non quod illis usu esse solet *Omnibus abusum esse*. Salutis namque quæ a Deo est non illud est gaudium quod oblata, quæ res plurimis sua culpa male vertet; sed quod bene faciendo atque Illi obsequendo certo Nostra.

876 *Ferar*] Animæ suæ immortalitatem atque actorum suorum conscientiam retinebant Ethnici Philosophi, deque illis cogitabant. Eadem porro suadet Scriptura. Nostri vero homines plerique, quasi inculcata ab aliis habere sit revera obtinere, ista omnia ne per somnium quidem intueri volunt.

878 *Legar*] Atque adeo sese laudat, sibique plaudit Naso. Quid tum? An quenquam bene facere posse credis, qui nequidem sese bene facere sciat, fatue? Verum istud con-

NOTÆ

tra Christianæ humilitatis leges. Uti quidem dicis: ceterum quando aliquid facis tu, vis scilicet credere omnes tibi persuasum esse te nihil nisi male agere? Quod tamen secus evenit: namque ineptissime te qua non dignus es, siquidem alienæ invides, captantem laudem omnes vident. Sciunt omnes boni alieno suffra sibi nihil opus esse, neque ut be faciant neque ut sua voluptate p fruantur: atque adeo non inani pu daque jactantia neque futilis et in tæ gloriolæ ambitione sese suaq commendant; sed ut cum aliis bo sua communicent.

P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBRI SEX PRIORES

GERMANICO CÆSARI

INSCRIPTI.

[redacted]

FASTI

KALENDARES ROMANI

EX OVIDIO.

JANUARIUS. (LIB. I.)

KAL. F. Novi consulatus initia, 75. Jani festum, 89. Æsculapii et Jovis templa in insula Tiberina consecrata, 289.

IV. NON. F.

III. NON. C. Cancri occasus, 311.

PR. NON. C.

NON. F. Lyræ ortus, 315.

VIII. ID. F.

VII. ID. C.

VI. ID. C.

V. ID. Agonalia celebrata, 317. Delphini ortus, 457.

IV. ID. EN. Hyems dimidia, 459.

III. ID. NP. Carmentalia, 461. Juturnæ ædes in campo Martio ad aquam Virginem dicata, 463.

PR. ID. C.

ID. NP. Jovi Statori ovis semimas immolabatur, 587. Populo provinciæ redditæ, 589. Octaviano Augusti nomen cum imperio datum, 590.

XIX. KAL. FEBR. EN.

15. G. XVIII. KAL. Carmentalia relata, 617. Porri
Postvertæ festum, 631.
16. H. XVII. KAL. C. Concordiæ templum prope æde
nonis Monetæ dedicatum, 637.
17. A. XVI. KAL. C. Sol Aquarium ingreditur, 651.
18. B. XV. KAL. C.
19. C. XIV. KAL. C.
20. D. XIII. KAL. C.
21. E. XII. KAL. C.
22. F. XI. KAL. C.
23. G. X. KAL. C. Lyra occidit, 653.
24. H. IX. KAL. C. Stella in medio Leonis pectore c
655. (Sementivæ feriæ circa hoc t
indictæ, 657. Paganalia, 669.)
25. A. VIII. KAL. C.
26. B. VII. KAL. C.
27. C. VI. KAL. C. Castori et Polluci templum ad Ju
stagnum dedicatum, 705.
28. D. V. KAL. C.
29. E. IV. KAL. F.
30. F. III. KAL. C. Pacis ara dicata, 709.
31. G. PR. KAL. C.

FEBRUARIUS. (LIB. II.)

1. H. KAL. N. Templum Junoni Sospitæ positu
Lucus Asyli celebratus, 67. J
Capitolio bidens mactata, 69.
2. A. IV. NON. N. Lyra occidit, 73. et Leo medius, 7
3. B. III. NON. N. Delphinus occidit, 79.
4. C. PR. NON. N.
5. D. NON. Augustus Pater Patriæ dictus, 1
quarius oritur, 145.
6. E. VIII. ID. N.
7. F. VII. ID. N.
8. G. VI. ID. N.
9. H. V. ID. N. Veris initium, 149.
10. A. IV. ID. N.
11. B. III. ID. N. Arctophylax oritur, 153.

12. C. PR. ID. N.
13. D. ID. NP. Fauni sacra, 193. Fabianæ cladis memoria, 195.
14. E. XVI. KAL. MART. N. (C.) Corvus, Anguis, Crater oriuntur, 243.
15. F. XV. KAL. NP. Lupercalia Fauno sacra, 267. Aquarius occidit, 457. Sol Pisces ingreditur, 458. (Ventorum inconstantia per sex dies, 453.)
16. G. XIV. KAL. EN.
17. H. XIII. KAL. NP. Quirini festum, 475. Stultorum festa dies, 513. Fornacalia, 527.
18. A. XII. KAL. C.
19. B. XI. KAL. C. Feralia, i. e. ultimus placandis Manibus dies, 567. Deæ Mutæ sacra facit anus, 571.
20. C. X. KAL. C.
21. D. IX. KAL. F.
22. E. VIII. KAL. C. Charistia, cognatorum festa, 617.
23. F. VII. KAL. NP. Terminalia, 639.
24. G. VI. KAL. N. Regifugium, 685. (Hirundo advenit, veris prænuntia, 853.)
25. H. V. KAL. C.
26. A. IV. KAL. EN.
27. B. III. KAL. NP.
28. C. PR. KAL. C.

MARTIUS. (LIB. III.)

1. D. KAL. NP. Matronalia festa, 170. et Saliorum, 259. (Ad hæc in flaminum domibus, regia, curia, Vestæ æde, novas adhibitas fuisse laureas, et ignem Vestæ refectum, ex v. 137. repetendum.)
2. E. VI. NON. F.
3. F. V. NON. C. Alter e Piscibus occidit, 399.
4. G. IV. NON. C.
5. H. III. NON. C. Arctophylax occidit, 403. Vindemitor oritur, 407.

6. A. PR. NON. NP. Vestæ sacrum, 415.
7. B. NON. F. Vejovis templum consecratum Pegasi collum oritur, 449.
8. C. VIII. ID. F. Corona oritur, 459.
9. D. VII. ID. C.
10. E. VI. ID. C.
11. F. V. ID. C.
12. G. IV. ID. C.
13. H. III. ID. EN.
14. A. PR. ID. NP. Equiria altera in campo Martio vel monte Cœlio, 521.
15. B. ID. NP. Annæ Perennæ festum, 523. Ju saris cædes, 697.
16. C. XVII. KAL. APR. F. Scorpius ex parte occidi Itum ad Argeos, hac et sequenti d
17. D. XVI. KAL. NP. Liberalia, Bacchi festum, 713. bera data, 771. Milui ortus, 793.
18. E. XV. KAL. C.
19. F. XIV. KAL. N. Quinquatria Minervæ sacra, 80 nervæ natalis, 811. Delubra M Captæ dedicata, 835. Minerval tris solutum, 829.
20. G. XIII. KAL. C. Alter Quinquatruum dies glad certaminibus cum tribus sequ celebratus, 813.
21. H. XII. KAL. C. (Tertius Quinquatruum dies.)
22. A. XI. KAL. N. (Quartus Quinquatruum dies.) greditur Arietem, 851.
23. B. X. KAL. NP. Quintus, idemque ultimus Qu truum dies, et Tubilustrium M sacrum, 849.
24. C. IX. KAL. Q. REX. C. F.
25. D. VIII. KAL. C.
26. E. VII. KAL. C.
27. F. VI. KAL. NP. Æquinoctium vernum, 877.
28. G. V. KAL. C.
29. H. IV. KAL. C.
30. A. III. KAL. C. Jani, Concordiæ, Salutis, Pacis f 879.

31. B. PR. KAL. C. Lunæ sacra in monte Aventino, 883.

APRILIS. (LIB. IV.)

1. C. KAL. N. Veneris sacra, 133. mulieres lavantur, 139. Fortuna Virilis, 145. et Venus Verticordia placari solitæ, 151. Scorpius occidit, 163.
2. D. IV. NON. C. Pliades occidere incipiunt, 165.
3. E. III. NON. C.
4. F. PR. NON. C. Festa Idææ Parentis, s. Megalesia Matri Deum, 179. (Ludi per plures dies celebrati, 187.)
5. G. NON. Festum Fortunæ Publicæ, 373.
6. H. VIII. ID. NP. Juba a Cæsare victus, 377. (Libræ occasu imminente imbres, 385.)
7. A. VII. ID. N.
8. B. VI. ID. N.
9. C. V. ID. Orion occidit, 387.
10. D. IV. ID. N. Ludi Cereales in Circo, 389.
11. E. III. ID. N.
12. F. PR. ID. N.
13. G. ID. NP. Jovi Victori ædes dicata, 621. Atrium Libertatis instructum, 623.
14. H. XVIII. KAL. MAI. N. Augusti Cæsaris victoria Mutinensis, 627.
15. A. XVII. KAL. NP. Fordicidia Telluri sacra. 629.
16. B. XVI. KAL. N. Augustus Imperator salutatus, 675.
17. C. XV. KAL. N. Hyades occidunt, 677.
18. D. XIV. KAL. N.
19. E. XIII. KAL. N. Equestria certamina in Circo in Cereris honorem, 679. Vulpes combustæ ultimo Cerealium die, 681.
20. F. XII. KAL. N. Sol in Taurum abit, 713.
21. G. XI. KAL. NP. Palilia, 721. Romæ natalis, 806.
22. H. X. KAL. N.
23. A. IX. KAL. NP. Vinalia, 863. Veneri sacra, 865. et Jovi, 878.
24. B. VIII. KAL. C.

25. C. VII. KAL. NP. Ver medium, 901. Aries occi
Canis exoritur, 904. Robigalia,
26. D. VI. KAL. F.
27. E. V. KAL. C.
28. F. IV. KAL. NP. Floralium initium, 943. Vesta
tium recepta, 949.
29. G. III. KAL. C.
30. H. PR. KAL. C.

MAIUS. (LIB. V.)

1. A. KAL. N. Capella oritur, 111. Laribus pra
ara posita, 130. Bonæ Deæ sacru
2. B. VI. NON. F. Argeste flante (161.) Hyades o
163.
3. C. V. NON. C. Floralium ultimus dies, 183. Ce
s. Chiron oritur, 379.
4. D. IV. NON. C.
5. E. III. NON. C. Lyra oritur, 415.
6. F. PR. NON. C. Scorpius occidit medius, 417.
7. G. NON. N.
8. H. VIII. ID. F.
9. A. VII. ID. N. Lemuria Manibus sacra, 419.
10. B. VI. ID. C.
11. C. V. ID. N. Lemuria altera, 491. Orion occi
12. D. IV. ID. NP. Martis Bisulti, s. Bisultoris sacru
13. E. III. ID. N. Lemuria ultima, 491. Pliades o
599. æstatis initium, 601.
14. F. PR. ID. C. Taurus oritur, 603.
15. G. ID. NP. Scirpea simulacra in Tiberim mi
Mercurio templum positum ejusq
dies, 663.
16. H. XVII. KAL. JUN. F.
17. A. XVI. KAL. C.
18. B. XV. KAL. C. Sol in Geminos transit, 693.
19. C. XIV. KAL. C.
20. D. XIII. KAL. C.
21. E. XII. KAL. NP. Agonia altera, 721.
22. F. XI. KAL. (N.) Canis oritur, 723.

23. G. X. KAL. NP. Tubilustrium Vulcano sacrum, 725.
24. H. IX. KAL. Q. REX C. F. Fuga regis sacrorum ex c mitio, 727.
25. A. VIII. KAL. C. Templum Fortunæ Publicæ positu 729. Aquilæ rostrum apparet, 731.
26. B. VII. KAL. C. Bootes occidit, 733.
27. C. VI. KAL. C. Hyas oritur, 734.
28. D. V. KAL. C.
29. E. IV. KAL. C.
30. F. III. KAL. C.
31. G. PR. KAL. C.

JUNIUS. (LIB. VI.)

1. H. KAL. JUN. N. Carnæ Deæ festum, 101. Kalendæ bariæ, 180. Junonis Monetæ templ sacratum, 183. Martis sacra extra p tam Capenam, 191. Tempestatis æ dedicata, 193. Aquila tota appar 196.
2. A. IV. NON. (F.) Hyadum ortus et Tauri cornuum, 19
3. B. III. NON. C. Bellonæ ædes consecrata, 199.
4. C. PR. NON. C. Herculi Custodi ædes in Circo Flamii dedicata, 209.
5. D. NON. (N.) Sanco Fidio Semoni Patri ædes posi 213.
6. E. VIII. ID. N. (Nubere ante Idus non bonum, 223. n fas Flaminis Dialis conjugi crines c tonsos depectere, 229. nec ungues pr secare, 230. nec viro concumbere, 23
7. F. VII. ID. N. Arctophylax totus occidit, 235. Lu Thybridi sacri a piscatoribus celebra 237.
8. G. VI. ID. N. Menti ædes vota bello Punico secund 241.
9. H. V. ID. N. Vestæ sacra, 249. Jovis Pistoris ara Capitolio, 349. Brutus Gallæcos vic 461. Crassus a Parthis victus et occisu 465.

10. A. IV. ID. N. Delphinus oritur, 469.
11. B. III. ID. N. Matralia, 473. Matutæ templu vio rege positum, 479. Rutiliu dius cæsi, 563. Fortunæ tem Servio rege dedicatum, 569. dis ædes per Liviam consecrata
12. C. PR. ID. N.
13. D. ID. N. Jovi Invicto templa data, 650 quatrus minores Minervæ, 651.
14. E. XVIII. KAL. JUL. N.
15. F. XVII. KAL. F. Thyene in Tauri fronte orit Stercus ex æde Vestæ defertur,
16. G. XVI. KAL. C. Zephyro secundo flante (715.) oritur, 717.
17. H. XV. KAL. C. Delphinus totus apparet, 720. mius Tubertus Æquos et Volsc 721.
18. A. XIV. KAL. C. Sol Cancrum ingreditur, 725. Aventino coli cœpta, 728.
19. B. XIII. KAL. C. Summani templum positum, 72
20. C. XII. KAL. C. Ophiuchus oritur 733.
21. D. XI. KAL. C.
22. E. X. KAL. C.
23. F. IX. KAL. C. Flaminius ad lacum Thrasyme tus, 765.
24. G. VIII. KAL. C. Syphax victus, 769. Hasdrubal 770. Fortunæ Fortis honores, 7
25. H. VII. KAL. C.
26. A. VI. KAL. C. Orionis zona apparet, 785. So 789.
27. B. V. KAL. C. Larium delubra posita, 791. Statoris ædes, 793.
28. C. IV. KAL. C. Quirino templum positum, 795.
29. D. III. KAL. F.
30. E. PR. KAL. C. (F.) Herculi et Musis ædes co 797.

P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBER I.

ARGUMENTUM.

Argumenti expositio et dedicatio 1-26. Digestio anni per Romulum et Numam 27-44. Discrimen dierum 45-62. Kal. Jan. invocatio Jani et bona vota 63-74. Consules munus ineunt, comitante populo 75-88. Jani mythologia. Interrogatus apparet Ovidio cum insignibus 89-99. et ipse res suas explicat, ac primum quidem originem suam atque figuram 100-114. tum officia et inde orta nomina 115-132. causam quoque figuræ 133-144. Hinc expedit nonnulla, quæ ad Kalendas Jan. pertinent, cur novus annus media bruma, non vere, incipiat 145-164. cur eo die causæ forenses agantur 165-170. cur sibi primo sacra fiant 171-174. cur læta verba dicantur 175-182. cur munuscula dentur 183-226, cur nummi antiqui navem habeant et formam bifrontem 227-254. cur ipse in uno templo statuam habeat 255-277. cur tempore belli reseretur ipsius templum 278-288. Hinc, misso Jano, poëta incipit e Fastis haurire. Dedicatio duorum templorum, Æsculapii et Jovis 289-294. De exortu et occasu siderum dicturus laudes Astronomorum præmittit 295-310. Occasus Cancri et Lyræ 311-316. Agonalium nomen et ratio 317-334. Digressio ad nomina victimæ et hostiæ, ad sacra prisca et initia victimarum cæsarum; quibus Aristæi fabula intexta 335-456. Delphini ortus 457. 8. Media hyems 459. 60. Carmentalia, ubi multa de Carmenta, Evandro, Herculis adventu, et Caci nece 461-586. Sacra Jovis 587. 8. Octavianus Augusti nomine ornatus, cujus nominis vis exponitur 590-616. Iterum Carmentalia, quibus Porrima et Postverta placantur 617-636. Concordiæ templum a Tiberio restitutum, in quo et Liviæ quædam opera 637-650. Sol ingreditur Aquarium; Lyra occidit, item Leo 651-656. Sacra Sementiva, requies, festa, preces rusticorum, pacis salus 657-704. Castoris et Pollucis templum a Tiberio dedicatum 705-708. Pacis ara excitata, vota pro pace et domo Cæsarea 709-fin.

A cum causis Latium digesta per annum,
ue sub terras, ortaque signa, canam.
acato, Cæsar Germanice, vultu
us: et timidæ dirige navis iter.

pora distributa per annum Latinum, cum rationibus eorum, *et sidera llurem, et quæ apparent. Cæsar Germanice, admitte hoc opus facie*

---

cii liber et duo alii *per orbem.*—2 Pal. *Mersaque:* et in nonnullis

NOTÆ

Eo nomine a potiori hi ntur, in quibus dierum o expenditur; quia, scili- fasti, quibus jus fari et m, quam nefasti. Festa ulas festorum hoc opere Naso. Aliquot astrorum sus pro temporum ratione ssignavit. Vicem deni- rint fasti ejus quod voca- alendarium. Duodecim ensium ratione et numero oëta: sed iniquo fato sex illis astris mentionem fecerit quæ omnino nobis sunt priora. Quoquo enim modo spectaverimus, nullus illa quæ lapsa sunt prius nobis conspicua fuisse negaverit: tum præterea eadem prius fuisse quæ laterent quam cuiquam apparerent nemini fuerit dubium. Videtur deinde Poëta numeri majoris lapsorum astrorum habere rationem.

Signa] Ordines dicit stellarum, quibus animalium, aliarum etiam rerum, figuras affinxerunt. De illorum

)fficiique levem non aversatus honorem,
In tibi devoto munere dexter ades.
acra recognosces Annalibus eruta priscis;
Et quo sit merito quæque notata dies.
nvenies illic et festa domestica vobis:
Sæpe tibi Pater est, sæpe legendus Avus.

rena, et dirige viam cymbæ pavidæ. Et non dedignatus tenuem honorem officii ei, ecce adesto propitius dono tibi consecrato. Recoles sacra desumta ex antiquis nnalibus; et quo merito singuli dies sint signati. Reperies quoque ibi festa vobis mestica. Pater est tibi sæpe legendus, sæpe Avus. Tu etiam cum fratre Druso

gn. *cano.*—5 *Officiique* Fulvii Ursini liber omnium veterrimus ac optimus, liris Longobardicis seu Saxonicis exaratus, qui in Vaticana extat bibliothe, alii etiam nonnulli ex melioribus: recte. *Heins.* Vulg. *Officioque.* Tum us F. *brevem:* et mox nonnulli *adversatus;* quatuor cum Fr. pro var. lect. *dignatus;* unus *aspernatus.*—6 Vulg. edebatur *Huic t. d. numine d.* Cod. alv. Ursin. *En...munere:* in nonnullis Naugerius reperit *Huic...munere:* eins. corr. *In...munere.*—7 Fr. pro var. lect. *Sacr. recognoscas A.* In exrpt. Voss. *A. edita pr.* unus Mor. pro var. lect. *oblita.* Pro *priscis* duo odd. *primis.* In Be. erat *A. eruta libris.*—8 Gottorph. Med. et V. *quæq. tanda d.* Thuan. et alius *sacrata;* F. *vocata.*—9 Jun. *ut* pro *et.* Deinde

NOTÆ

rizontem descendente, atque adeo primo noctis termino, sidera aut dunt aut exoriuntur.

3 *Placato*] Non irato, sicuti Amatos poëtæ libellos Augustus viderat; d leni et benevolo.

Germanice] Hic Drusi Claudii Nero s fuit filius, cujus Tiberius patruus it natura, deinde, Augusti jussu, ater per adoptionem. Augusto opus um inscripserat Naso, uti apparet . II. Tristium; verum editionem bri et poëtæ sententiam impedivit dignissima ejus relegatio.

4 *Timidæ*] Hac metaphora ingenii i moderatorem expetit Germanium, non sine apta cautione, et cauta ulatione.

5 *Officii*] Mei, quod ex sacrato tibi ere quoque modo apparet.

6 *En*] Omnino pro *En, In* reponenum esse, clarius. Heinsio admonente, ediderim.

7 *Recognosces*] Doctissimus quippe fuit Germanicus.

Annalibus] Tum maximis illis, qui et Pontificales libri dicebantur, in quos, presse quidem, res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex maximus, ut testatur Cicero, tum quibusvis aliis, et vetustorum Poëtarum monumentis.

8 *Merito*] Meritorum præmio, exposuerunt. Non ita accipio: sed media significatione vocem illam Naso usurpasse videtur, ut, sive candidus sive ater sit dies, ejus rei causam sit declaraturus.

9 *Domestica*] Domui Cæsareæ pro meritis instituta. Atque hinc maxime captatur Germanici attentio et benevolentia.

10 *Pater*] Seu Drusus, verus Germanici pater; seu potius Tiberius, pater per adoptionem.

Avus] Augustus, scilicet, per adoptionem; is siquidem Tiberium sibi assumsit.

Quæque ferunt illi pictos signantia Fastos,
  Tu quoque cum Druso præmia fratre feres.
Cæsaris arma canant alii; nos Cæsaris aras,
  Et quoscumque sacris addidit ille dies.
Annue conanti per laudes ire tuorum:
  Deque meo pavidos excute corde metus.
Da mihi te placidum; dederis in carmina vires.
  Ingenium vultu statque caditque tuo.
Pagina judicium docti subitura movetur
  Principis, ut Clario missa legenda Deo.
Quæ sit enim culti facundia sensimus oris,
  Civica pro trepidis cum tulit arma reis.
Scimus et, ad nostras cum se tulit impetus artes,
  Ingenii currant flumina quanta tui.

reportabis laudes radiantes fastos pictos, quas illi ferunt. Alii celebrent arma Cæsaris; nos altaria Cæsaris; et quoscumque dies ille adjecit sacris. Fave nitenti discurrere per laudes tuorum; et profliga timorem pavidum ex corde meo. Præbe te mihi lenem; præbueris vires ad versus scribendos: *ingenium valet et languet vultu tuo. Libellus venturus sub censuram Principis erudili angitur, tanquam missus legendus Deo Clario. Percepimus enim quæ sit eloquentia facundi oris, cum movit arma civica pro reis timidis. Novimus quoque quanta torrentia tui ingenii fluunt*

duo libri *signa dom.*—11 Pro *pictos* Fulv. Ursin. dedit *festos*; et mox *Fastus*; et sic nonnulli alii.—13 Thuan. et Mor. *arm. canunt al.* Scaliger conj. *C. arum.*—14 Sa. *ill. Deos.*—15 Thuan. et Mor. duo *ire Deorum.*—16 Unus Mor. *mea...mente.*—17 Aliqui *dederisque.* Et Arund. Be. et duo alii *in carmine v.*—18 Heins. malebat *Ing. nutu st.*—20 Fr. pro var. lect. et margo Gryphii *C. unus leg.*—21 Unus *docti* pro *culti*; et alius *fac. legimus or.*—23 Heins. conj. *Sensimus, ad nostr.* Mox duo libri *imp. curas.*—24 Unus liber *Ing. narrant fl.*

NOTÆ

11 *Pictos*] Minio, scilicet.

Signantia] Id est, quæ in Tabulas publicas seu Fastos memoriæ et honoris causa relata sunt. Præter enim Pontificales libros alii fuerunt duo, Fastorum nomine, in quorum altero varia dierum jura inscripta, solennia Deorum, ludi, feriæ, &c. altero Magistratuum prope omnium nomina continebantur.

12 *Druso*] Hic Tiberii fuit filius, adeoque Germanici frater adoptivus.

13 *Aras*] Quæ Augusto ob merita dedicatæ sunt, intelliga.

14 *Sacris*] Cum seu ob victorias, seu alios prosperos eventus, festos esse voluerit.

18 *Vultu*] Prout per illum favorem tuum aut iram intellexero.

19 *Pagina*] Hic liber meus.

Movetur] Commovetur atque tremit.

20 *Clario*] Hoc est, Apollini, cui Clarus urbs Ioniæ in minore Asia dicata, ubi templum et oraculum habuit; quod et Germanicum invisisse testatur Tacitus.

21 *Quæ sit*] Germanici benevolen-

Si licet, et fas est, vates rege vatis habenas:
  Auspice te felix totus ut annus eat.
Tempora digereret cum conditor Urbis, in anno
  Constituit menses quinque bis esse suo.
Scilicet arma magis, quam sidera, Romule, noras:
  Curaque finitimos vincere major erat.
Est tamen et ratio, Cæsar, quæ moverit illum:
  Erroremque suum quo tueatur habet.
Quod satis est, utero matris dum prodeat infans,
  Hoc anno statuit temporis esse satis.

cum ardor se vertit ad nostras artes. Si conceditur et fas est, tu *Poëta flecte lora Poëtæ, ut totus annus currat lætus te duce.——Cum ædificator Urbis distribueret tempora, statuit menses decem esse in suo anno. Nimirum, Romule, magis peritus eras bellorum quam astrorum: et majus erat votum superare vicinos. Est tamen dum causa, Cæsar, quæ impulerit illum: et habet quo defendat errorem suum. Quod ut satis, donec puerulus prorumpat ex ventre matris, hoc decrevit esse satis temporis*

—26 Plurimi *Scilicet et.* Nonnulli *ut* pro *et.*—26 *Auspice te lætus* Fr. a manu prima: quod, nisi sequeretur *totus*, non repudiarem. Si vero hæc lectio sit proba et vera, an non Celeberrimo Bentleio hic locus objici jure posset? qui ad Hor. Od. I. 7. nunquam *Auspicem* hoc sensu hominem, sed semper Deum dici, sine ulla dubitatione asseverat. Plerumque ita capi fateor, et ita etiam Noster infra IV. 830. et alibi: sed omnino et semper ita ausi vix posse affirmari puto. Quid enim faciet *auspici clamori, victoriæ*, et similibus, de quibus Gevart. Elect. I. 12. Vel an hic quoque præferendæ lectiones variantium codicum, *auspicio ut felix*, quod probatur Cl. Bentleio; vel *auspicio*, vel *auspice te felix?* vel an servata vulgari lectione Germanicus Deus et numen habendus? quod si voluit Poëta, vs. 6. *numine* etiam retineri posset, qua ut adesset devoto sibi, Naso precaretur. *Burm.*—27 *In annum;* et versu sequente, *suos* optimus Vaticanus: *in annum* et *suum* unus Heinsii et prima editio Veneta.—32 Voss. *qua* pro *quo;* et unus Med. *quo tueat. habe;* venuste, ju-

NOTÆ

dicium ab Oratoriæ et Poëticæ facultatis laude non imperite captat.

26 *Civica*] Defensiones intellige, seu orationes ad reos tuendos a Germanico paratas.

26 *Nostrus*] Poëticas, scilicet.

26 *Flumina*] Elegans metaphora sibi quid velit frustra credo indicaverim.

26 *Si licet*] Verecunde admodum et caute locutus.

26 *Auspice*] Istud vero maxime ingeniosum, quasi non sibi, sed omni generi humano aut publicæ faustitati consulere Naso videatur. Atque istud omne in Germanici laudem, ut suum faciat Poëta.

27 *Conditor*] Romulus, scilicet.

28 *Quinque bis*] Deceptum esse hac in parte Ovidium Plutarchus aliique crediderunt; neque temere, uti quidem opinor.

32 *Habet*] Has vero rationes Naso, non Romulus, confinxit.

33 *Quod satis*] Decem enim mensibus Lunaribus seu novem Solaribus perfectus in utero formatur infans. Verum nugatoria ad anni spatium

Per totidem menses a funere conjugis uxor
  Sustinet in vidua tristia signa domo.
Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,
  Cum rudibus populis annua jura daret.
Martis erat primus mensis, Venerisque secundus:
  Hæc generis princeps, ipsius ille pater.
Tertius a Senibus, Juvenum de nomine quartus:
  Quæ sequitur, numero turba notata fuit.
At Numa nec Janum, nec avitas præterit umbras;
  Mensibus antiquis apposuitque duos.

in annum. Conjux tolerat per totidem menses lugubria indicia in domo orbi mariti. Mens ergo Romuli trabeati istud advertit, cum diceret jura annua agrestibus. Primus mensis erat Martis, et secundus Veneris: hæc mater p ille pater ipsius. Tertius fuit dictus a Senibus, quartus de nomine Juvenum mensium quod sequitur fuit signatum numero. At Numa neque omisit neque Manes avitos; et addidit duos menses antiquis.——Ne tamen nec

dice Heins.—37 *Hoc* Heins. dedit ex multis scriptis et editis pro vulg. vitetur ambiguitas.—44 Olim edebatur *ant. addidit ille du.* Heins. *apposuitque* ex duobus F. uno Med. et Gottorph. multi habent *præpo*

NOTÆ

constituendum illa est ratio.

36 *Sustinet*] Quod ex tempore desumtum volunt, quo in utero latet infans.

Signa] Vestes puta lugubres, cupressos, quæ mortuorum domibus affigebantur.

37 *Trabeati*] Scilicet Romulus, qui et Quirinus post fata appellatus, trabea, ut regem decuit, fuit ornatus. Quanquam cujusmodi fuerit jucundum esset cernere.

38 *Annua*] Quæ ad anni rationem spectarent.

39 *Martis*] Utpote qui non modo Romulum genuisset, sed imperii Romani fundamenta posuisset.

Veneris] Dictum nempe volunt *Aprilem*, quasi *Aphrilem*, ab ἀφρὸς quod est *spuma*, unde nata Venus, quæ ideo *Aphrodite* appellata. Verum ad plaudendum Cæsaribus, qui ex Venere per Iulum atque Æneam natales suos repetebant, conficta ea vide mologia; quam alii ab *aperi* ab *apro* potius desumserunt, bitur suo loco.

40 *Generis*] Romani, scilicet Cæsares. Quare Martialis canum: 'Parce, sumus Mart sed et Veneris.'

41 *Tertius*] Mensi Maio bus, sicuti Junio a junioribus gratia, nomen impositum di quam Romulus populum in m juniores divisisset.

42 *Numero*] *Quintilis* nempe mensis appellatus; *Sextilis* septimus *September*, &c. Q postea Quintilis ab Julio *Julius*, Sextilis ab Augusto dictus est.

43 *Numa*] Qui secundus rum rex fuit.

Janum] Hunc bifrontem D antiquissimum Italiæ rege

Ne tamen ignores variorum jura dierum:
  Non habet officii Lucifer omnis idem.
Ille Nefastus erit, per quem tria verba silentur:
  Fastus erit, per quem lege licebit agi.
Neu toto perstare die sua jura putaris;
  Qui jam Fastus erit, mane Nefastus erat.
Nam simul exta Deo data sunt, licet omnia fari;
  Verbaque honoratus libera Prætor habet.
Est quoque, quo populum jus est includere septis:
  Est quoque, qui nono semper ab orbe redit.

variorum dierum: omnis dies non habet idem curæ. Ille dies erit Nefastus, per quem tres voces supprimuntur: Fastus erit per quem licebit agi lege. Neve crediderit sua jura permanere toto die, qui jam erit Fastus, erat Nefastus mane. Nam statim atque viscera oblata sunt Deo, fas est omnia dicere, et Prætor honoratus habet voces liberas. Est etiam, quo jus est retinere populum septis; est etiam qui

unus Mor. *postposuitq.*—46 *Officii* ex veterrimo Pat. pr. Med. et aliis quibusdam: vulg. *officium.*—49 *Neu* Burm. dedit ex F. et pluribus aliis pro vulg. *Nec.* Deinde Jun. et multi alii *præstare.* Voss. et Pet. *jur. putares;* duo alii *putetis.*—51 Med. unus *domo* pro *Deo:* Burm. conj. *foco.*—54 P. et tres alii

NOTÆ

Numa Januarium dicavit, neque prætermittet Naso: adeoque de eo plura jam proferre nihil est opus.

Avitas] Avorum animas, quibus sacrificia fieri Februario mense Numa instituit. De quibus secundo horum Fastorum.

46 *Lucifer*] Stella est, quæ cum Solem antecedit Lucifer, cum sequitur Vesper, appellatur: atque hic pro die ipso ponitur.

47 *Tria*] Do, Dico, Addico; id est, Do leges, Dico jus, Damno: vel, Do bonorum possessionem, Dico jus, Addico id de quo quæritur: quæ quidem verba a Prætore jus dicturo proferebantur.

48 *Lege agi*] Poterit Prætor secundum leges et instituta jus dicere.

49 *Toto perstare*] Intercisi vocabantur illi dies quibus, mane, verbi gratia, cumque fieret sacrificium, jus fari nefas; perfecto autem illo fas erat.

51 *Exta*] Viscera seu interiora vitalia dicit, quæ maxime extant, et Diis offerebantur.

52 *Libera habet*] Potest jus dicere.

53 *Quo populum*] De diebus comitialibus agit, quibus comitia habebantur, atque creandorum Magistratuum, et ferendorum suffragiorum causa populus conveniebat.

Septis] Septa dicebantur in Campo Martio locus ubi populus includebatur, suffragiorum gratia quando convocabatur.

54 *Ab orbe nono*] A nono Solis circuitu. Nundinales autem dies tangit, ad hoc institutos, ut postquam diebus octo in agris rustici opus fecissent, nono die, ad mercatum, legesque accipiendas, Romam venirent, urbanas rusticasque res ordinaturi.

Vindicat Ausonias Junonis cura Kalendas:
Idibus alba Jovi grandior agna cadit.
Nonarum tutela Deo caret. Omnibus istis
(Ne fallare cave) proximus Ater erit.
Omen ab eventu est: illis nam Roma diebus
Damna sub adverso tristia Marte tulit.

redit semper a die nono. Cura Junonis asserit Kalendas Latinas: Idibus agna candida major mactatur Jovi. Nonæ carent Deo asserente. Vide ne decipiaris, proximus omnibus istis erit infelix. Præsagium est ab eventu: nam diebus illis Roma passa est clades miseras sub infesto Marte. Ista sparsa per totos fastos semel

orb. venit.—55 Heins. malebat *A. Junonia cur.*—56 F. *I. illa J.* Heins. conj. *icta.* Quidam *J. gratior agn.* Dein Ursini et quatuor alii ex melioribus *cadet.* —58 Multi Codd. et Edd. etiam aliquæ *(Ne fallare) dies prox.*—59 Cant. et unus Heins. *Nomen* pro *Omen.*—60 Excerpt. Voss. septem Codd. et Ed.

NOTÆ

55 *Ausonias*] Latinas seu Romanas; Græcis namque nullæ fuerunt.

Junonis cura] Cujus Kalendarum die curam habebant; quæque adeo Kalendaris a Kalendis dicta. Majores autem, ut inquit Plutarchus, annum Jovis, menses Junonis esse existimarunt. Quippe hanc Dianam et Lunam esse crediderunt, ex cujus exortu initium mensium servaverunt. Atque, ut ex Macrobio discimus, priscis temporibus Pontifici minori hæc provincia delegabatur; ut novæ Lunæ primum observaret aspectum, visamque Regi sacrificulo nuntiaret. Sacrificio deinde a Rege et minore Pontifice celebrato, idem Pontifex, *calata*, hoc est vocata, in Capitolium plebe, quot numero dies a Kalendis ad Nonas superessent pronuntiabat: et quintanas quidem, dicto quinquies verbo καλῶ, hoc est, voco, septimanas, repetito septies, prædicabat. Hunc vero diem, qui ex his qui kalarentur primus esset, placuit Kalendas vocari. Nonas quod attinet, immo et Idus, si quis earum rationem perspectam habere cupit, ex duobus sequentibus versibus id facile consequetur: 'Sex Maius Nonas, October, Julius, et Mars; Quatuor at reliqui; dabit Idus quilibet Octo.'

56 *Idibus*] Idus appellabantur dies, qui mensem prope in duas partes dividebant; atque in decimum tertium aut decimum quintum illius, pro vario Nonarum numero, incidebant. Vox a Thuscis derivata, qui *iduare* pro *dividuere*, et quod nunc obtinet *dividere*, dicebant.

Agna] Idulis illa, sacra Idulia ab Idibus nuncupata sunt.

57 *Nonarum*] Nonæ inde dictæ quod ab eo die ad Idus novem sunt dies. Quatuor vero aut sex a Kalendis proximi ad eas Nonas ita spectabant, ut quintus vel septimus Nonarum nomine appellaretur; ceteri per numeros; sic, verbi gratia, 'quarto Nonas,' id est, ante Nonas significarentur; nisi quod nunquam 'secundo,' sed 'pridie Nonas' dicerent, siquidem præcederet, non dies sequeretur.

Tutela Deo] Hypallage, pro, Nonæ carent tutela Dei, quia Nonis nulli sacrificatur.

58 *Proximus*] Qui sequitur Kalendas, Nonas, et Idus. Postriduani ideo dicti sunt, qui et 'Atri,' atque 'Allienses' propter infelicem pugnam ad Alliam

Hæc mihi dicta semel, totis hærentia Fastis,
(Ne seriem rerum scindere cogar) erunt.
Ecce tibi faustum, Germanice, nuntiat annum,
Inque meo primus carmine Janus adest.
Jane biceps, anni tacite labentis origo,
Solus de Superis qui tua terga vides;
Dexter ades Ducibus; quorum secura labore
Otia terra ferax, otia pontus agit.
Dexter ades Patribusque tuis, Populoque Quirini:
Et resera nutu candida templa tuo.

narrata a me fuerint, ne cogar abrumpere ordinem rerum.——Ecce Janus prædicit tibi annum lætum, Germanice, et est primus in meo poëmate. Jane bifrons, initium anni per silentium fluentis, qui solus de cœlestibus aspicis tua terga, fave ducibus, quorum labore tellus fertilis tuto agitat pacem, mare agitat pacem. Favi et Patribus tuis, et Populo Quirini: et aperi alba templa tuo numine. Dies læta

Gryph. *sub averso:* unus Cod. *immenso.* Deinde unus V. *grandia M.*—61 *Mihi* est ex plerisque vett. pro vulg. *tibi.*—62 Ursini lib. *rer. condere cog.* duo alii *fudere;* et V. *fundere.* Pro *erunt* etiam *eunt* in uno Cod.—64 *Primus* ex melioribus recepit Heins. pro vulg. *primum.* Mox sex libri *J. erit.*—65 Quidam *J. bifrons:* utrumque, judice Burm. exemplis vindicari possunt. Mox Pol. et Arund. *labent. imago.*—68 *Agit* ex septem vett. placet Heins. præ vulg. *habet.*—69 Pro *tuis* Burm. conj. *tui.* Deinde in Pet. et tribus aliis *ducibusq. Q.*—

NOTÆ

flumen: quibus nec quoquam exire, nec rem ullam novam ordiri, nec Jovem, nec Janum, nec quenquam Superum præfari fas putabant.

59 *Ab eventu*] Ab eo quod his diebus accidit, et ab aruspicibus Senatus jussa observatum; postridie Idus Quintiles contra Senones, verbi gratia, dimicaturum Q. Sulpitium sacrificasse, quod male cessit: item ad Cremeram, multisque allis locis, infeliciter dimicatum.

61 *Totis hærentia*] Quia singulis mensibus hæc recurrunt, de quibus adeoque Fastorum libri agunt.

68 *Faustum*] Antiquissimo eoque laudatissimo more, quia bona omnia Januarii Kalendis vovere, et bona auspicia captare consueverant, Germanico faustum annum nuntiare Janum, cui primus mensis sacer, dicit Poëta.

64 *Primus*] Quia, scilicet, et Jupiter est et Sol, diei et anni pater, a quo adeoque incipiendum, siquidem et ideo primum mensem illi consecrarunt. Quanquam de Jano, qui nullus fuit, quæcumque dicta, si Arnobio credimus, falsa sunt, et Mosi imposita larva.

65 *Biceps*] Biceps seu bifrons ideo pingebatur, vel quod Græcus inter Italos pristinæ linguæ usum ac vitæ rationem mutaverit; vel quod et præterita sciverit rex prudens, et futura providerit; vel quod homines agrestes mansuefecerit.

66 *Vides*] Quia, scilicet, bifrons.

67 *Ducibus*] Cæsaribus, Augusto, Tiberio, Germanico.

69 *Patribus*] Senatui.

Populo Quirini] Populo Romano.

70 *Nutu*] Quia januis præsidebat;

Prospera lux oritur: linguisque animisque favete;
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures; insanaque protinus absint
Jurgia: differ opus, livida lingua, tuum.
Cernis, odoratis ut luceat ignibus æther;
Et sonet accensis spica Cilissa focis?
Flamma nitore suo templorum verberat aurum,
Et tremulum summa spargit in æde jubar.
Vestibus intactis Tarpeias itur in arces:
Et populus festo concolor ipse suo est.
Jamque novi præëunt fasces; nova purpura fulget:
Et nova conspicuum pondera sentit ebur.

oritur; favete linguis et animis. Nunc faustæ voces sunt proferendæ fausto die. Aures careant jurgiis; et rixæ furiosæ continuo tollantur: lingua invida, differ opus tuum. Videne quomodo aër splendeat flammis odoratis: et spica Cilissa crepitet altaribus incensis? Flamma irradiat splendore suo aurum templorum, et spargit fulgorem tremulum in supremo templo. Conceditur in arces Tarpeias vestimentis novis, et ipse populus est concolor suo festo. Jamque novi fasces antecedunt, nova

70 Pro *candida* Heins. volebat *condita*.—71 Arund. Voss. et Hamburg. *Proxima lux;* V. et alius *Postera*. Dein unus V. Ma. et Ursini liber *linguis anim.* omisso *que*.—72 Excerpt. Voss. *Hæc dic.* et plurimi Codd. et Edd. *bona*.—73 Arund. *vac. omnes; insanaq.* Et Jun. *vesanaque*. V. *longius abs*.—74 *Lingua* ex melioribus; ceteri *turba*.—76 P. *Personet acc.* Deinde nonnulli *spic. Falisca;* unus *Calisca:* Heins. olim conjecerat *Lybissa*. Tum Be. *rogis*.—77 V. et F. *templ. verberet aur.* unde Heins. in seq. vs. *spargat:* ubi F. habet *spargit*, et Fr. *sparsit*, at *spargit* pro var. lect. quinque libri *surgit;* et Voss. *tendit*.—79 Plurimi *ad* pro *in*.—81 Fr. *fasc. præ.* inverso ordine.—82 Excerpt. D. et

NOTÆ

quamobrem et clavem dextra, ex nonnullorum sententia, gerebat.

Templa] Non sua, quæ aperta belli indicium erant; sed allorum Deorum, quibus primum in Italia templa posuisse scripsit Xenophon.

71 *Prospera*] Novo Magistratu, votis et ominibus lætis, muneribus, &c.

72 *Lite vacent*] Scilicet tam bonus dies litium et jurgiorum debuit habere quietem, ut loquitur Cicero.

74 *Opus*] Quod in contestandis litibus est situm.

75 *Odoratis*] Thure aliisque odoribus in Deorum honorem accensis.

76 *Spica*] De nardo intellige, qui non modo in Syria, sed et in Cilicia Syriæ juncta, nascitur. Inepte enim de croco nonnulli exposuerunt.

77 *Verberat*] Irradiat.

78 *Tremulum*] Ex flammæ agitatione.

79 *Intactis*] Novis, atque anno novo concoloribus.

Tarpeias] In Capitolinum montem, ubi templum Jovis; cui a Tarpeia virgine Vestali, ibi ab iisdem Sabinis obruta quibus arcem prodiderat, illud datum nomen.

Itur] Solenni enim officio a Senatu et populo in Capitolium Consules Magistratum inituri Kalendis Janua-

les operâm præbent ferienda juvenci,
aluit campis herba Falisca suis.
arce sua totum cum spectet in orbem;
i Romanum, quod tueatur, habet.
:ta dies, meliorque revertere semper,
ulo rerum digna potente coli.
men esse Deum te dicam, Jane biformis?
ibi par nullum Græcia numen habet.
ıl causam, cur de cœlestibus unus,
quod a tergo, sitque quod ante, vides.
cum sumtis agitarem mente tabellis;
ior visa est, quam fuit ante, domus.
er, ancipiti mirandus imagine, Janus
epens oculis obtulit ora meis.

mdet; et ebur nitens sentit nova onera. Tauri inexperti jugum, quos
n nutrivit in campis suis, offerunt cervices percutiendas. Cum Jupiter
n totum orbem ex arce sua, nihil habet quod servet nisi Romanum,
n dies, et redi semper lætior, digna coli a populo domino rerum. Quem
n dicam te esse, Jane bifrons? Nam Græcia nullum habet Deum tibi
De simul rationem, quamobrem solus de superis cernis quod sit a tergo,
inte. Cum ego hæc volverem animo tabellis assumtis, domus visa est
quam fuit prius. Tum sacer Janus mirandus forma duplici subito

odd. *nov. perspicuum pond.*—83 Pet. *rud. tauri p. f. securi:* multi *ecuri.*—84 In nonnullis *camp. terra F.*—85 Unus liber et Excerpt. *ectat;* Voss. *conspectet.*—87 Ex vett. Heins. profert *læta:* vulg. Alii *Idque q. a terg. est, idque:* Heinsius volebat *fitque* in utroque Bryph. *Hoc ego.* Mox Thuan. *agit. in ment.*—94 Excerpt. Voss. Pol. *ant. dies,* quod nec absurdum putat Burm.—96 Multi scripti *re-*

NOTÆ

ıbantur.
s] Duodecim illi, scilicet, libus præferebantur.
] Per purpuram togas pictas s intellige, Consulum præ-

] Quia novi Consules sellam ɔurneam premebant. 'ro sella curuli eburnea, seu ɔrata, posuit.
s] Jugo nunquam pressi.
] Non enim rite immolabantur hostia refugeret.
s *aluit*] Jam diximus, in superioribus, apud Faliscos, qui olim Hetruriæ populi fuerunt, fluvium fuisse quendam, cujus potata aqua candidos boves efficeret. Singuli vero hujusmodi a singulis Consulibus Jovi in Capitolio immolabantur.

85 *Arce*] Æthere, scilicet, illi assignato. Dicta vero hæc sunt ob majestatem et Imperii Romani, magnitudinem.

87 *Dies*] Diem per respectum ad homines Deosque salvere jubet.

88 *Populo*] Romano, scilicet, gentium domino.

Obstupui; sensique metu riguisse capillos:
Et gelidum subito frigore pectus erat.
Ille tenens dextra baculum, clavemque sinistra,
Edidit hos nobis ore priore sonos:
Disce, metu posito, vates operose dierum,
Quod petis: et voces percipe mente meas.
Me Chaos antiqui (nam res sum prisca) vocabant.
Aspice, quam longi temporis acta canam.
Lucidus hic aër, et, quæ tria corpora restant,
Ignis, aquæ, tellus, unus acervus erant.
Ut semel hæc rerum secessit lite suarum,
Inque novas abiit massa soluta domos;

exhibuit vultus binos oculis meis. Obstupui, et adverti comam stetisse horrore, et pectus erat rigidum repentino frigore. Ille tractans baculum dextra, et clavem sinistra, reddidit nobis has voces ore anteriore: Vates laboriose dierum, accipe, timore omisso, quod quæris, et assequere animo verba mea. Prisci appellabant me Chaos, nam sum res antiqua. Vide quam remoti temporis dicam facta. Hic aër splendidus, et tria corpora quæ supersunt, Ignis, Aqua, Terra, erant unus cumulus. Postquam hæc massa divisa discordia rerum suarum disgregata est, et secessit in

****

pente pro *repens*.—97 Ex melioribus Heins. profert *Obstupui*; vulg. *Extimui*: Excerpt. Voss. *Excrucior*. Be. cum duobus aliis *meos* pro *metu*.—99 Fr. *bac. dextr.* inverso ordine: et mox unus lib. *clavamque*.—102 In Hamburg. *et vires*; quod non displicet Heins. Tum vulg. legebatur *concipe*; sed plurimi vett. habent *percipe*.—103 Voss. *C. antiquum*. Deinde vulg. legebatur *nam sum res*: Strozzæ *sum nam res*; et Excerpt. Voss. *qui* vel *quæ sum res*.—104 Mor. unus et septem alii *Accipe, quam*.—105 Excerpt. Voss. *tr. nomina rest*.—106 Olim edebatur *aqua et tellus*; Heins. ex Pet. et tribus aliis reposuit *aquæ*, et delevit *et*: quidam etiam *aqua tellus*. In Fr. et quibusdam aliis

NOTÆ

90 *Græcia*] Fabularum et Deorum inventrix.

95 *Ancipiti*] Duplici et bifronti.

96 *Repens*] Subito atque repente se Janus Poëtæ obtulit.

97 *Riguisse*] Naturale est, ut ex metu aut horrore capilli rigeant.

99 *Baculum, clavemque*] Apposite sane janitori et omnium portarum et viarum custodi, ad vim repellendam, et claudendas et reserandas fores. Quanquam alii in dextra clavem non imperite, si res ipsas spectes, reposuerunt. Admonuimus enim jam Moscm per ista omnia larvatum.

100 *Priore*] Ut melius Poëta audiret, quam si eo, quod a tergo erat, locutus esset.

101 *Operose*] Multo vero studio et magna opera hanc dierum rationem scripsit Naso.

103 *Antiqui*] Hæc namque manifeste ab Hesiodo, atque aliis deinde, ex Mosis ipsius verbis conficta.

Prisca] Quippe quæ ante digestum orbem extitit.

105 *Tria*] Ignis, scilicet, Terra, et Aqua, cum Aëre, unum quid erant, 'rudis indigestaque moles.'

107 *Lite*] 'Quia corpore in uno

Flamma petît altum; propior locus aëra cepit:
Sederunt medio terra frotumque solo.
Tunc ego, qui fueram globus, et sine imagine moles,
In faciem redii dignaque membra Deo.
Nunc quoque, confusæ quondam nota parva figuræ,
Ante quod est in me, postque videtur idem.
Accipe, quæsitæ quæ causa sit altera formæ;
Hanc simul ut noris, officiumque meum.
Quicquid ubique vides, cœlum, mare, nubila, terras,
Omnia sunt nostra clausa patentque manu.
Me penes est unum vasti custodia mundi:
Et jus vertendi cardinis omne meum est.

nova domos; ignis ubiit in sublime, locus propior excepit aërem; tellus et mare occupaverunt sedem mediam. Tunc ego qui fueram globus, et massa sine forma, mutatus sum in vultus et artus dignos Deo. Nunc etiam, quod est *parvum indicium formæ confusæ, quod est ante et post in me apparet idem. Disce quæ alia sit causa figuræ petitæ: ut simul noveris eam et officium meum. Quicquid cernis ubique, cœlum, mare, aërem, terram, omnia claudantur et reserantur nostra manu. Custodia magni mundi est in mei unius potestate; et jus omne poli vertendi est meum.*

---

cern. erat.—109 *Cælum flamma petit* in vulgatis legebatur; at hic pro *Cælum* plerique habebant *Altum*; nisi quod Ursini liber et Pet. veterrimus cum decem aliis *Fl. pet. alt.* scil. *petit* contracte pro *petiit*.—110 Ex melioribus Heins. recepit *solo* pro vulg. *loco*.—113 Olim edebatur *conf. quonium n. p. figura est:* Cod. Ursini, Gottorph. et unus V. *quondam:* deinde pro *parva* Voss. *prima:* unde Burm. conj. *priva figuræ*. Denique vulg. *est* libri plerique non agnoscunt.—115 In uno vet. Cod. Neapolis invenit *quæ sit caus. altera form.*—117 Excerpt. Voss. *sidera* pro *nubila*.—119 Ed. Neapolit. *vast. concordia mund.* ut in Hamburg. Med. V. et aliis: in ceteris *custodia*.—121 Unus

NOTÆ

frigida pugnabant calidis, humentia siccis,' &c. ut dictum in Metamorph. 'Quam Deus et melior litem Natura diremit:' Nasoni nostro si fidem habeas, qui melius multo illic quam hic Janus rem ipsam aperuit.

108 *Novus*] Quippe, 'Ignea convexi vis et sine pondere cœli Emicuit, summaque locum sibi legit in arce,' &c. Vide in Metam.

111 *Qui fueram*] Ridicule admodum de se prædicat iste Deus. Verum ex cæcorum hominum, ne dicam opinione, sed inepta insulsitate loquitur.

114 *Ante quod*] Quasi dicat non totum fuisse distinctum, qui idem anterior et posterior sit.

115 *Quæsita*] Dixerat Naso: 'Ede simul causam cur de cœlestibus,' &c.

116 *Officium*] Potestas est et numen.

117 *Nubila*] Pro aëre posuit.

118 *Clausa*] Quamobrem clavem gestat Janus.

120 *Cardinis*] Pro cœlo, cui cardines affinxerunt, seu polos, in quibus verteretur.

Cum libuit Pacem placidis emittere tectis;
  Libera perpetuas ambulat illa vias.
Sanguine letifero totus miscebitur orbis,
  Ni teneant rigidæ condita bella seræ.
Præsideo foribus cœli cum mitibus Horis:
  It, redit officio Jupiter ipse meo.
Inde vocor Janus. Cui cum Cereale sacerdos
  Imponit libum, mixtaque farra sali,
Nomina ridebis: modo namque Patulcius idem,
  Et modo sacrifico Clusius ore vocor.

Quando placuit emittere Pacem templis tranquillis, illa libera incedit per vias continuas. Totus mundus spargetur cruore mortifero, nisi firmæ seræ reprimant clausa bella. Imperium habeo in claustra cœli cum lenibus Horis: ipse Jupiter meat atque remeat officio meo. Inde appellor Janus: cui cum Sacerdos admovet libum, et farra mixta sali, ridebis nomina; namque idem nunc dicor Patulcius, nunc Clusius ore Sacerdotis. Nimirum

Pat. *plac. immittere*, et Pol. et quatuor *emittere terris*: H. *immittere rebus*, quod placebat Heins. *Tectis* pro vulg. *textis*, ut alibi, etiam hic reposuit Burm. —122 *Perpetuas* est ex libr. Ursini, et alio quodam: vulg. *per tutas*; tres libri *per totas*.—123 Mor. *Sang. lucifero*, quod pro *luctifero* accipiebat Heins. —126 Sic Heins. ex Voss. et septem aliis: vulg. *Et red. off. J. itque m.*— 127 Be. *mihi* pro *cui*.—128 Heins. conj. *Seponit lib.* vel *Apposuit*, vel *Jam posuit*: liber Strozzæ *Imposuit*. Dein pro *sale*, quod plurimi scripti et editi habent, Burm. reposuit *sali*.—130 Quidam etiam *Clausius*.—131 Plurimi

NOTÆ

121 *Tectis*] Templis. Ad morem alludit claudendi pace, vel aperiendi bello, Jani templum. Qui quidem mos ex eo tractus, quod cum adversus Sabinos Romulus pugnaret, calidæ aquæ vis magna ex eo loco ubi deinde Jani ædes eruperit, quæ hostes fugaverit.

125 *Foribus*] Per Janum, inquit Macrobius, volunt Solem demonstrari, et ideo bifrontem, quasi utriusque januæ cœlestis, ortus et occasus, potentem.

Mitibus] Vel quia in genere lenissime omnes fluunt; vel quia matutinæ et vespertinæ ceteris magis temperatæ.

Horis] Non Poëtice modo, sed et Physice, dictum istud.

126 *Jupiter*] Pro luce ipsa, seu die, posuit.

127 *Inde*] Sunt tamen qui potius a Jano januæ nomen derivent; cui ideo introitus et exitus ædium consecrati, quod eo regnante omnium domus religione ac sanctitate munitæ sint. Cicero ab Eundo Jani, quasi *Eani*, nomen derivavit. Alii a Chao deduxerunt. Quidam a *Javan*, quod Japheti filio nomen fuit. Alii alia comminiscuntur.

Cereale] Quia Ceres frugum Dea. 'Janual' vero illud Libum appellabatur quod Jano tantummodo libabatur: de quo Festus, quem vide.

128 *Mixta*] Mola dicebatur far tostum et sale aparsum.

129 *Patulcius*] A patendo.

130 *Clusius*] A claudendo: uti ab ipso Jano mox dicetur.

Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas . . . .
Nomine diversas significare vices.
Vis mea narrata est: causam nunc disce figuræ.
Jam tamen hanc aliqua tu quoque parte vides.
Omnis habet geminas, hinc atque hinc, janua frontes:
E quibus hæc populum spectat; at illa Larem.
Utque, sedens vester primi prope limina tecti,
Janitor egressus introitusque videt;
Sic ego prospicio, cœlestis janitor aulæ,
Eoas partes Hesperiasque simul.
Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Servet ut in ternas compita secta vias.
Et mihi, ne flexu cervicis tempora perdam,
Cernere non moto corpore bina licet.

illa antiquitas imperita voluit indicare vices diversas nomine alterno. Potestas mea declarata est: nunc accipe rationem formæ. Cernis tamen tu etiam hanc parte aliqua. Omnis janua habet duas frontes hinc atque hinc; e quibus hæc respicit populum, at illa domum. Atque ut vester janitor sedens ad limina primæ domus aspicit exitus et ingressus; ita ego janitor regiæ cœlestis simul video partes quæ ad ortum et quæ ad occasum spectant. Cernis vultus Hecates flexos in tres partes, ut custodiat trivia divisa in ternas vias. Possum quoque videre bina corpore non

---

Scil. aterno, et *valuit rud.* duo *vovit:* Heins. malebat *alternas;* et vs. seq. *diverso.*—134 Lib. Strozzæ *aliq. parte videre potes.*—136 Tres libri *hæc populos;* et Gottorph. *spectet:* dein in quibusdam *et* pro *at.*—137 Gottorph. *Utq. solet vest.* Quidam etiam libri *vest. vestri prop.*—139 Meliores *perspicio*, teste Heins. at Burm. vulgatam censet servandam; duabus enim frontibus simul duas partes Janum prospicere.—141 Excerpt. Voss. *in terras ignea partes: unus tres urgentia p.* alius *versantia;* et vulg. *vertentia;* qua ex libris melioribus Heins. reposuit *vergentia.* Deinde Excerpt. Kloekhovii *tres...portas;* et unus Mor. *formas.*—142 Maz. *ubi* pro *ut.*—144 V. *mot. cardine bin.* Pet. et Sa.

NOTÆ

132 *Vices*] Aperiendi et claudendi. Cautio vero fuit maxima superstitiosæ antiquitati, ne quid officiorum aut nominum divinorum in sacris suis prætermitterent.

134 *Aliqua*] Multa namque jam eo spectantia vidimus.

136 *Larem*] Pro domo, aut iis quæ sunt domi, posuit.

140 *Eoas*] Quæ ad Auroram et Orientem spectant.

Hesperias] Quæ ad Hesperum stellam, seu Occidentem, pertinent.

141 *Ora*] Ab exemplo ostendit sibi quamobrem sit frons duplex.

Hecates] Hæc plurimis aliis nominibus insignita Cereris filia, Plutónis conjux, in Inferis Proserpina, in nemoribus Diana, in cœlo Luna appellatur.

Tres] Quia tricipitem esse finxerunt hanc, quæ a matre in trivio exposita, trivils præesse credita, atque in iis culta.

Dixerat: et vultu, si plura requirere vellem,
Se mihi difficilem non fore, fassus erat.
Sumsi animum, gratesque Deo non territus egi:
Verbaque sum spectans pauca locutus humum.
Dic, age, frigoribus quare novus incipit annus,
Qui melius per ver incipiendus erat?
Omnia tunc florent: tunc est nova temporis ætas:
Et nova de gravido palmite gemma tumet.
Et modo formatis amicitur vitibus arbos,
Prodit et in summum seminis herba solum:
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,
Ludit et in pratis luxuriatque pecus.
Tum blandi soles: ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe fingit opus.
Tum patitur cultus ager, et renovatur aratro.
Hæc anni novitas jure vocanda fuit.

moto, ne teram tempus flexu colli. Absolverat; et indicaverat vultu, se non futurum mihi durum, si vellem petere plura. Collegi animos, et intrepidus egi gratias Deo, et protuli paucas voces respiciens terram. Aperi, quæso, quamobrem novus annus, qui melius erat incipiendus per ver, inchoatur frigoribus? Omnia tunc florent: tunc ætas temporis est nova; et gemma seu oculus recens *tumet de gravido palmite. Et arbor vestitur vitibus nunc formatis; et herba seminis protruditur in extremam terram: et aves deliniunt aërem tepidum concentibus, et pecus saltat et luxuriat in pratis. Tum Soles lenes, atque hirundo nova prodit, et fingit opus luteum sub tigno sublimi. Tum ager colitur, et renovatur aratro: hæc merito fuit appellanda novitas anni. Peticeram multis: ille non*

plura lic.—146 *Fassus* cum melioribus Heins. præfert vulg. *pactus*. Fr. *Diffic. mih. se* mutato ordine.—148 Excerpt. Voss. Be. et decem alii *Verbaq. suspectans*; unus *despectans*.—153 *Amicitur vitibus* recepit Heins. ex Ursini libr. Maz. et septem aliis; vulg. *operitur frondibus*; et quatuor *amicitur frondibus*, quod neque displicet Heins. *Arbos* etiam, ut alibi, reposuit idem ex quinque melioribus et pr. Ed.—154 Jun. *Graminis* pro *seminis*.—155 Mor. unus et Jun. *aër. complent*; alius *miscent*.—158 Pet. et multi alii exhibent τὸ *fingit*, quod Heins. impense arridet: olim edebatur *figit*: quidam etiam *nectit*, ut Amor. I. 14. 'Cum leve deserta sub trabe nectit opus.' — 159 Non

NOTÆ

148 *Spectans*] Quia fulgidus et radiatus Jani vultus quem humana acies ferre non posset: deinde venerationis causa.

150 *Melius*] Quia, scilicet, verno tempore omnia revirescunt, et quasi renovantur.

153 *Amicitur*] Notum vero quomodo ulmis aut populis adjungantur vites.

154 *Seminis herba*] Quæ ex semine progerminat.

157 *Ignota*] Vel quia unde redeat nescimus vel quia nova et per hyemem remota.

158 *Luteum*] Nidum ex luto.

Quæsieram multis: non multis ille moratus,
Contulit in versus sic sua verba duos.
Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis:
Principium capiunt Phœbus et annus idem.
Post ea mirabar, cur non sine litibus esset
Prima dies. Causam percipe, Janus ait.
Tempora commisi nascentia rebus agendis,
Totus ab auspicio ne foret annus iners.
Quisque suas artes ob idem delibat agendo:
Nec plus quam solitum testificatur opus.
Mox ego; Cur, quamvis aliorum numina placem,
Jane, tibi primo thura merumque fero?
Ut per me possis aditum, qui limina servo,
Ad quoscumque velim prorsus, habere Deos.

delinuit me *multis: comprehendit sic suam orationem duobus versibus. Solstitium est initium novi Solis, et extremum antiqui: Sol et annus sumunt idem initium. Mirabar deinde, quamobrem prima dies non esset sine certaminibus. Rationem dixe, inquit Janus. Assignavi tempora orientia rebus agendis, ne totus annus esset desidiosus ab auspicio. Quisque ideo attingit suas artes agendo; nec amplius quam profitetur opus consuetum. Continuo ego* petivi; *Quamobrem, Jane, tametsi studeam placare numina aliorum* Deorum, *offero tibi primo thura et vinum? Ut per me, qui custodio fores, possis consequi accessum ad Deos quoscumque velim prorsus.*

agnosco hic numeros Ovidianos. Forte scribendum, *Tunc cultum patietur ager renovatus aratro.* Heins. Pro *aratro* Jun. et unus Heins. *arando.*—160 Voss. et sex alii *Hæc anno nov.*—165 Heins. malebat *Postea scitabar.*—169 Multi ex scriptis *art. ibidem del.* alii *obid, obide, inibi,* et similia: legit Heins. *obit et del.* vel *obiter del.* et Burm. *suas partes obiter del.* nam *partes* erat in Excerpt. Kloekhovii; et *obiter* in Bullialdi Cod. Mox Jun. *prælibat.*—172 *Primo* ex melioribus; vulg. *primum.* Deinde Strozzæ lib. *thur. precemque.*—174 *Velim* Heins. recepit ex lib. Fulv. Ursin. pro vulg. *voles:* Maz.

NOTÆ

159 *Patitur cultus*] Colitur.

163 *Bruma*] Solstitium hybernum.

164 *Phœbus*] Non alia re sane; siquidem tenebrarum et quasi mortis tempus a Sole diminuitur, lucisque et vitæ ab eodem accessu suo augetur.

165 *Non sine*] Auspicii enim gratia, non lucri, generis omnis opus Kalendis Januariis instaurabant, et suæ artis professionem aperiebant; causidici etiam litium suarum aliquid agitabant.

167 *Tempora nascentia*] Anni principium.

168 *Ne foret*] Qui enim per inertiam primo anni die auspicatus esset, pergere ita deinceps videretur.

170 *Nec plus*] Id unum quæsitum, ut bono omine artem suam quisque profiteretur.

171 *Placem*] Placare studeam votis atque sacrificiis.

173 *Ut possis*] Annon hac in parte

At cur læta tuis dicuntur verba Kalendis,
  Et damus alternas, accipimusque preces?
Tum Deus incumbens baculo, quem dextra gerebat,
  Omina principiis, inquit, inesse solent.
Ad primam vocem timidas advertitis aures:
  Et visam primum consulit augur avem.
Templa patent auresque Deum: nec lingua caducas
  Concipit ulla preces, dictaque pondus habent.
Desierat paucis: nec longa silentia feci;
  Sed tetigi verbis ultima verba meis:
Quid vult palma sibi, rugosaque carica, dixi,
  Et data sub niveo candida mella favo?

At quamobrem voces faustæ proferuntur tuis Calendis; et exhibemus atque accipimus preces alternas. Tum Deus innitens scipioni, quem ferebat dextra; Præsagia, inquit, consueverunt inesse exordiis. Advertitis aures pavidas ad primam vocem; et augur consulit alitem primum visam. Templa et aures Deorum sunt apertæ: neque ulla lingua concipit vota infirma: et dicta sunt efficacia. Absolverat paucis; neque diu tacui; sed tetigi novissimas voces verbis meis: Quid, dixi, significat palma, et carica rugosa, et mella alba oblata sub candido favo? Præsagium, inquit, est

---

etiam *velis*.—176 Erfurt. *suscipimusque prec.* Pet. unus *accipimusq. notas.*—177 Heins. volebat *incumb. baculum, quod d. ger.* Ex potioribus scriptis *gerebat* repositum est; vulg. *tenebat:* V. optimus, et Excerpt. Kloekhovii *regebat;* Voss. *tegebat.*—178 Scripti et editi quidam *Omnia princ.*—179 Ursini. *Ad primas voces tim. convertitis aur.* lib. Ma. *advertitis.* Ciofan. Ponam mei libri scripturam veterem: *tim. convertitis aur.* in alio, *advertitis.* Neapol. *Tim. advertitis aur.* scripti nostri fere omnes: malim, *adverteris,* vel, *advertimur:* nam *advertimus* in nonnullis extat Codd. *Heins.* Vulg. edebatur *advertimus.*—180 Ceteri *Et pr. vis.* mutato ordine.—182 Jun. *Accipit ull.* et quidam editi *illa pr.*—183 Ex Maz. Heins. recepit *paucis;* vulg. *Janus.* Mox F. tres, et Med. *silent. cepi.*—185 V. *rugosaq. cortice, dix.*—186 *Candida* reposuit Heins.

NOTÆ

Moses insigniter depictus, qui Dei ad populum Israëliticum, tum populi ad Deum, vox fuit?

177 *Incumbens*] Quasi ad rem arduam sese componens: neque temere. Namque ut dimidium facti, qui cœpit, habet, si Horatio nostro credimus, ita certe difficile omnia prope ut par est auspicari: et quod dicit Janus serio animadvertendum.

179 *Vocem*] Cum auribus oscinum avium captatur augurium.

Timidas] Quia incerti bonumne an malum futurum omen.

180 *Avem*] Quando ex præpetum avium volatu auspicia captabant.

181 *Patent*] Jano duce, scilicet.

Caducas] Irritas, quæ ad numinis surdas aures non perveniant. 'Caduca auspicia' dixerunt veteres, si quid, virga, verbi gratia, manu in templo excideret.

184 *Ultima*] Quæ protulerat Janus, scilicet.

185 *Palma*] Palmarum fructus. *Data dattes.*

Omen, ait, causa est, ut res sapor ille sequatur,
Et peragat cœptum dulcis ut annus iter.
Dulcia cur dentur video: stipis adjice causam,
Pars mihi de festo ne labet ulla tuo.
Risit; et, O quam te fallunt tua sæcula, dixit,
Qui stipe mel sumta dulcius esse putes!
Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,
Cujus non animo dulcia lucra forent.
Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi.
Vix ultra, quo jam progrediatur, habet.
Pluris opes nunc sunt, quam prisci temporis annis;
Dum populus pauper, dum nova Roma fuit:
Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis ulva torum.

ratio; ut sapor ille contingat rebus, et ut dulcis annus absolcat iter institutum. Cerno quamobrem dulcia offerantur; adde causam nummi, ne pars ulla mihi excidat de festo tuo. Risit; atque inquit, O quam tua ætas tibi est parum perspecta, qui credas mel esse suavius nummo accepto! Vix ego aspiciebam quenquam Saturno regnum obtinente, cujus ingenio quæstus non esset gratus. Desiderium habendi auctum est cum tempore, quod nunc est extremum. Vix habet quo jam procedat longius. Divitiæ nunc sunt cariores, quam annis veteris temporis, dum populus fuit egenus, dum Roma fuit nova; dum exile tugurium tenebat Quirinum Marte genitum, et ulva fluvii præbebat tenuem lectum. Vix Jupiter totus stabat in tem-

---

ex Voss. Arund. et aliis nonnullis pro vulg. *condita*.—188 Max. *Et pergat cept.*—192 *Putes* ex Ursini lib. et quinque aliis dedit Heins. pro vulg. *putas*.—196 Voss. *Vix summum quo*. Tò *quo* est in tribus V. et Ma. vulg. *qua*.—200 Pro *ulva* in tribus scriptis extat *herba*; et in Jun. Thuan. et sex aliis

NOTÆ

Carica] Genus est fici, cujus in Caria copia fuit maxima. Pro quibusvis autem aridis, adeoque rugosis, hic ponantur.

187 *Res sapor*] Hypallage. Id est, ut Res omnes per totum annum, sicut sapor dulcium illorum, sint dulces. Anilis superstitio. Quanquam non male fecit, qui absque ea de renovandis suis et in melius effingendis rebus, novo anno, cogitaverit.

189 *Stipis*] Stipa nummus est signatus, Festo auctore.

191 *Fallunt*] Quia Nasonis quoque temporibus auri sacra fames pleroque exercebat.

192 *Putes*] Non enim in dulcibus stipem recensuerat Naso.

193 *Saturno*] Qui Deus antiquissimus, cœlo pulsus, apud Janum regem in Italia latuit, a quo et in regni societatem vocatus fuit.

194 *Non animo*] Adeoque ab omni ævo lucrum dulce; quod minus intelligere videbatur Naso, qui nequidem suo id esse putabat. Verum enimvero hic jocus est.

197 *Pluris*] In majori sunt pretio.

199 *Martigenam*] Marte satum Romulum, seu Quirinum, Romanorum

Jupiter angusta vix totus stabat in æde;
  Inque Jovis dextra ficfile fulmen erat.
Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis:
  Pascebatque suas ipse Senator oves.
Nec pudor, in stipula placidam cepisse quietem,
  Nec fœnum capiti supposuisse, fuit.
Jura dabat populis posito modo Consul aratro;
  Et levis argenti lamina crimen erat.
At postquam Fortuna loci caput extulit hujus,
  Et tetigit summos vertice Roma Deos;
Creverunt et opes, et opum furiosa cupido:
  Et, cum possideant plurima, plura volunt.

plo arcto, et fulmen fictile erat in dextra Jovis. Decorabant ramis Capitolia, quæ nunc gemmis; et ipse senator pascebat suas pecudes. Neque pudvit leniter requievisse in culmo, et submisisse fœnum capiti. Consul dicebat jura populis, aratro modo relicto; et tenuis lamina argenti erat crimen. At postquam fortuna hujus loci extulit caput, et Roma attigit vertice supremos Deos, divitiæ etiam auctæ sunt, et insanum desiderium habendi: et cum habeant plurima, cupiunt plura. Conten-

alga: Burm. vulgatam retinendam censet, quia *alga* marina, *ulva* fluviorum est et paludum.—201 A. *J. exigua vix;* et ita quatuor alii. Deinde V. *vix captus st.* et Pat. *tectus*, quod non displicebat Heins.—202 Heins. malebat *Inq. Dei dextr.*—205 Jun. *placitam* pro *placidam.* Tres etiam libri *captare quiet.* Excerpt. D. *accepisse;* Voss. *sumsisse.*—206 *Nec* est ex quibusdam vett. libris, et Aldin. Ed. vulg. *Et.* Mox Burmanno placet quod in nonnullis extat *suppos. suo.*—207 Plurimi Codd. *dab. populo.* Deinde opt. A. *missus modo* C. Voss. cum Arnnd. et sex aliis *misso m. C.* in vulgatis plerumque extat *Prætor* pro *Consul.* Ursini Cod. Heins. et Burm. sequuntur.—209 *Loco cap. ex. alto* Voss. pro var. lect. F. et Marg. Gryphii: sed *fortuna loci* est Fortuna Populi Romani, de qua passim scriptores: sic 'fortuna locorum' Metam. IV. 565. Burm. — 210 *Summos* ex melioribus recepit Heins. pro vulg. *summo.*—211 Sex libri *fur. libido.*—212 *Volunt* ex Ursini Cod. Voss.

NOTÆ

regem, jam sæpe diximus.

200 *Ulva*] Palustris herba nullius valoris.

201 *Vix stabat*] Propter ædis humilitatem.

202 *Fictile*] Quia ex figulinis antiquissima illa petebantur Deorum simulacra.

208 *Lamina*] Rudis et infabricata est materia metalli, crassior quam bractea.

Crimen] Censoria enim nota damnabantur qui argenti quinque pondo possiderent. Scribit adeoque Val. Maximus, Cornelium Rufinum perinde ac malo exemplo luxuriosum a Fabricio Censore Senatu motum, quod vasa argentea decem pondo comparasset.

209 *Fortuna*] Fatum urbis Romæ, et ipsius Reipublicæ status.

212 *Et, cum*] Crescit adeoque avarus sicut hydropicus, ut loquitur Horatius, et mox inculcabit ipse Naso.

Quærere, ut absumant, absumta requirere certant:
  Atque ipsæ vitiis sunt alimenta vices.
Sic, quibus intumuit suffusa venter ab unda,
  Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.
In pretio pretium nunc est: dat census honores,
  Census amicitias: pauper ubique jacet.
Tu tamen auspicium si sit stipis utile quæris,
  Curque juvent nostras æra vetusta manus.
Æra dabant olim; melius nunc omen in auro est:
  Victaque concedit prisca moneta novæ.
Nos quoque templa juvant, quamvis antiqua probemus,
  Aurea: majestas convenit ista Deo.
Laudamus veteres, sed nostris utimur annis:
  Mos tamen est æque dignus uterque coli.

dant cumulare, ut disperdant, et cogere de novo disperdita: atque ipsæ vices sunt pabulum vitiis. Ita, quibus alvus distenta est ab aqua suffusa, quo plus aquæ sunt sumtæ plus desiderantur. Hodie nummus est carus. Pecunia donat honores; pecunia facit amicitias; pauper ubique proteritur. Tu interea petis num augurium nummi sit utile; et quamobrem æra antiqua placeant nostris manibus. Æra faciebant olim præsagium; nunc potius est in auro; et nummus antiquus superatus dat locum recenti. Ædes etiam aureæ nobis placent, quanquam laudemus veteres. Ille splendor convenit Deo. Probamus annos præteritos, verum utimur nostris. Utraque tamen consuetudo est pariter digna observari. Absolverat documenta. Ego

---

Arund. et tribus aliis placet Heins. præ vulg. *petunt;* unus etiam V. *rogant.* Barthius ad Claud. in Rufin. I. 188. sic emendat: *Ut, quo poss. pluria, plura petant.*—213 Unus liber *req. tentant.*—217 Arund. *dant* pro *dat.*—219 *Ausp. si sit stip.* Burm. dedit ex vett. libris; nonnulli etiam cum vulg. *cur sit:* Heins. malebat *si cur.*—220 Pet. Arund. et Pol. *restras* pro *nostras.*—221 V. *tamen* pro *nunc:* et nonnulli omittunt *est.*—222 Ex Ursin. et optimo A. Voss. Arund. et duobus aliis Heins. recepit *concedit* pro vulg. *concessit;* Thuan. etiam *necessit;* et duo libri *recessit.*—223 Duo scripti *antiq. probamus.*—224 Plu-

NOTÆ

214 *Vices*] Vicissitudines quærendi et absumendi alunt inexpletam cupiditatem.

217 *In pretio*] Quasi dicat pecuniam tolim magni pendi.

220 *Æra*] Quæ prius quam argentea aurumve signata. Primus vero Janus, si Macrobio credis, Servius ille, si Plinio, æra signasse dicitur, pro quibus antea rudi ære eoque penso Romæ utebantur.

222 *Concedit*] Quia, scilicet, ærea minoris pretii quam argentea, vel aurea.

225 *Utimur*] Loquitur Janus ex hominum ingenio, ut corruptionis majorem potestatem insinuet, quæ etiam Deos quasi a vero abstrahat.

Finierat monitus. Placidis ita rursus, ut ante,
  Clavigerum verbis alloquor ipse Deum:
Multa quidem didici; sed cur navalis in ære
  Altera signata est, altera forma biceps?
Noscere me duplici posses in imagine, dixit,
  Ni vetus ipsa dies extenuaret opus.
Causa ratis superest: Thuscum rate venit in amnem
  Ante pererrato falcifer orbe Deus.
Hac ego Saturnum memini tellure receptum:
  Cœlitibus regnis ab Jove pulsus erat.
Inde diu genti mansit Saturnia nomen:
  Dicta quoque est Latium terra, latente Deo.
At bona posteritas puppim servavit in ære;
  Hospitis adventum testificata Dei.

denuo verba facio ad Deum clavigerum lenibus verbis ut prius: Equidem plurima sum edoctus: verum quamobrem altera figura cælata est navalis in ære, altera biceps? Posses, inquit, noscere me in duplici effigie; nisi ipsum tempus triviset antiquum opus. Causa navis restat: Deus falcifer navi appulit in flavium Thuscum orbe prius perlustrato. Recordor Saturnum receptum hac terra. Pulsus erat regnis cœlestibus a Jove. Inde nomen Saturnia mansit diu genti: tellus appellata est etiam Latium, a Deo latente. At bona posteritas servavit navem in ære, per-

rimi Codd. *ista:* vulg. *ipsa.*—227 Quinque scripti *Fin. monitis,* ut vs. 183. ‘ Desierat paucis ;’ sed quia *placidis* sequitur, propterea vitandæ ambiguitatis causa præstare vulgatam censet Burm.—228 Opt. A. et unus Mor. *Clar. dictis.*—230 Mallet Heins. *in ære Altera signato est:* Pol. et Voss. Excerpt. *A. formata est.*—231 Multi scripti et editi *ut* pro *in.*—232 *Extenuaret* ex melioribus Heins. dedit pro vulg. *extenuasset:* Be. *attenuasset.*—236 Alii *a Jove;* Mor. *cum J.*—238 Quatuor scripti, pr. Ed. et Gryph. *Dict. fuit L.*—241

NOTÆ

228 *Clavigerum*] Janum, scilicet.

229 *Navalis*] Quamobrem in antiquis numismatibus ex altera parte Janus biceps, ex altera navis esset, nunc Naso quærit.

231 *Me*] Janus, scilicet, ex bicipiti forma cognoscebatur.

232 *Opus*] Figuram in ære expressam.

233 *Thuscum*] Qui Thybris est.

234 *Pererrato*] Cum Jovem fugeret, cui insidias struxerat.

Falcifer] Saturnus est, per quem tempus volunt significari.

235 *Receptum*] Ab ipso quidem Jano, ut supra dictum.

237 *Genti*] Italiæ enim non modo a latendo *Latium* dicta est pars illa in qua latuit Saturnus; sed uti terræ, nationi etiam *Saturniæ* ab eodem nomen remansit.

240 *Hospitis*] Potius est, ut per navem, vel arcam Noæ, vel fiscellam illam scirpeam pice ac bitumine oblitam credas significari in qua Moses est expositus. Diximus namque jam

lum colui, cujus placidissima lævum
t arenosi Thybridis unda latus.
ɔi nunc Roma est, incædua sylva virebat:
aque res paucis pascua bubus erat.
ɔa collis erat, quem cultrix nomine nostro
cupat hæc ætas, Janiculumque vocat.
go regnabam, patiens cum terra Deorum
t, et humanis numina mixta locis.
m Justitiam facinus mortale fugarat:
ma de Superis illa reliquit humum.)
metu populum sine vi pudor ipse regebat:
ıs erat, justis reddere jura, labor.
ıi cum bello: pacem postesque tuebar:
avem ostendens, Hæc, ait, arma gero.

imonium accessui Dei hospitis. Ego obtinui terram, cujus aqua lenissima renosi alluit ripam sinistram. Hic, ubi Roma nunc est, nemus intactum ; et res tanta erat pascua paucis bobus. Arx mea erat tumulus, quem hæc ppellat nomine nostro, et dicit Janiculum. Ego tunc imperium tenebam, i ferret Deos, et numina mista sedibus humanis. Flagitia hominum non-lerunt Justitiam. Illa postrema ex cœlestibus deseruit terram. Atque ıulta loco timoris ducebat populum sine vi. Nullus erat labor jus dicere ihil erat *mihi cum bello. Servabam pacem et januam: atque exhibens*

ipti *sol. coluit, cuj.*—242 Pembrocii lib. et tres alii *Rasit aren.*—ıus Heins. corr. ex Naugeriano, Ursini et A. vulg. *nunc ardua.*—bobus pro *bubus.*—245 Olim legebatur *Ara mea est collis, quam vulgus stro:* nonnulli libri *Arx in ea est collis;* vel *Arx in ea est colli:* nempe fuerat *Arx mea collis est;* unde Heins. reponit *Arx mea col-quem.* Multi porro vett. *Ara mea est colli,* vel *collis;* Arund. *Ara rat.* Pro *vulgus,* quod Edd. habent, Heins. censebat *vulgo* scriben-l duo F. opt. notæ cum Erfurt. *cultrix,* quod tandem idem amplec-8 Excerpt. Voss. *vincta* pro *mixta:* et Marcil. ad Hor. Art. Poët. is.—250 V. opt. *rel. opus.*—252 Mor. *Thuscis* pro *justis.*—253 Edd.

NOTÆ

r Janum Mosem intelligi Verum in tanta sua cæcitate ıtorias et fabulas permiscue-ıici. Ceterum diversissima ıtarchus; quem vide si tanti roblem.

ıcis] Pauperes quippe coloni ıus tenuitatem suam suble-

246 *Janiculum*] Janiculus non collis modo fuit, quem postea Roma ædificiis suis nobilem fecit; sed et olim oppidulum habuit a concordibus Jano Saturnoque conditum.

247 *Patirus*] Priusquam sceleribus suis homines Deos fugassent.

249 *Justitiam*] Astræam appellavit hanc Deam in Metam.

At cur pace lates, motisque recluderis armis?
Nec mora; quæsiti reddita causa mihi.
Ut populo reditus pateant ad bella profecto,
Tota patet demta janua nostra sera.
Pace fores obdo, ne qua discedere possit:
Cæsareoque diu nomine clausus ero.
Dixit; et, attollens oculos diversa tuentes,
Aspexit toto quicquid in orbe fuit.
Pax erat; et vestri, Germanice, causa triumphi
Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas.
Jane, face æternos, Pacem Pacisque ministros:
Neve suum, præsta, deserat auctor opus.

suis farra cum strue. At quamobrem clauderis tempore pacis, et recluderis armis concussis? Atque sine cunctatione, ratio relata mihi petiti. Tota nostra porta aperta est sublato obice, ut reditus pateant populo profecto ad bella. Pace claude januas, ne qua possit dilabi: et diu ero obseratus nomine Cæsareo. Absolvit; atque erigens oculos aspicientes diversa, intuitus est quicquid fuit in universo mundo. Pax erat, et Rhenus causa vestri triumphi, Germanice, jam tibi obtulerat aquas servas. Jane, fac Pacem, et ministros Pacis æternos: atque præsta ne auctor

Burm. conj. *fercta.*—281 Jun. *Pac. seras obd.* Marcil. etiam, ad Hor. Epist. I. 1. 255. legit *disced. possim.*—282 Fr. *numine* pro *nomine.*—283 Plurimi vett. *div. videntes.*—284 Excerpt. Voss. *Prospexit tot.*—286 *Famulas* lib. vett. *domitas* vulg.—287 Alii cum Fr. *fac* pro *face.* Deinde Ursin. *Paciq. magistros:* Heins. conj. *sequestrem,* vel *sequestrum.*—288 Fr. *des. actor op.*—

NOTÆ

Strue] Libi est genus, auctore Festo.

277 *Lates*] Quando clauditur templum tuum.

Motis] Is vero qui belli susceperat administrationem, sacrarium Martis ingressus, primum ancilia commovebat, deinde hastam ipsius simulacri, dicens, 'Mars vigila.'

282 *Clausus*] Regnante Numa clausum primo Jani templum fuerat; secundo post primum bellum Punicum; tertio, pace terra marique parta, post bellum Actiacum Augustus obseravit. Sed apertum postea, et clausum sæpius, ut ex Dione inprimis apparet.

283 *Diversa*] Anteriora quippe et posteriora.

284 *Quicquid*] In Germanici gratiam dictum istud, qui anno Urbis 769. de Cheruscis, Chattis, et Angrivariis triumphavit. Procul namque dubio et multo ante Germanico decretum istum triumphum intellexerat Naso. Quanquam non ideo clausum templum Jani; siquidem non omnia bella extincta fuerant.

286 *Rhenus*] Per Rhenum populos ejus accolas intellige, quorum voluntate Germanicus victor utebatur.

287 *Ministros*] Tiberium et Germanicum omnino intelligas postulat et res et temporum ratio: ceterum

amen ex ipsis licuit mihi discere Fastis,
avere Patres hac duo templa die.
t Phœbo Nymphaque Coronide natum
la, dividua quam premit amnis aqua.
in parte est. Cepit locus unus utrumque:
taque sunt magno templa nepotis avo.
retat et stellas, ut quæque oriturque caditque,
re? promissi pars sit et ista mei.
animos, quibus hæc cognoscere primis,
e domos superas scandere cura fuit!
ile est illos pariter vitiisque locisque
s humanis exeruisse caput.

pus suum. Patres consecrarunt hac die duas ædes, quod tamen licuit nscere ex ipsis Fastis. Insula, quam fluvius lambit aqua divisa, accepit ²habe et Nympha Coronide. Jupiter est in parte. Unus locus cepit et delubra nepotis sunt proxima magno avo.——Quid prohibet indicare nt quæque oritur et occidit? Ista quoque sit pars officii mei. Beatas ibus primis sedit in ingenio intelligere hæc, et ascendere in sedes cœlestes! t illas simul extulisse cervicem excelsius et vitiis et sedibus humanis. Non

mi ex istis. Duo *tibi* pro *mihi.* Nonnulli etiam *dicere F.*—295 teste Heins. *Quid* pro vulg. *Quis.*—296 Plurimi *propositi* pro *pro-*lg. etiam legebatur *pars fuit illa mei:* Voss. et Arund. *pars sit et* rain. *ista.*—297 Voss. Arund. duo F. cum uno V. *animos,* quod pla-. vel *animas,* nam seq. vs. *illas* legitur in Ursini libr. et tribus aliis: r. Dein multi *primum* pro *primis;* et F. et Maz. *promtum,* quod icebat Heins.—299 Quidam *vitiisq. jocisque.*—302 Fr. *Officiumque*

NOTÆ

otum ad Augustum spectare
superstite adhuc decretus
phus, ex Annalibus facile
re.

se] Ne qui Pacis auctor
ndo Pacem destituat.

tis] Annalibus et veteribus
mmentis.

s] Kalendis, scilicet, Ja-

ri alterum, alterum Æscula-

ium] Æsculapius est, Apol-
onide nympha, Phlegiæ, vel,
unt, Leucippi filia, genitus.

his] Illam intelligit quam
Tybris facit.

Dividua] Scilicet insulæ objectu dividitur aqua.

293 *In parte*] Quia in eadem insula illi dicatum templum.

294 *Nepotis*] Æsculapius Apollinis filius Jovis quidem nepos fuit, siquidem Apollo Jovem patrem habuit.

296 *Promissi*] Dixit ab initio: 'Lapsaque sub terras, ortaque signa, canam.'

297 *Hæc*] Cœlestia, scilicet, longe ab omni ambitione aliisque pravis terræ cupiditatibus.

298 *Scandere*] Hoc est, studiose cœlestia scrutari.

Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu
  Nomen Agonalem credit habere diem.
Pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum;
  Una sit ut proprio litera demta loco.
An, quia prævisos in aqua timet hostia cultros,
  A pecoris lux est ista notata metu?
Pars etiam, fieri solitis ætate priorum
  Nomina de ludis Graia tulisse diem.
Et pecus antiquus dicebat Agonia sermo:
  Veraque judicio est ultima causa meo.
Utque ea nunc certa est; ita Rex placare sacrorum
  Numina lanigeræ conjuge debet ovis.
Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur.
  Hostibus amotis hostia nomen habet.

tant diem Agonalem habere nomen ab actu, quia oves non accedant sed agantur. Pars credunt hoc festum appellatum Agnalia a veteribus, ut una litera sit sublata proprio loco. An, quia victima metuit cultros prævises in aqua, hæc dies est signata a metu pecoris? Alii quoque arbitrantur *diem habuisse nomina Græca de ludis solitis celebrari tempore majorum. Atque lingua vetus appellabat hostiam Agoniam: et ultima ratio est vera mea sententia. Et sicuti ea nunc certa est, ita Rex sacrorum tenetur placare Deos marito ovis lanigeræ. Victima appellatur, quæ procubuit dextra victrice. Hostia habet nomen ab hostibus depulsis.*

---

edebatur *S. agat ne rogat, nec nisi j. agit.* Primo *Agone* Heins. rectum censet, quod opt. A. Læti Cod. et duo F. præstantiores exhibent. Deinde pro *rogat* Pet. Ursin. Voss. Arund. et septem alii *rogas;* unus Pat. *roges.* Deinde Fr. Arund. unus Mor. et duo alii *ne* pro *nec.* Meliores etiam *agat* vel *aget.* Heins. ex hisce vestigiis ita refingit vs. *Agone, roges, nec nisi j. agas.*—325 Jun. *A. dici.*—326 Jun. *Unaque sit prop.* et Mor. *primo* pro *proprio.*—328 Multi *ipsa* pro *ista.* Maz. *ista vocata met.*—329 *Pars* Heins. placet cum Maz. Læti, quatuor F. et aliis nonnullis præ vulg. *Fas.*—330 Plurimi inter quos opt. A. et unus Pat. *grata* pro *Graia.*—331 *Pecus* est ex Ursin. opt. A. et sex aliis cum pr. Ed. vulg. *prius.* Alii *dic. Agimina serm.*—333 Ursin. et decem alii exhibent *nunc:* sed multi vett. cum vulg. Edd. *non.* Deinde Fr. *plac. Deorum;* Stroz. *sacerdos.*—336 Heins. dedit *amotis* et Ursin. et Pat. Hec-

NOTÆ

sacrificulus.

326 *Una*] O, scilicet. Sed subtilior quam verior videtur hæc Etymologia; quia non agna, sed aries, atque is princeps gregis, eo die mactabatur.

327 *Timet*] Ἀγωνίδα enim Græcorum est *timeo*, seu *metu angor*, Latinorum.

330 *Graia*] Ἀγὼν enim Græcis est certamen, primusque dicitur Hercules 'Agonales' Indos in Elide instituisse.

333 *Rex sacrorum*] Sacrificulus fuit, Pontifici subjectus, quem post exactos reges, Consule Bruto, creavere, ideo quod quædam publica sacra per ipsos reges factitata erant, et necubi illorum desiderium esset.

335 *Victima*] Ansa sumta ex iis

Ante, Deos homini quod conciliare valeret,
Far erat, et puri lucida mica salis.
Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hospita navis aquas.
Thura nec Euphrates, nec miserat India costum,
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos, herbis contenta Sabinis,
Et non exiguo laurus adusta sono.
Si quis erat, factis prati de flore coronis,
Qui posset violas addere, dives erat.

Far, et granum splendidum salis nitidi olim erat, quod posset facere Deos propitios homini. Navis peregrina adducta per aquas marinas nondum advexerat myrrhas stillatas ex cortice. Neque Euphrates miserat thura, neque India costum, neque fila rubri croci fuerant cognita. Altare contentum graminibus Sabinis, et laurus adusta non levi crepitu faciebat fumos. Si quis esset qui posset adjicere violas sertis

teris Trevisani; ceteri *a domitis*.—338 R. *et liquidi luc*.—339 Mor. *Nond. contulerat*; et idem cum Thuan. et duobus aliis *lacrymatam c. myrrham*. Excerpt. Voss. *arbore myrrhas*.—343 Excerpt. Voss. et in Cod. Sa. pro var. lect. *herb. contecta S.* at Sa. a pr. man. et quinque alii *contenta*.—345 Pro *factis* unus vet. *fractis*; alius *plexis*: Burm. conj. *pactis*, ut Plin. XXI. 1. ' pactilis corona;' nisi et ibi *plectilis* legendum sit. Unus etiam Cod. *horti* pro *prati*.—

NOTÆ

quæ de Agonalibus dixit, multa de sacrificiis veterum intrudit.

Fistrices] Ejus manu qui hostem ipse vicisset.

336 *Hostia*] Ab *hostibus* non male crediderim hostiam dici: ceterum eam ab his qui in hostem pergerent, tum illis qui eum vicissent, cujusvis tamen Sacerdotis manu, cædebantur.

337 *Ante*] Priusquam in tantum aucta esset Romani Imperii majestas.

338 *Far*] Mola ipsa, quæ ex molito farre et sale.

339 *Nondum*] Jani, scil. temporibus agrestes et semiferi homines quid myrrha thusve esset parum curabant. Neque satis constat quo primum tempore in Italiam advecta hujuscemodi odoramenta.

Lacrymatas] Ad locum alludit qui est Metam. X. ubi Myrrhæ, Cynaræ patris amore correptæ, fabula tota narratur: quo ne pigeat recurrere.

341 *Euphrates*] Qui Mesopotamiæ fluvius maximus in sinum Persicum influens, ab Oriente felicem Arabiam, unde thus petitur, claudens, merces et Sabæa aromata in alias gentes transmisit.

Costum] Frutex est cujus radix gustu fervens, odore eximio, primo statim introitu amnis Indi in Patale insula, itemque in Arabia, nascens.

342 *Nec fuerant*] Quia e Cilicia nondum advectum, neque per Italiam cultum.

343 *Sabinis*] Herba est ad cupressi similitudinem fruticans. *De la savonière.*

344 *Non exiguo*] Quia folia ejus in igne crepitant.

Hic, qui nunc aperit percussi viscera tauri,
In sacris nullum culter habebat opus.
Prima Ceres avidæ gavisa est sanguine porcæ,
Ulta suas merita cæde nocentis opes.
Nam sata, vere novo, teneris lactentia succis,
Eruta setigeræ comperit ore suis.
Sus dederat pœnas. Exemplo territus hujus
Palmite debueras abstinuisse, caper.
Quem spectans aliquis dentes in vite prementem,
Talia non tacito dicta dolore dedit:
Rode, caper, vitem: tamen hinc, cum stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua possit, erit.
Verba fides sequitur: noxæ tibi deditus hostis
Spargitur affuso cornua, Bacche, mero.

compositis de flore prati, erat opulentus. Hic culter, qui nunc fodit pro tauri percussi, nullum habebat opus in sacris. Prima Ceres lætata est cruo avidæ, ulta divitias suas morte nocentis. Nam invenit vere novo segetes lac in mollibus sulcis inverens rostro porcæ setiferæ. Porcæ persolverat pœnas: tremefacte, exempio hujus debueras abstinuisse palmite. Quem aliquis cernens tem dentes in vite, protulit talia verba dolore minime secreto: Rode vitem, tamen erit tibi viti quod possit fundi in tua cornua, quando stabis ad altare. sequitur dicta; hostis proclivis in damna tua, Bacche, habet cornua spara

---

350 Unus Liber *Ult. suis:* et Voss. et Pet. *merito.*—351 Heins. ex m bus libris monet *sulcis* pro *succis* esse legendum: Burm. vero præfert nec spernit lect. Cod. Jun. *primis lact. succis.*—352 Voss. et tres alii *concipit or.*—356 *Dicta dolore refert* Læti et tres alii: *dicta* veteres ple recte: nam *verba dare* alio significatu dicitur: *digna dedit* Arund. alii. *Heins.*—357 Pet. et alii quatuor *hic* pro *hinc:* Heins. cum uno F. fert *huic.*—359 Olim edebatur *noxæ tibi debitus host.* at opt. vett. *noxæ tus:* nonnulli etiam *mox et tibi.*—360 Vulg. *Spargit et effuso:* correxit N

NOTÆ

348 *Nullum*] Donis quippe, non victimis, Deorum favorem sibi conciliare nitebantur.

349 *Porcæ*] *Sus* vero a Græco ὗς, ὑός, vel θύς, quod antiquius fuit, a verbo θύειν, quod est *immolare*, ideo deductum vocabulum, quod, ut Varro ait, a suillo genere pecoris immolandi initium sumtum videtur: cujus vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur, et quod initiis pacis fœdus cum feritur, porcus occiditur, &c.

350 *Merita*] Quia Cereris inventum fruges rostro invertit, adeoqu dit.

351 *Lactentia*] Videntur ve nellæ segetes terræ humorem modo sugere quo infantes m siccant ubera.

353 *Dederat*] Neque vero t perite Ethnici quæ cuique Dea ime contraria pecora credeba pigre mactabant. Immo e haud quaquam temere aliquid tuos expiceris.

354 *Debueras*] Quia, scil. E

Culpa sui nocuit: nocuit quoque culpa capellæ.
  Quid bos, quid placidæ commeruistis oves?
Flebat Aristæus, quod apes cum stirpe necatas
  Viderat inceptos destituisse favos.
Cærula quem genitrix ægre solata dolentem,
  Addidit hæc dictis ultima verba suis:
Siste, puer, lacrymas: Proteus tua damna levabit;
  Quoque modo reparas, quæ periere, dabit.
Decipiat ne te versis tamen ille figuris,
  Impediant geminas vincula firma manus.
Pervenit ad vatem juvenis: resolutaque somno
  Alligat æquorei brachia capta Senis.

affuso. Noxa obfuit porcæ, noxa etiam obfuit capellæ. Quid, taure, quidve mites oves commeruistis? Aristæus lacrymabatur, quod adverterat apes extinctas cum prole reliquisse favos inceptos. Quem dolentem mater cærulea vix consolata, adjecit hæc novissimas voces sermonibus suis; Puer, omitte fletus: Proteus minuet tua damna, et docebit quo modo restituas quæ perierunt. Attamen validi laquei ligent ambas manus, ne ille tibi imponat mutatis figuris. Adolescens pervenit ad vatem, atque constringit lacertos senis marini solutos sopore. Ille mutabilis vertit

qui dedit *Spargitur affuso*: R. *infuso*; P. *a fuso*. Dein pro *cornua* Heins. in priore notarum ed. ad Epist. XIII. 113. citat tanquam legeret *tempora*; quod tamen in nullo Cod. extat.—363 Fr. *cum prole necat*.—364 Excerpt. Voss. et sex alii *incepti. deseruisse fav*.—368 Unus P. *Quoq. modum rep*.—369 Quædam Edd. *variis* pro *versis*.—370 Excerpt. Kloekhovii *vinc. dura man*. Unus etiam Cod. *geminos vinc. firma pedes*.—371 Pr. Venet. Ed. et unus Heins.

NOTÆ

ob injurias suas mox jugulabitur.

358 *Quod*] Vinum, scil. de more præterquam in sacris Cereris.

359 *Verba*] Id est, verba re ipsa comprobata sunt.

Noxæ] Id est, traditus tibi pro peccato: namque, ut inquit Festus, 'Cum lex jubet noxæ dedere, pro peccato dedi jubet.'

Hostis] Caper, scil. qui vites rosit.

360 *Spargitur*] Adeoque postmodum Baccho mactatur.

360 *Aristæus*] Hujus Apollinis et Cyrenes filii quam hic Naso perstringit fabulam prolixe habes apud Maronem, sub finem Georgicorum: quo voluptatis causa recurrere ne pigeat. Eadem disces opera, quamobrem ab ipso primo mactati boves: quod nunc enarrare incipit noster.

Stirpe] Omni sobole.

365 *Cærula*] Quia aquarum nympha, Cyrene Penei amnis filia.

367 *Proteus*] Hic Oceani et Tethyos, vel Neptuni et Phœnices, filius, in omnes formas se vertere peritus, vates fuit qui nosset omnia.

368 *Quæ periere*] Apes, scil.

369 *Decipiat*] Namque effugisse Proteum credidisset, qui eum sub eadem forma nusquam conspicaretur.

370 *Manus*] Protei, scil. qui, ut ait Maro, prius vinculis capiendus,

Ille sua faciem transformis adulterat arte:
  Mox domitus vinclis in sua membra redit.
Oraque cœrulea tollens rorantia barba,
  Qua, dixit, repares arte, requiris, apes?
Obrue mactati corpus tellure juvenci:
  Quod petis a nobis, obrutus ille dabit.
Jussa facit pastor. Fervent examina putri
  De bove: mille animas una necata dedit.
Poscit ovem fatum. Verbenas improba carpsit,
  Quas pia Dis ruris ferre solebat anus.
Quid tuti superest; animam cum ponat in aris
  Lanigerumque pecus, ruricolæque boves?
Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,
  Ne detur celeri victima tarda Deo.

vultus sua arte: mox coactus funibus induit denuo suos artus. Atque attollens os stillans, barba cærulea, Petis, inquit, quomodo repares apes? Defodito corpus tauri peremti: ille defossus præbebit quod petis a nobis. Pastor exequitur jussa. Examina pullulant et prorumpunt de tauro putrido: una anima interfecta genuit mille. Fatum vocat ovem: improba vellit verbenas, quas pia anus solebat ferre Diis ruris. Quid restat securi, cum ovis lanigera, et tauri ruricolæ deponant animam in altaribus? Persis equo placat Hyperionem vallatum radiis, ne victima lenta præbea-

---

Cod. *reductaque somn.*—372 Jun. *capt. Dei.*—373 Heins. ex uno Pat. corr. *sua* pro *suam*. In P. et Excerpt. Voss. *suam speciem*. Tum vulg. habebant *transformat et alterat art.* at idem reposuit ex Ursin. et Pet. opt. libris *transformis adulterat*. In P. etiam *apte* pro var. lect. *τῇ arte.*—374 Arund. et Voss. *sua terga red.*—381 Ex Ursini Libro Heins. dedit *Poscit ovem fatum* pro vulg. *Pavit ovis pratum:* in nonnullis vett. *Pascit;* Pet. *Pascit ovis prato;* opt. A. *Pascit oves pratum.*—383 Duo libri *Quid thuri sup.* quinque *ruri*. Excerpt. Voss. *in aram.*—385 Quatuor libri *H. comtum.*—386 Fr. a man. pr.

NOTÆ

neque sine vi ulla dat præcepta.

371 *Juvenis*] Aristæus, scil.

372 *Senis*] Protei, scil. dormientis: namque aliter quomodo alligasset?

373 *Transformis*] Proteus, qui omnes formas induere arte, qua forte pollebat, magica didicerat.

374 *Sua membra*] Primam et propriam formam sumsit.

376 *Qua*] Quam bene istud et ex coacto ingenio expressit.

378 *Dabit*] Magno vero consensu antiqui ex putrefactis boum visceribus præsertim nasci apes tradiderunt.

379 *Pastor*] Aristæus.

Examina] Magno numero et festino impetu apes prorumpunt.

380 *Una*] Juvenci.

381 *Poscit*] Nunc, venusta certe transitione, ad ovium fabulam, cur mactentur, transit Naso.

Verbenas] Cujus herbæ usus multus in sacris.

Improba] Temeraria.

382 *Dis ruris*] Baccho puta, Cereri,

Quod semel est triplici pro virgine cæsa Dianæ,
Nunc quoque pro nulla virgine cerva cadit.
Exta canum vidi Triviæ libare Sapæos;
Et quicumque tuas accolit, Hæme, nives.
Cæditur et rigido Custodi ruris asellus.
Causa pudenda quidem est, huic tamen apta Deo.
Festa corymbiferi celebrabas Græcia Bacchi,
Tertia quæ solito tempore bruma refert.

tur Deo cito. Quia cerva est semel mactata Dianæ triplici pro puella, nunc etiam mactatur pro nulla puella. Vidi Sapæos et quisquis positus est ad tuas nives, Hæme, facere Triviæ visceribus canum. Asellus mactatur etiam rigido custodi ruris. Causa quidem est turpis, sed tamen conveniens huic Deo. Græcia celebrabas festa Bacchi corymbiferi, quæ tertia bruma refert tempore consueto. Dii etiam

vict. pigra D.—387 Ex melioribus Heins. profert *Quod;* plurimi *Quæ.* Mox duo libri *geminæ* pro *triplici:* Cod. Ursin. *gemina:* Heins. conj. *sem. Ægææ pr.* vel *Eubœæ* pro *Euboicæ.*—388 Multos esse locos, et nostri poëtæ et aliorum, quibus *cadit* tueri liceat, Burm. monet Met. VII. 162. Fast. VI. 160. Trist. I. ix. 43. et passim: plurimi scripti *datur.*—389 Quinque libri *Ext. canis:* R. etiam *video;* et Excerpt. Kloekhov. *mactare Sap.*—390 Fr. *Herme, niv.*—392 *Huic* dedit Heins. ex melioribus pro vulg. *sed.*—393 Codd. vett. *Fest. racemiferi.*

NOTÆ

aliisque.

385 *Equo*] Soli quippe celerrimo numini gratum fore citum equum Persæ autumant.

Hyperiona] Dicunt nonnulli Titanis et Terræ fuisse filium, Solisque patrem: alia itemque alii non multæ frugis. Verum pro Sole ipso sæpius sumitur.

387 *Triplici*] Quia trivia, triceps, et triplici nomine in cœlis, sylvis, et Inferis appellata, ut supra dictum.

Virgine] Iphigenia, scilicet, Agamemnonis filia, Dianæ aris ideo admovenda, quod ipse, inscius, illius cervam occidisset; pro qua tamen puella Deorum miseratione alia cerva supposita. Fabulas vero hujusmodi identidem prolixe repetere non foret tædiosum modo, sed et inutile; cum ubique prostent elegantes libelli qui has omnes enucleant.

388 *Nulla*] Nulla quippe Iphigenia jam redimenda.

389 *Canum*] Non abs re sane, siquidem illorum latratu phantasmata quæ ab Diana, seu Hecate, aut Proserpina immittuntur, ex istorum hominum opinione contra ejus voluntatem dissolvuntur.

Vidi] Quo tempore credas exul per Thracum fines iter habuit, uti dictum in Tristibus.

Sapæos] Thraciæ fuerunt populus, qui et Sinties, Sinti, et Saii aliquando dicti, habitantes in littore circa Abderam.

390 *Hæme*] Hæmus mons est Thraciæ nivosus. Verum dubium non est quin de Zerintho, quam urbem et antrum Hecates facit Stephanus, Lycophron 'Canis antrum' dixit, cogitaverit Naso. Namque et ipsum illac transiisse in Tristibus vidimus; et ibi solitos præcipue canes Hecate immolari testis Suidas.

391 *Rigido*] Priapo, scilicet, Veneris et Bacchi filio, cujus ridiculi et

Di quoque cultores gelidi venere Lycei,
  Et quicumque joci non alienus erat:
Panes, et in Venerem Satyrorum prona juventus;
  Quæque colunt amnes, solaque rura, Deæ.
Venerat et senior pando Silenus asello,
  Quique rubro pavidas inguine terret aves.
Dulcia qui dignum nemus in convivia nacti
  Gramine vestitis accubuere toris.
Vina dabat Liber: tulerat sibi quisque coronam.
  Miscendas parce rivus agebat aquas.

cultores frigidi Lycæi, et quisquis non erat alienus jocis, convenerunt. Panes, et juventus Satyrorum proclivis in Venerem, et Deæ quæ frequentant fluvios et rura deserta venerant. *Aderat quoque Silenus senior incurvo asello, et qui incutit timorem avibus pavidis rubro inguine. Qui nacti sylvam aptam in grata convivia accubuerunt lectis vestitis gramine. Bacchus præbebat merum; singuli tulerant sibi serta.*

Deinde pro vulg. *celebrabat* Pet. et O. exhibent *celebrabas:* at unus F. *celebrabant.*—395 Plurimæ Edd. *Di quoq. cult. in idem v. Lycei.* Ursini et Petavii liber cum multis aliis, *Lycæi.* Mazarin. optimus cum tribus aliis vere, ut puto, *gelidi Lycei:* sic Met. I. 217. 'Gelidi pineta Lycei' dixit, et v. 608. 'Gelidum Erimanthon.' Virgilius Ecl. x. 15. 'Gelidi fleverunt saxa Lycei.' Sequens distichon rectius huic præponatur. *Heins. Nemoris v. Lycei* Be. et duo alii.—396 In antiquis legebatur *joci;* nonnullæ autem Edd. *loci:* Ursini Cod. et Naugerianus cum aliis quibusdam *mero;* et idem Ursin. *locis* pro var. lect. quod Pet. quoque et sex alii agnoscunt: at Heins. mallet *joci.*—400 Olim legebatur *Qui rubroque avidas ing.* Heins. scribit cum plerisque *Quiq. rubro,* vel *ruber, pavidas;* Ursin. enim et tres alii habent *ruber:* Pet. *Quiq. rubro lividas:* P. unus, et Excerpt. Kloëkhov. *Quiq. rubens avidas;* et sic Fr. nisi quod τὸ *u* in *rubens* est a man. sec. Heins. etiam putat posse legi *ruber... inguina.*—402 Unus Mor. et alius *vest. incubuere tor.* duo *concubuere;* P. et Excerpt. Voss. *occubuere.*—404 *Parce* Burm. dedit ex Voss. Arund. Excerpt.

NOTÆ

fascino suo turpissimi Dei in hortorum limine statua rudis ponebatur.

393 *Festa*] Fabulam occipit narrare, ex qua sacri antecedentis origo cognoscatur.

Corymbiferi] Corymbus fructus est hederæ, ex qua Baccho coronæ nectebantur.

394 *Tertia*] Tertio enim quoque anno, brumali tempore, Trieterica Baccho majori solennitate quam alia ejus festa, in expeditionis Indicæ memoriam triennio peractæ, celebrabantur. Qua in re, si tamen aliorum veriorem sententiam sequi amas, annua fuisse hæc Bacchi sacra ne dubites. Trieteris enim nihil aliud fuit quam tres anni quadrimestres, seu duo semestres.

395 *Lycei*] Qui mons fuit Arcadiæ Pani Deo sacer.

397 *Panes*] Fauni, Sylvani, de quibus toties.

Satyrorum] Qui Bacchi comites, Faunis similes.

399 *Silenus*] Bacchi fuit nutritius, pædagogus, et comes assiduus, semper ebrius, quem tamen Satyri tanquam

Naides effusis aliæ sine pectinis usu,
Pars aderant positis arte manuque comis.
Illa super suras tunicam collecta ministrat:
Altera dissuto pectus aperta sinu.
Exerit hæc humerum: vestem trahit illa per herbas.
Impediunt teneros vincula nulla pedes.
Hinc aliæ Satyris incendia mitia præbent:
Pars tibi, qui pinu tempora nexa geris.
Te quoque, inextinctæ Silene libidinis, urunt.
Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.
At ruber, hortorum decus et tutela, Priapus
Omnibus ex illis Lotide captus erat.
Hanc cupit, hanc optat: sola suspirat in illa:
Signaque dat nutu, solicitatque notis.

Rivus vehebat aquas miscendas parce. Naides convenerant pars comis apt usu pectinis, aliæ crinibus *fictis arte et manu. Illa ministrat habens tun lestam super suras; altera habens pectus nudum veste soluta. Hæc profu rum: illa ducit vestem per gramina. Nullus calceus vincit molles pede aliæ movent lenes ardores Satyris; pars tibi, qui habes tempora vincta pinu. dunt te quoque, Silene, libidinis inextinctæ. Lascivia est quæ non patitur te es At Priapus ruber honos et custos hortorum erat captus amore Lotidis ex i bus. Cupit hanc, hanc optat, suspirat in illa sola; et facit indicia nutu, e*

Pol. et duobus aliis: olim enim edebatur *large*.—405 Fr. et a *des*.—406 *Aderant* ex scriptis et edd. melioribus; ceteri *aderat* vett. libri habent *positis*, non *comtis* ut sæpe editum.—407 Duo *insincta min*.—409 Max. et septem alii *hæc humeros*. Meliores mo pro vulg. *vestes*.—411 Quatuor Codd. et Scholiast. Rumpfii *incen præb*.—413 Be. et sex alii *urgent* pro *urunt*.—415 Excerpt. Kloel *rudis hort*. Tum *decus* ex Pet. et Ursini lib. placet Heins. p *Deus*.—416 Be. *ill. Lochide capt*.—417 Plurimi vett. et quæda *olam...illam*.—418 Cod. Læti *nictu* pro *nutu*. Mox unus Heins.

NOTÆ

patrem observabant.

402 *Gramine vestitis*] Toris gra mineis: non enim tapetibus strata humus erat.

404 *Parce*] Utpote in Bacchi convivio.

405 *Naides*] Quas Deas supra dixit colere amnes.

Effusis] Crinibus passis et impexis.

406 *Positis*] Compositis.

408 *Dissuto*] Ob dissutam vestem.

410 *Vincula*] Pro calceis.

411 *Hinc*] Ex eo quod it entes nymphæ, et prope nu

Incendia] Amorem.

412 *Qui pinu*] Pana indi pinu coronatur.

414 *Nequitia*] Lascivia, b gestus protervi, &c.

Esse] Pro, videri.

416 *Lotide*] Lotidos am nympha in Lotos arborem

Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.
  Irrisum vultu despicit illa suo.
Nox erat: et, vino somnum faciente, jacebant
  Corpora, diversis victa sopore locis.
Lotis in herbosa, sub acernis ultima ramis,
  Sicut erat lusu fessa, quievit humo.
Surgit amans: animamque tenens, vestigia furtim
  Suspenso digitis fert taciturna gradu.
Ut tetigit niveæ secreta cubilia Nymphæ;
  Ipsa sui flatus ne sonet aura, cavet.
Et jam finitima corpus librabat in herba:
  Illa tamen multi plena soporis erat.
Gaudet: et, a pedibus tracto velamine, vota
  Ad sua felici cœperat ire via.
Ecce rudens rauco Sileni vector asellus
  Intempestivos edidit ore sonos.
Territa consurgens Nymphe manibusque Priapum
  Rejicit, et fugiens concitat omne nemus.

signis. Superbia inest formosis, et fastus comitatur pulchritudinem. Illa contemnit irrisum vultu suo. Nox erat; et corpora oppressa somno, mero inducente somnum, prostrata erant diversis locis. Lotis lassa sicut erat lusu requievit ultima sub frondibus acernis in terra graminea. Amans surgit, et comprimens spiritum fert clanculum pedes tacitos suspenso gradu. Postquam pervenit ad occulta cubilia Nymphæ candidæ, cavet ne ventus sui halitus strepitum edat. Atque jam librabat corpus in gramine proximo, illa tamen erat plena plurimi somni. Lætatur, et vinculis detractis pedibus cœperat ire ad sua vota via felici. Ecce asellus Sileni rudens emisit sonum intempestivum ore rauco. Nympha exsurgens tremefacta est, et repulit Priapum manibus, et fugiens concitat omnem sylvam. At Deus nimium etiam

quatuor alii *solicitatq. manu.*—419 Heins. conj. *in. pulchræ, seq.*—420 Nonnulli Codd. *vult. decipit ill.* Mor. etiam *ill. Deum;* alius *senem.*—422 Sex libri *diversis vincta sop.* Ursini Cod. *jacta;* Heins. putat pro *tacta;* aut *jacta sopora:* Fr. a man. pr. *Semisepulta loc.*—424 Olim legebatur *Sic, ut e. l. lassa.* 'Scriptum extat in aliis cusis *Sicut erat lusu lassa,* cum sale.' *Neapol.* Aldin. posterior, et decem scripti habent *ludo fessa.*—427 Unus P. *niv. captata cub.* Duo alii *secreta silentia N.* Maz. *cubicula;* Arund. et Voss. *cubabula.*—428 *Ipsa* ex melioribus profert Heins. alii *Ipse.*—429 Be. *corp. librarat in.*—432 Duo libri *sua fallaci corp.* unus etiam *fallaci c. i. gradu.*—434 Excerpt. Voss. *or. modos,* ut alibi sæpe.—435 Ex Ursini libro, et uno Pat. Heins. dedit *consurgens;* vulg. *consurgit.*—436 Be. et septem alii *et sur-*

NOTÆ

miseratione conversa.

423 *Ultima*] Postquam ceteri obdormivissent.

425 *Amans*] Priapus, scilicet.

Animam tenens] Spiritum, aut oris halitum, comprimens.

426 *Digitis*] Pedum, scilicet.

429 *Librabat*] Leviter in herba juxta

At Deus, obscœna nimium quoque parte paratus,
Omnibus ad Lunæ lumina risus erat.
Morte dedit pœnas auctor clamoris: et hinc est
Hellespontiaco victima grata Deo.
Intactæ fueratis aves, solatia ruris,
Assuetum sylvis, innocuumque genus;
Quæ facitis nidos, quæ plumis ova fovetis,
Et facili dulces editis ore modos.
Sed nihil ista juvant, quia linguæ crimen habetis,
Dique putant mentes vos aperire suas.
Nec tamen id falsum: nam, Dis ut proxima quæque,
Nunc penna veras, nunc datis ore notas.
Tuta diu volucrum proles, tum denique cæsa est:
Juveruntque Deos indicis exta sui.
Ergo sæpe suo conjux abducta marito
Uritur in calidis alba columba focis.

paratus parte turpi erat ludibrio omnibus ad lumina Lunæ. Auctor clamoris exsolvit pœnas cæde; et inde est victima grata Deo Hellespontiaco. Aves oblectamenta ruris, genus assuetum sylvis et innoxium, fueratis illibatæ; quæ struitis nidos, quæ fovetis ova plumis, et emittitis dulces modos ore docto. Verum ista nihil prosunt, quia habetis crimen linguæ, et Dii credunt vos detegere cogitationes suas. Neque tamen id vanum; nam ut quæque est familiaris Diis, facitis indicia certa nunc penna nunc lingua. Soboles alitum diu secura tum denique mactata est; et viscera sui indicis placuerunt Diis. Ergo alba columba conjux frequenter avulsa

gens conc. Et sex libri exhibent *concutit;* tres *suscitat;* duo *territat.*—440 P. et Pet. *vict. sacra D.* Unus etiam Med. *grata mari.*—442 Tert. Mor. *Assiduum sylv.*—443 Tres libri dant *quæ plum.* alii *et.*—444 Unus Cod. *Quæ facil.* Mox *modos* Pat. et multi alii; vulg. *sonos.*—445 Fr. *nil* pro *nihil.*—447 Vulg. *hoc falsum;* Duo libri *id falso: id falsum* Heins. dedit ex Ursin. aliisque nonnullis. Unus liber *quæq. est.*—448 In quibusdam *penn. vetitas, nunc.*—449 Tres scripti *diu volucris prol.* et mox *tunc* pro *tum.*—451 Be. *conj. adjuncta mar.* sex alii *adducta.*—452 Maz. *Ur. ignitis alb.* et sex

NOTÆ

nympham deponebat.

436 *Concitat*] Omnes a somno excitat.

440 *Hellespontiaco*] Priapo, scilicet, Lampsaceno, a Lampsaco urbe, quæ est in littore Hellesponti, in ora Asiatica. Hellespontum autem ab Helle Phryxi sorore, quæ in illud mare decidit, appellatum esse sæpe diximus.

441 *Intactæ*] Nunc ad avium cædem declarandam pergit Poëta.

448 *Nunc*] Præpetes, scil. volatu, oscines garritu futura prænuntiare ex augurali disciplina credebantur.

449 *Tum denique*] Cum futurorum fecerunt indicia.

450 *Juverunt*] Quia Diis mactatæ.

Nec defensa juvant Capitolia, quo minus anser
  Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas.
Nocte Deæ Nocti cristatus cæditur ales,
  Quod tepidum vigili provocat ore diem.
Interea Delphin clarum super æquora sidus
  Tollitur, et patriis exerit ora vadis.
Postera lux hyemem medio discrimine signat:
  Æquaque præteritæ, quæ superabit, erit.

suo marito absumitur aris incensis. Neque Capitolia protecta prosunt, quo minus anser præbeat jecur in patinas tuas, Inachi lauta. Ales cristatus jugulatur nocti Deæ Nocti, quia ciet calidum diem ore experrecto. Interea Delphin sidus lucidum tollitur super maria; et extrahit os ex gurgitibus patriis.——Dies sequens signat hyemem discrimine medio, et quæ supererit erit æqualis anteactæ.——Aurora præ-

scripti *blanda* pro *alba*. Denique Heins. conj. *Idaliis*, aut *in Cenidiis*; et Francius *invitis*.—454 Alii *I. vacca, tuas:* Ursin. *bacca;* alius *Baccha:* unus F. et Cod. Læti *Diva*. Be. *Inache sancte;* Excerpt. Kloekhov. et plurimi scripti *Inache laute:* Heins. placet *Inachi lauta*.—455 Alii *D. Noctis crist*. Dein *provocat* ex melioribus Heins. recepit pro vulg. *provocet*.—457 *Æquora* scripti præstan-

NOTÆ

Indicis] Avis quæ Deorum mentem aperit.

452 *Focis*] In Veneris aris tota adurebatur.

453 *Defensa*] Primos anseres Gallorum in Capitolium ascensum persensisse, et clangore vigiles excitasse, notius est quam ut prolixe hic inculcetur.

454 *Inachi*] Rex fuit Argivorum Inachus, quem in fluvium ejus nominis mutatum fuisse volunt. Hujus vero filia fuit Io, seu Isis, cujus sacerdotes anserinis ac bubulis carnibus vesci apud Ægyptios tradit Herodotus.

Lauta] Lautam dicit ex Romanorum opinione, qui anseres, præsertim vero eorum jecora, inter lautissima cibaria habebant.

455 *Nocti*] Quæ quidem Poëtis Dea est.

Cristatus] Gallus, qui cantu suo noctis silentium turbat, et quasi diem provocat.

457 *Interea*] Atque adeo Agonali luce, seu quinto Idus: quanquam Cæsari apud Plinium pridie Nonas exoritur Delphin. Sed ita intelliges, Cæsari matutinum pridie Nonas, huic quinto Idus cum occidit Sol, eum ab oriente surgere.

458 *Patriis*] Delphinus, scilicet, piscis patriam habuit mare. Illum autem fuisse dicunt nonnulli qui ex Siculo mari Arionem citharœdum in Tænarum transvexit. Alii a Neptuno inter sidera collocatum eum volunt, qui Amphitritem nuptias cum ipso detrectantem allexerit, et mitem ad Neptunum produxerit.

459 *Postera*] Quarto Idus Januar. decimo adeoque hujus mensis die Naso, pridie Nonas Columella, et tabulæ Ptolemæi, hoc est Januarii quarto, mediam hyemem faciant. Quomodo computaverint non satis assequor, nisi quod ex bruma ipsa seu Solstitio hyemali hyems media mihi videretur debere dijudicari. Sed Æquinoctiorum nunquam fere non

PROXIMA prospiciet Tithono nupta relicto
Arcadiæ sacrum pontificale Deæ.
Te quoque lux eadem, Turni soror, æde recepit;
Hic ubi Virginea Campus obitur aqua.
Unde petam causas horum, moremque sacrorum? 465
Dirigat in medio quis mea vela freto?
Ipsa mone, quæ nomen habes a carmine ductum,
Propositoque fave, ne tuus erret honos.

ima Tithono relicto prospiciet sacrum pontificale Deæ Arcadiæ. Dies eadem recepit te quoque templo, soror Turni, hic ubi Campus obitur aqua Virginea. Unde petam causas et ritus horum sacrorum? quis dirigat mea lintea in medio mari? Ipsa dece, quæ habes nomen derivatum a carmine, atque fave instituto, ne tua gloria

---

tiores, teste Heins. ceteri *æthera*.—461 Pr. V. et unus Pat. cum Aldin. post. Ed. *Prox. respiciet T.* Excerpt. D. *perspiciet*. Arund. Voss. et multi alii *conspiciet*. Olim etiam edebatur *T. Aurora relict.* Heins. dedit *nupta* ex Ursin. Pet. Mas. et tribus aliis libris: sic etiam Fr.—465 Plurimi *moresque*.—466 Multi scripti et editi *Diriget in;* nonnulli *Dirigit:* Gottorph. *Porriget*.—467 Heins. mallet

NOTÆ

turbata ratio. Quare ista aliis peritioribus æstimanda relinquo.

461 *Proxima*] Tertio Idus, undecimo adeoque Januarii. Sed ne deinceps in leviculis istis immoremur; paranda erit tabula, ex qua vetus Romanorum nostraque dies computandi ratio uno intuitu perspiciatur.

Tithono] Hunc Laomedontis filium ab Aurora in cœlum sublatum, et pro marito amatum, jam sæpius vidimus.

Nupta] Aurora, pro die ipso posita passim.

Relicto] Cum Auroræ sit officium diem aperire.

462 *Arcadiæ*] De Carmenta sermo est; quæ Evandri mater, mulier fatidica, ideoque a Romanis culta, relicta Arcadia, ubi ille regnabat, et consecuta navi, in Italiam cum ipso, qui regno pulsus fuerat, venit. A Carminibus quibus responsa comprehendebat appellatam volunt, cum magis Themis, itemque Nicostrata diceretur. Aram ei ad Carmentalem portam sub Capitolio dedicasse Romanos scribit Dionysius. Templum præterea habuisse in foro Romano a matronis dedicatum docet Plutarchus.

Pontificale] Quod a Pontifice, et majori quam aliorum Sacerdotum veneratione, celebrabatur. Carmentalia autem dicit, quæ feriæ fuerunt stativæ, quæque universi populi eodem tempore recurrebant.

463 *Turni soror*] Juturnam dicit; Turni enim Rutulorum regis soror fuit, Dauni filia, quam Jupiter pro erepta virginitate immortalitate donavit.

Æde] Hoc fuit templum in Campo Martio, prope ductum aquæ Virginis.

464 *Virginea*] Hanc aquam virgineam appellaverunt ideo quod quærentibus aquam militibus virguncula quædam puella venas monstravit, quas secuti qui foderant vim aquæ ingentem invenerunt.

466 *Freto*] Non abs re freto materiam certe difficilem Naso comparat.

467 *Quæ nomen*] Carmentam seu Carmentim dicit: quanquam alii quasi

Orta prior Luna (de se si creditur ipsi)
A magno tellus Arcade nomen habet.
Hic fuit Evander: qui, quanquam clarus utroque,
Nobilior sacræ sanguine matris erat.
Quæ, simul æthereos animo conceperat ignes,
Ore dabat vero carmina plena Dei.
Dixerat hæc nato motus instare, sibique,
Multaque præterea, tempore nacta fidem.
Nam juvenis, vera nimium cum matre, fugatus
Deserit Arcadium Parrhasiumque larem.

minuatur. Terra orta prior Luna (si fides habetur ipsi de se) habet nomen a magno Arcade. Evander ibi fuit, qui tametsi erat illustris utroque sanguine, erat *tamen clarior* sanguine *matris. Quæ statim atque conceperat cœlestes flammas animo, efferebat vero ore carmina plena Dei. Ea quæ nacta erat multum fidem tempore anteacto, dixerat motus instare sibi et filio. Nam adolescens pulsus cum matre nimium vera reliquit Arcadiam et domum Parrhasiam. Cui lacrymanti mater*

Diva, vel *Nympha mone*. Fr. et Mor. *Ipsa move*. Idem Cod. et quidam alii *carm. dictum*.—468 Alii *err. honor*.—469 V. *prius* pro *prior*. Meus liber reponi suadet, *de se, si creditur ulli*: vetus alius *ipsi*. Neapol. *Credimus ipsis* septem libri: *creditur illi*, duo: sed Heinsii unus, *de se sic creditur ulli*, quare rectius legatur ex libro Neapolis, *de se si creditur ulli*. Vid. I. Ex Pont. VIII. 13. *Burm*.—471 Quædam Edd. *Hinc fu*. Heins. dedit *Hic* ex melioribus.—473 Fr. pro var. lect. *æther. concepit mente furores*. Unus etiam Med. *anim. collegerat ign*.—474 Sic Heins. dedit ex Maz. Voss. Arund. et tribus aliis: vulg. *Ore d. pleno c. vera D.* Alter Maz. pro var. lect. *d. pleno carmine vera D*.—475 Fr. a man. pr. *hæc vates mot*.—476 In codice A. *que* deest. Tum alter P. *præterito*. Heins. conj. *Multam præterito temp*.—477 Fr. *nim. ver*.—478 *Arcadium* ex Strozzæ Cod. placet Heins. præ

NOTÆ

carentem mente interpretati sunt, quod, scilicet, Apollinis numine correpta vaticinaretur.

469 *Orta prior*] Antelunares ob religionis neglectum per convicium appellati fuerant Arcades. Probrum illud in laudem verterunt, antiquiorem sidere isto gentem suam gloriantes. At Censorinus trimestrem annum primo habuisse illos dicit, et ob id Proselenos appellatos, seu Antelunares; cum prius annum habuerint quam is in Græcia ad Lunæ cursum constitueretur.

470 *Arcade*] Jovis fuit filius ex Callisto, qui Arcadiæ Peloponnesi regioni intimæ nomen dedisse dicitur.

471 *Utroque*] Mercurii faciunt filium Evandrum plerique; a quibus dissentire videtur Naso.

473 *Ignes*] Afflatus aut instinctus divinos intellige.

475 *Motus*] Seditiones, per quas regno pelleretur. Ob patrem, per imprudentiam tamen, interfectum, fugatum volunt nonnulli: alia tamen alii.

476 *Nacta*] Eventu quippe confirmata omnia quæ Carmentis prædixerat.

477 *Nimium*] Quia melius fuisset regno non pulsos fuisse, falsaque fuis-

itrix flenti, Fortuna viriliter, inquit,
, puer, lacrymas,) ista ferenda tibi est.
in fatis: nec te tua culpa fugavit,
)eus: offenso pulsus es urbe Deo.
riti pœnam pateris, sed Numinis iram.
liquid magnis crimen abesse malis.
mens ut cuique sua est, ita concipit intra
ra pro facto spemque metumque suo.
ıen ut primus mœre mala talia passus:
t ingentes ista procella viros.
idem, Tyriis qui quondam pulsus ab oris,
us, in Aonia constitit exul humo.

reprime fletus, sors ista ferenda est tibi cordate. Ita erat in fatis, neque te expulit, sed Deus: fugatus es Deo adverso. Non fers pœnam iram numinis. Est aliquid scelus abesse ingentibus malis. Prout animus cuique, ita concipit intra pectus spem vel metum pro facto suo. Ne fleas, quasi primus tuleris hujusmodi mala: ista procella occupavit tos. Cadmus, qui olim fugatus ab oris Tyriis exul consedit in terra

---

ullam. Fr. quoque *Parrhasiumq. nemus.*—480 *Puer* Heins. repotit. Edd. et quinque scriptis; alii *precor.*—482 Tres libri *Nec tamen* dem *Sed tamen.* Dein in quibusdam *D. infenso puls.* at Burm. ig. Octo etiam libri *puls. et orbe D.* In Be. distichon turbatis batur *Sic Deus effenso, nec t. t. c. f. Sic erat in fatis, pulsus es orbe* Be. *Non meritis pœn.*—484 Unus Heins. *aliq. magni crim.*—486 ebat *spemve metumve.*—487 P. a man. pr. *ut reris primus mal.* et ml cum quibusdam Edd. Tum *male tal.* editi et scripti nonnulli. V. *ing. læta pr.* unde Heins. conj. *lata.* Unus etiam Bonon. *pr.* Fr. *idem est, T.*—491 Alii scribunt *Pagasæus,* vel *Pegasus,* vel

NOTÆ

entis vaticinia.

rhasium] Arcadia alio nohasia dicta est: adeoque m Parrhasium' domum trium intellige.

iter] O mirum consilium, animo revolvendum quam exilio agimus! fortitudo lacrymæ prosunt.

erat] Cuilibet ergo suum dum; nam adversus fata ente tergiversetur?

s] Pallantio, scil.

inis iram] Prolixa istud indiget oratione, ut a scelere vindicetur. Cavesis saltem ex prima specie interpreteris.

484 *Aliquid*] Immo quantum est.

485 *Concipit*] Atque ea est lex naturæ, seu Dei potius in natura, adversus quam frustra quisquam cavilletur. Eo redeunt denique vel ipsi etiam scelestissimi, suique fiunt tortores. Quod quidem suadeo altissima mente, quisquis es, mediteris.

490 *Cadmus*] Fabulam habes ejus in Metam.

Aonia] Bœotia.

Passus idem Tydeus, et idem Pagaseus Iason:
  Et quos præterea longa referre mora est.
Omne solum forti patria est; ut piscibus æquor:
  Ut volucri, vacuo quicquid in orbe patet.
Nec fera tempestas toto tamen horret in anno:
  Et tibi (crede mihi) tempora veris erunt.
Vocibus Evander firmata mente parentis
  Nave secat fluctus, Hesperiamque tenet.
Jamque ratem doctæ monitu Carmentis in amnem
  Egerat, et Thuscis obvius ibat aquis.
Fluminis illa latus, cui sunt vada juncta Terenti,
  Aspicit, et sparsas per loca sola casas.

Aonia, passus est idem. Tydeus passus est idem, atque idem Jason Pagaseus, et quos longum esset tempus insuper memorare. Omnis terra est patria viro cordato, ut mare piscibus, ut quicquid patet in aëre aliti. Neque horrida tempestas sævit tamen toto anno; crede mihi, tempora veris erunt etiam tibi. Evander animo confirmato sermonibus matris sulcat aquas lintre, et advehitur in Hesperiam. Jamque impulerat navem in fluvium jussu doctæ Carmentis, et ferebatur in aquas Thuscas. Illa cernit latus amnis, cui sunt juncta vada Terenti, et tuguria sparsa per loca sola.

Pagasæus.—495 *Horret* Heins. reponit ex Ursin. et Maz. et quinque aliis pro vulg. *errat.*—496 Unus V. *En tibi.*—497 *Firmata* Heins. recepit ex melioribus; plurimi *et firmus;* et Fr. cum multis aliis *et firma.*—498 Plurimi scripti et editi exhibent *Hesperiamque;* vulg. *Italiamque:* Mor. *Ausoniamque.*—500 Pro *Egerat* multi ex melioribus *Vexerat;* Heins. conj. pro *Rexerat.*—501 Excerpt. Kloekhov. *cujus* pro *cui sunt.* Deinde editi et scripti fere omnes *junct. Turenti;* at meliores pauci *Terenti,* approbante Heins.—502 Heins.

NOTÆ

491 *Tydeus*] Qui Œnei Calydoniæ regis filius, cum Alcatum Lycotheumque nepotes, vel, ut alii volunt, imprudens Menalippum fratrem, occidisset, ad Adrastum regem profugit.

Pagaseus] Thessalicus, a Pagasis Thessaliæ urbe.

Iason] Qui Æsonis filius a Pelia in Colchos honorifico exilio missus est; deinde, Medeæ dolis sublato Pelia eodem, ad Creontem Corinthiorum regem divertit, secumque vitæ reliquum tempus Corinthi egit, sed de eo plura alibi.

493 *Patria*] Quia ubique ex tenui secum Deoque vivere didicit.

495 *Fera*] 'Non semper imbres nubibus hispidos Manant in agros, aut mare Caspium Vexant inæquales procellæ Usque,' &c. inquit Horat.

496 *Tempora*] 'Informes' quippe 'hyemes reducit Jupiter, idem Summovet. Non, si male nunc, et olim Sic erit.' ut ait idem ille et vere Horat. Neque dissimilia Maro, aliique prope omnes, ex ingenio naturæ, scilicet.

498 *Hesperiam*] Italiam. Regnante Fauno, ante annos circiter 60. quam Æneas in Italiam deferretur, Evandrum eodem appulsum testatur Dionysius Halicarn.

500 *Obvius ibat*] Navigabat adversum fluvium Tiberinum, qui ex He-

Utque erat, immissis puppim stetit ante capillis;
Continuitque manum torva regentis iter.
Et procul in dextram tendens sua brachia ripam,
Pinea non sano ter pede texta ferit.
Neve daret saltum properans insistere terræ,
Vix est Evandri vixque retenta manu.
Dique petitorum, dixit, salvete locorum;
Tuque novos cœlo terra datura Deos:
Fluminaque, et Fontes, quibus utitur hospita tellus,
Et Nemora, et Sylvæ, Naiadumque chori:
Este bonis avibus visi natoque mihique;
Ripaque felici tacta sit ista pede.
Fallor? an hi fient ingentia mœnia colles?
Juraque ab hac terra cetera terra petet?

Atque ut erat coma dijecta stetit ante puppim, et sæva cohibuit dextram dirigentis iter. Atque procul tendens sua brachia in ripam dextram, ter percutit texta pinea pede furenti. Et ægre atque ægre cohibita est manu Evandri, ne festinans insiliß terræ, desiliret. Dixque, inquit, locorum quæsitorum, salvete, tuque tellus præbitura cœlo novos Deos; et fluvii, et fontes, quibus tellus hospita utitur, et Deæ sylvarum, atque chori Naiadum, estote visi filio mihique lætis auspiciis, et ista ripa sit tacta fausto pede. Decipior? an hi clivi fient muri excelsi? et cetera terra petet jura

recepit *sparsas* ex scriptis plerisque; ceteri *solas*.—503 Pro *immissis* Mor. *incultis*, vel *hirsutis*; Be. *intonsis*.—504 Excerpt. Kloekhov. *Continuatque:* et Fr. a man. pr. Excerpt. D. et quinque alii *manu;* duo *manus*.—505 Marg. Bersm. et Gryph. *sua lumina rip*.—506 Be. habet *cum* pro *ter*.—507 *Terræ* ex vett. Heins. dedit pro vulg. *ripæ:* nam *ripam* jam præcesserat.—508 Heins. malebat *Evandre*. Tum unus ejusdem *dira retent*. Heins. totum' vs. sic legere volebat; *Vix, Evandre, tua vixq. r. m. est*.—512 *Et Nemora, et Sylvæ* est a corr. Heins. nam vulg. habebant *Et nemorum Nymphæ:* sed pro *Nymphæ* omnes fere meliores scripti *Sylvæ:* Heins. etiam conjecerat *Et nemorum Dive*. Petavii Cod. alterum Heins. emendationem firmat.—514 Burm. placet lectio P. sec. *Istaque f. ripa sit icta pede*.—516 Liber Ursin. cet. *turba pet*. et

NOTÆ

turia seu Tuscia labitur.

501 *Terenti*] Locus fuit in campo Martio, si Festo credimus; quem vide, si tanti est.

502 *Casas*] Pastorum et Aborigenum tuguria.

503 *Immissis*] Sparsis, de more furentium, aut spirita quopiam divino correptorum.

504 *Torva*] Ferox et furens, divino spiritu plena.

Regentis] Illius qui ad gubernaculum sedebat; quem ad ripam tendere aut eo navim dirigere volebat.

506 *Non sano*] Quia numine correpta.

Texta] Navis ipsius tabulata.

510 *Deos*] Spectat istud præsertim ad Cæsares: quanquam neque Romulus excludendus.

511 *Hospita*] Quæ nos excipiet.

513 *Bonis avibus*] Felici augurio.

Montibus his olim totus promittitur orbis.
  Quis tantum fati credat habere locum?
Et jam Dardaniæ tangent hæc littora pinus.
  Hic quoque causa novi fœmina Martis erit.
Care nepos, Palla, funesta quid induis arma?
  Indue: non humili vindice cæsus eris.
Victa tamen vinces, eversaque Troja resurges:
  Obruet hostiles ista ruina domos.
Urite victrices Neptunia Pergama flammæ:
  Num minus hic toto est altior orbe cinis?

ab hac terra? Totus orbis promittitur olim his collibus. Quis credat locum habere tantum fati? Atque jam naves Dardaniæ admovebuntur huic ripæ. Hic etiam fœmina erit causa novi belli. Palla, dilecte nepos, quamobrem capis arma exitialia? Cape: non interficieris tenui ultore. Troja victa vinces tamen, et prostrata excitaberis. Istud excidium obruet domos hostiles. Flammæ victrices incendite Pergama Neptunia. Num hic cinis minus est altior toto orbe? Jam pius Æneas

Zulichemianus vetustissimus *petent*. Unus Mor. *terr. feret*.—518 Heins. conj. *Q. t. hunc f.* vel *Q. t. huic f. c. inesse loco*. Burm. nihil mutare volebat.—519 Heins. conj. *Dardanides*.—520 Heins. conj. *His quoq*.—525 Maz. unus Heins. et sex alii *N. mœnia fl*.—526 Fr. cum vulg. *Nunc minor;* multi scripti *Non minor:* alii *Num minor;* Ursin. et duo alii *Non minus;* Zulich. *Nec minus;* tres *Num minus*, quod

NOTÆ

515 *Fallor*] Sine omni periculo vaticinari potest, siquidem illud vaticinari est re ipsa quæ comprobata sunt proferre. Nasonis enim quam Carmentis credideris magis istud esse de domina urbe vaticinium.

Hi colles] Septem illos celebres dicit in quibus posita regina Urbium Roma, Palatinum, Capitolinum, Aventinum, Cœlium, Esquilinum, Viminalem, Quirinalem, quos prospectabat Carmentis.

518 *Tantum*] Ut possit gentibus imperare, qui nunc incultus et solus locus est.

519 *Jam*] Post 60. annos enim eodem Æneas appulit.

Dardaniæ] Trojanæ.

Pinus] Pro navibus.

520 *Quoque*] Ad Helenam istud spectat, quæ belli Trojani fuit causa.

Fœmina] Lavinia, scilicet, Latini filia, cujus causa gravissimum, Turnum inter atque Æneam, bellum intercessit. De quibus Maro.

521 *Palla*] Hunc Æneæ suppetias ferentem Turnus occidit.

522 *Humili*] Turnum, quippe, Pallantis maxime causa Æneas peremit.

523 *Victa*] A Græcis eversa.

524 *Hostiles*] Romani quippe a Trojanis derivati Græciam totam imperio suo subjecerunt.

525 *Urite*] In Græcos specie quadam ironiæ invehitur.

Neptunia] A Neptuno Phœboque exstructa.

526 *Cinis*] Per cinerem, quæcumque incendio Trojano superfuerunt, atque adeo heroës, intellige, a quibus nova mœnia excitata, quæ in orbem totum imperium suum protulerunt.

Jam pius Æneas sacra, et sacra altera patrem,
Afferet. Iliacos excipe, Vesta, Deos.
Tempus erit, cum vos, orbemque tuebitur idem:
Et fient ipso sacra colente Deo:
Et penes Augustos patriæ tutela manebit.
Hanc fas imperii frœna tenere domum.
Inde nepos natusque Dei (licet ipse recuset)
Pondera cœlesti mente paterna feret.
Utque ego perpetuis olim sacrabor in aris,
Sic Augusta novum Julia numen erit.

ebchet sacra, et patrem sacra altera. Vesta, excipe Deos Iliacos. Tempus erit, cum idem defendet vos atque orbem; et sacra celebrabuntur ipso Deo colente: et tutela patriæ manebit penes Augustos. Fas hanc domum tenere habenas imperii. Inde nepos et filius Dei, quamvis ipse recuset, feret onera paterna mente cœlesti. Atque ut ego sacrabor olim in altaribus æternis; ita Julia Augusta erit nova dea.

Heins. placet. Be. *Nunc minor in tot.*—527 Unus V. *sacra altera et altera patr.* —528 Unus V. *Auferet*, quod neque Heins. displicet: Burm. etiam putat posse *Efferet* legi. Dein multi scripti et editi *I. accipe, V.* et Excerpt. Voss. *accipe veste D.*—529 Post. Aldin. *quo* pro *cum*.—530 Duo libri *sacr. colenda D.* —531 Neapoli placet lectio sui Cod. *Cum pen.* et ita unus Bonon. Mox unus Med. *tutel. manebis*, venuste, judice Heins.—532 Unus Med. *jura* pro *frœna*.—533 In Cod. Neapol. *Ind. natusque neposq. D.* Mox Pat. *usque* pro

NOTÆ

527 *Sacra*] Ignem æternum, scil. cum Palladio, aliisque Diis, de quibus qui fuerint non satis constat.

Altera] Patrem Æneæ Anchisen dicit, quem Deum fecit, et pro Deo coluit; ut ex Marone liquet.

528 *Vesta*] Per Vestam, templum Vestæ dicatum intellige, a Numa primo positum, ut plurimis placet, multisque cærimoniis venerabile factum.

529 *Idem*] Ad Julium Cæsarem refertur istud vaticinium, qui et Imperium et Pontificatum, ipse quoque Diis ascriptus, obtinuit.

531 *Augustos*] Augustum Cæsarem, ejusque posteros.

533 *Nepos*] Germanicum intellige, Augusti nepotem, ideo quod a Tiberio adoptatus, quem Tiberium filium suum Augustus idem adoptione fecerat.

Natusque] Tiberius est, qui improba mente quasi coactus et querens miseram et onerosam sibi injungi servitutem, imperium denique recepit.

534 *Pondera*] Imperii administrationem.

536 *Augusta*] Liviam dicit, Augusti uxorem, cui Juliæ nomen datum, quod in Juliam domum concessisset. Illi vero, ut est assentatorum ingenium, divinitas attributa; atque consecratam a Claudio nepote tradunt Suetonius et Dio. Siquidem vero ista omnia accipere non potuerit Naso, qui multo ante obiit, ab ipso hæc, captandæ benevolentiæ causa, anteoccupata, sagacitate quadam dixeris.

Talibus ut nostros dictis descendit in annos,
  Substitit in medios præscia lingua sonos.
Puppibus egressus Latia stetit exul in herba.
  Felix, exilium cui locus ille fuit!
Nec mora longa fuit: stabant nova tecta: nec alter
  Montibus Ausoniis Arcade major erat.
Ecce boves illuc Erytheidas applicat heros,
  Emensus longi claviger orbis iter.
Dumque huic hospitium domus est Tegeæa, vagantur
  Incustoditæ lata per arva boves.
Mane erat: excussus somno Tirynthius hospes
  De numero tauros sentit abesse duos.

Descendit in nostros agros hujusmodi auspiciis; lingua præscia substitit in medias voces. Profugus egressus navibus stetit in gramine Latino. Beatus, cui ille locus fuit exilium! Neque tempus fuit longum; nova ædificia constructa erant; neque alius erat major Arcade in collibus Ausoniis. Ecce heros claviger peregrato itinere vasti orbis advehit illuc vaccas Eritheides. Et dum domus Tegeæa est huic hospitium, juvencæ incustoditæ errant per amœnos campos. Mane erat: hospes Tirynthius excitatus a somno advertit duos boves deesse numero. Lustrans nulla videt

---

ipse; et Excerpt. Voss. *ipse recuses.*—537 *Talibus auspiciis* Arund. et tres alii. At Ursini, Zulich. Maz. Nauger. Voss. et tres alii, *Talibus auspiciis nostros descendit ad agros: dicta* hic pro Vaticiniis sumsit. Vide notas in Epist. v. 33. [Not. Varior.] *Heins.* Nos vulgatam reduximus, in qua sensus melior, et quam Fr. et optimus quisque agnoscit: descendit enim ab Ænea ad Augusti et Tiberii tempora: *ad annos* etiam Arund. et unus Voss. *Burm.*—538 Sligtenhorstius malebat *in mediis...sonis:* Excerpt. Kloekhov. et Fr. *medio...sono.*—539 Margo Gryphii et Mycilli *exul arena.*—540 Thuan. *Fel. exilii cui.*—541 Heins. mallet *long. subit,* quia jam præcessit *fuit;* nisi illic mavis *suum.*—543 Scaliger *Eritheidas* legebat. Dein pro *applicat* Heins. mallt *appulit:* unus Pat. *applicat oras;* et Heins. conj. *oræ;* i. e. illuc oræ.—545 Alii *Tegeæa,* vel *Tegæa.*—546 Ursin. Max. Zulich. et quatuor alii *Incust. læta per.*—547 Sæpe edebatur *T. heros:* Neapolis ex veterrimo Cod. restituit *hospes:* Pet. habet *auctor,* unde Heins. faciebat *actor.*—548 Heins. ex

NOTÆ

538 *Substitit*] Atque adeo omnia quæ mente agitabat Deo plena, non profudit. Scilicet e re non fuit Poëtæ, neque ex facili, plura aperire.

539 *Exul*] Evander, scil.

540 *Ille*] Pro se loquitur Naso, qui lubentissime in illas oras concessisset.

541 *Nova tecta*] Novis sedibus Palantium, a veteri urbe quam reliquerant, nomen imposuerunt.

542 *Arcade*] Evandro, scil. qui ex Arcadia profugerat.

543 *Erytheidas*] Quas ex Erythia insula in freto Gaditano, ubi Geryon regnasse dicitur, Herculem abduxisse fabulati sunt.

544 *Claviger*] Scilicet clavam suam et pellem leoninam habuit Hercules, peregre præsertim.

545 *Tegeæa*] Arcadica Evandri, qui hospitio Herculem excepit. Fuit enim

Nulla videt taciti quærens vestigia furti:
Traxerat aversos Cacus in antra feros;
Cacus, Aventinæ timor atque infamia sylvæ,
Non leve finitimis hospitibusque malum.
Dira viro facies; vires pro corpore; corpus
Grande: pater monstri Mulciber hujus erat.
Proque domo longis spelunca recessibus ingens,
Abdita, vix ipsis invenienda feris.
Ora super postes affixaque brachia pendent,
Squalidaque humanis ossibus albet humus.
Servata male parte boum Jove natus abibas:
Mugitum rauco furta dedere sono.
Accipio revocamen, ait; vocemque secutus
Impia per sylvas ultor ad antra venit.

indicia secreti furti: Cacus traxerat in speluncam feroces aversos, Cacus, inquam, formido atque dedecus nemoris Aventini, malum non parvum vicinis atque advenis. Vultus horridus homini, vires pro corpore; corpus ingens, Mulciber erat parens hujus monstri. Atque vastum antrum productis recessibus secretum, vix inveniendum ipsis feris, illi *erat pro domo. Vultus et brachia affixa pendent super postes, et terra squalens alba est ossibus humanis. Fili Jovis, discedebas, parte boum male custodita; rapinæ mugierunt voce rauca. Audio revocamen, inquit, et secutus sonum vindex pervenit per sylvas ad speluncam impiam. Ille præcluserat aditum im-*

melioribus reposuit *sentit* pro vulg. *sensit.*—549 Alter P. *Null. videns quærit taciti*: Fr. etiam *quærens tac.* inverso ordine.—550 Be. et multi alii *Trax. adversos C.* Mox alii Codd. *antr. boves*, quod Burm. arridet, qula *feris* mox repetitur.—551 F. *A. tremor atq.*—553 Nonnulli *Dura vir.* et Voss. *Mira.*—554 Alii *Mulcifer.*—556 Ursin. Cod. *Obdita, vix*: et duo libri *ullis* pro *ipsis.*—559 Heins. pro vulg. *abibat* ex Pet. reposuit *abibas*: ut *Jove natus* pro *nate* dixerit.—561 *Revocamen* Heins. dedit ex Pet. Nanger. Ursin. Arund. et multis aliis; vulg. *Accipio, revocamur, ait*, quod et ferri posse Heins. censet. Mox Fr. *vocesque.*—562 *Ultor* ex vett. libris: vulg. *victor.*—563 Jun.

NOTÆ

Tegea urbs Arcadica.

547 *Tirynthius*] Hercules, cui a Tirynthe, aut Tiryntho, Argis vicino oppido, ubi nutritus, illud datum nomen.

550 *Aversos*] Per caudam boves in speluncam suam traxerat Cacus.

Cacus] Latro pessimus, cui a re ipsa datum nomen; κακὸς enim Græce malus dicitur. Vulcani filium fecerunt poëtæ, historici vero Evandri servum nequissimum.

551 *Aventinæ*] Formidandum se in Aventini montis sylva grassationibus et latrociniis Cacus effecerat.

554 *Mulciber*] Vulcanus, ferrum mulcere et subigere Diis paratus, ut alibi dictum.

557 *Ora*] Capita et brachia humana in tropæi modum ex postibus pendebant istius nebulonis.

560 *Furta*] Boves furto abductæ.

561 *Revocamen*] De mugitu loquitur boum. At certe mire ex Herculis ingenio expressit, qui deceptus placida mente non discedebat.

Ille aditum fracti præstruxerat objice montis :
  Vix juga movissent quinque bis illud opus.
Nititur hic humeris (cœlum quoque sederat illis)
  Et vastum motu collabefactat onus.
Quod simul evulsum est, fragor æthera terruit ipsum ;
  Ictaque subsedit pondere molis humus.
Prima movet Cacus collata prælia dextra ;
  Remque ferox saxis stipitibusque gerit.
Quis ubi nil agitur ; patrias male fortis ad artes
  Confugit, et flammas ore sonante vomit.
Quas quoties proflat, spirare Typhoëa credas,
  Et rapidum Ætnæo fulgur ab igne jaci.

pedimento montis avulsi : vix decem juga movissent illud pondus. Hic contendit humeris (cœlum etiam positum fuerat super illos) atque impellendo devolvit ingentem molem. Quæ statim atque sublata est, fragor concussit ipsum cœlum, et terra percussa subsedit gravitate ponderis. Cacus movet prima certamina dextra conserta, et sævus rem gerit lapidibus et sudibus. Quibus postquam nihil promovetur, parum validus recurrit ad artes paternas, et eructat ignes ore strepente. Quos quoties efflat, arbitreris Typhœum spirare, et fulgur rapidum mitti a foco Ætnæo. Aci-

adit. strati pr. ob. saxi : nonnulli etiam *perstruxerat.*—564 Pro vulg. *onus* Burm. recepit *opus* ex Pembrocii libro, Thuan. et Max. quia seq. *onus*, et quia hæc pars montis, quasi *opus*, vallum et munimentum antri erat.—565 Arund. *hic humero ;* et mox *illi* pro *illis.* Francius legebat *N. h. humeris, (c. queis s.) illis.* Hoc distichon deerat Hugeniano Cod. et in Max. fuit ascriptum margini.—567 Plurimæ Edd. *sim. eversum est :* at *evulsum* in quibusdam vett. Codd. legitur ; unde Neapolis malit *avulsum.* Τὸ *est* a nonnullis abest Codd. unde Heins. scribendum putat *Quo simul avulso*, vel *averso.* Dein Sa. pro var. lect. *æth. verberat ips.* tres alii, et postr. Ed. Aldin. *concutit.*—568 Quidam ex melioribus *Jactaque ;* tres *Laxaque ;* duo *Læsaque ;* unus Mor. *Actaque.* Dein malebat Francius *subsidit.* Mox castigatiores scripti, teste Heins. habent *molis ;* at vulg. legebatur *mollis.*—569 P. *C. collecta præl.* Thuan. *collataque.*—570 Hugenii Excerpt. *Remq. ferus sax.* et Arund. *ferus.* Mox pro *gerit* Excerpt. Kloëkhov. *movet.*—571 Excerpt. Kloëkhov. *ad arcti.*—572 *Effugit, et.* Be. *ore tonante vom.*—573 Alii *quot. perflat, spir.* unus Mor.

NOTÆ

562 *Impia*] Propter impium Cacum.

564 *Juga*] Decem jugatorum boum paria.

565 *Cœlum*] Dictum in Metam. pro Atlante cervicem cœlo supposuisse Herculem.

567 *Fragor*] Ex impulsæ molis seu saxi motu.

568 *Subsedit*] Subsidere videtur, cujus partes hinc inde disjiciuntur : nisi mavis hyperbolen hic esse.

571 *Male*] Quippe cum fortiori res erat.

573 *Typhoëa*] Quem Gigantem Ætnæ suppositum, unde flammas eructat, in Metam. vidimus.

574 *Ætnæo*] Qui ex Ætna Siciliæ monte prorumpit.

Occupat Alcides, adductaque clava trinodis
Ter quater adversi sedit in ore viri.
Ille cadit, mixtosque vomit cum sanguine fumos,
Et lato moriens pectore plangit humum.
Immolat ex illis taurum tibi, Jupiter, unum
Victor, et Evandrum ruricolasque vocat:
Constituitque sibi, quæ Maxima dicitur, aram,
Hic ubi pars Urbis de bove nomen habet.
Nec tacet Evandri mater, prope tempus adesse,
Hercule quo tellus sit satis usa suo.
At felix vates, ut Dis gratissima vixit,
Possidet hunc Jani sic Dea mense diem.
Idibus in magni castus Jovis æde sacerdos
Semimaris flammis viscera libat ovis:

dos tundit, et clava trinodis adducta impacta est ter quater in os viri adversi. Ille procumbit, et vomit fumos confusos cum sanguine, et moriens verberat terram vasto pectore. Victor immolat tibi unum taurum ex illis, Jupiter, atque invitat Evandrum et ruricolas. Atque ponit sibi altare, quod dicitur Maximum, hic ubi pars Urbis habet nomen de bove. Neque mater Evandri premit silentio prope tempus adesse, quo terra sit satis usa suo Hercule. At beata vates, ut vixit gratissima Diis, ita Dea habet hunc diem in mense Jani. ——Idibus sacerdos castus adolet ignibus exta ovis semimaris in templo excelsi

conflat; Excerpt. Kloekhov. *efflat.*—576 Fr. *quat. adversi sed.* nonnulli etiam libri *adverso;* Pet. *adversu.* Mox Arund. Fr. et tres alii *in ora vir.*—577 *Mixtosq..fumos* est ex quatuor V. at in plurimis codd. cum vulg. Edd. *mixtoq..flammas:* in Max. et octo aliis *mixtoque,* i. e. mixto sanguine.—578 V. et tres alii *pect. tangit hum.* Pol. et duo præterea *pulsat.*—579 Fr. *ill. taurorum J.*—581 In Arund. et Voss. cum quatuor aliis *Instituitque.*—585 In voc. *vates* unus Mor. pro var. lect. *mater.* In nonnullis *gratiss. dixit;* Burm. putat ex Met. XIV. 123. 'Dis gratissima, dixit.'—586 Sex Codd. *Poss. hunc J.* Tum unus V. *sic D. facta di.* Be. *hanc J. s. quoque m. diem.*—588

NOTÆ

575 *Alcides*] Hercules, cui a robore illud Græce datum nomen.

Adducta] De more illorum qui gravem ictum inferre parant.

576 *Ter quater*] Manu Herculis satis fuit.

579 *Illis*] Qui surrepti fuerant.

581 *Constituit*] Non ita habent historici, sed ab Evandro, a Carmenta docto, Herculi dicatam aram Maximam scribunt. Vide Dionysium et Livium.

582 *Pars urbis*] In foro boario; cui ab immolato Herculis manibus bove datum nomen volunt: nisi quod nonnulli ab ænea bovis statua quæ ibi fuit accersunt.

583 *Mater*] Evandrum ipsum divinationem matris Herculi aperuisse refert Dionysius.

584 *Quo tellus*] Adeoque ille, monstris ex terra sublatis, ad Superos sit excessurus.

586 *Hunc*] Tertium Idus, scil. quo

Redditaque est omnis populo provincia nostro;
Et tuus Augusto nomine dictus avus. 590
Perlege dispositas generosa per atria ceras;
Contigerunt nulli nomina tanta viro.
Africa victorem de se vocat: alter Isauras,
Aut Cretum domitas testificatur opes.

Jovis. Atque omnis provincia est reddita populo nostro, et avus tuus appellatus nomine Augusto. Evolve ceras digestas per atria nobilia; nemini obtigerunt tam præclara nomina. Africa appellat victorem de se; alius testatur opes Isauras, aut

Burm. præstare censet *Sem. flamma visc.* certe *flammas* in duobus est.—591 In uno V. et Ursin. *disp. cinerosa per;* et sic in Fr. a man. pr. duo *numerosa;* totidem *annosa:* Glossa Rumpfii *onerosa;* Burm. conj. pro *operosa.*—592 Alii *Contigerint;* vulg. Edd. *Contigerunt:* Heins. dedit *Contigerunt* ex Pet. veterrimo: Excerpt. Kloekhov. etiam cum Fr. *Contingunt,* et Be. *Congregunt,* mendose.—593 Non displicet Neapoli lectio editionis quæ habet *Isaurum,* nam *Cretum* sequitur; sic etiam Sa. et quatuor alii Codd. P. et Mor. *Isauros;* unus *Isaurum*; et Fr. a man. pr. *Isaura.*—594 Fr. *Aut* regum

NOTÆ

Carmentalia celebrabantur.

588 *Seminaris*] Vervecis.

Flammis libat] Sacrificat.

589 *Reddita*] Anno quippe ab Urbe condita 726. Augustus cum omnium gratiam superiore anno beneficiis suis demeruisset, oratione ad tempus accommodata, sese jam imperio abdicare in Senatu, et illud reddere populo Romano proposuit. Ea vero ratione factum, ut communibus precibus eum omnes ad illud retinendum coëgerint. Qua re, cum imperium stabilivisset, provincias Imperii ita partitur, ut pacatiores populo, quo Proconsules mitterentur, traderet; reliquas vero quæ forte rebellarent sibi servaret: factumque hac arte, ut et Senatui arma sustulerit, et ad se milites omnes, vimque adeo, perduxerit. Atque hinc cujusmodi fuerit ista redditio satis patet.

590 *Tuus*] Germanicum alloquitur.

Augusto] Augusti cognomen sacrum atque venerandum Octavio Cæsari Idibus datum testatur Naso. Quanquam Censorinus in 16. Kalend. Februar. rejicit. Orosius ad 8. Idus retrahit. Nugæ, quæ ad nos nihil spectant.

591 *Generosa*] Virorum generosorum et nobilium, qui in atriis majorum imagines in decus gentis servabant.

Ceras] Clypeos intellige, seu imagines olim ex cera, quarum beneficio præclarorum virorum memoriam per singulas gentes servabant.

593 *Africa*] Ut magis Augusti augustum et venerandum cognomen extollat, alia præstantissimorum virorum profert, longe tamen inferiora. Africam quod attinet, majori atque minori Scipioni, a quibus victa, Africani nomen dedit.

Isauras] Isaurorum Asiæ populorum ad Taurum montem; qui P. Servilio, a quo domiti, cognomen fecerunt Isaurici.

594 *Cretum*] A Cretensibus vero, aut devicta Creta insula, Q. Metellus Creticus dictus est.

Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum; 595
  Ille Numantina traxit ab urbe notam.
Et mortem et nomen Druso Germania fecit.
  Me miserum, virtus quam brevis illa fuit!
Si petat a victis, tot sumat nomina Cæsar,
  Quot numero gentes maximus orbis habet. 600
Ex uno quidam celebres, aut Torquis ademtæ,
  Aut Corvi titulos auxiliaris habent.
Magne, tuum nomen rerum mensura tuarum est:
  Sed qui te vicit, nomine major erat.

Cruicus subactus: Numidæ dant fastus huic, Messana illi; ille habuit splendorem ab urbe Numantina. Germania dedit mortem et famam Druso. Me infelicem, quam brevis illa virtus fuit! Si Cæsar sumat nomina a domitis, tot obtineat quot vastissimus orbis habet nationes. Quidam celebrati ex uno, vel propter armillam ablatam, vel habent nomen Corvi oppiferi. Magne, nomen tuum est mensura factorum tuorum: sed qui superavit te, erat major nomine. Neque est gradus ullus

dem.—595 Fr. *Messena.*—599 *Sumat* Heins. recepit ex melioribus pro vulg. *sumet.*—601 Ursini liber pro var. lect. et quinque alii cum Arund. exhibent *ademtæ*; nonnulli cum Fr. *ademti*: plures, teste Heins. *adeptæ* vel *adepti.*—603 Fr. *ver. est mens.*—604 Sic, teste Ciofan. in optimis libris scriptis. At

NOTÆ

595 *Numidæ*] Hi vero Africæ populi, qui sub Jugurtha militabant, a Cæcilio Metello fusi fugatique, Numidici titulum viro fecerunt.

Messana] Hæc Siciliæ urbs Valerio Maximo Messanæ primo, mox Mesenæ, a vulgo permutata litera, cognomen fecit.

596 *Numantina*] A Numantia, Celtiberorum in Hispania urbe nobilissima, Scipioni Æmiliano Numantini etiam cognomen ex triumpho datum.

597 *Druso*] Qui Tiberii frater, et pater Germanici hujus cui Fastos suos Naso consecravit, cum inter Salam fluvium et Rhenum adversus Germanos fortiter certasset, victor mortem, equo super crus collapso, oppetiit, et Germanicus post fata appellatus fuit.

598 *Me miserum*] Siquidem ad Drusi filium verba faciebat Naso, non ab re tanti viri recordatione cum commiseratione locutus. Namque Paterculo si qua fides, tot tantarumque virtutum fuit ille adolescens, quot et quantas natura mortalis percipit, vel industria perficit.

601 *Uno*] Viro superato, puta, aut facto quopiam, &c.

Torquis] Manlius quidem a torque aureo quem Gallo cuidam Romani nominis contemtore detraxit, postquam certamine singulari in bello vicisset et occidisset, Torquati nomen assumsit.

602 *Corvi*] Unum quendam repente advolasse et super Maximi Valerii tribuni galeam insedisse scribunt, cum adversus Gallorum ducem, qui agrum Pontinum occupaverant, ad singulare certamen descendisset. Neque id modo, sed in adversarii ejus os atque oculos unguibus et rostro dicitur involasse, manus laniasse, et denique usque obturbasse, donec plane victus fuerit. Eam ob causam

s est ultra Fabios cognominis ullus:
nus meritis Maxima dicta suis.
humanis celebrantur honoribus omnes:
ium summo cum Jove nomen habet.
cant augusta Patres: augusta vocantur
sacerdotum rite dicata manu.
augurium dependet origine verbi,
cumque sua Jupiter auget ope.

tra Fabios: illa domus appellata Maxima suis meritis. Verum tolluntur laudibus humanis; hic habet nomen socium cum supremo vocant sancta Augusta: templa rite sacrata manu sacerdotum di-a. Augurium etiam, et quicquid Jupiter auget auxilio suo, fluit ab

---

Voss. Zulich. et multi alii *te quoque maj.* quare fuit cum lum censeret *se quoque maj.*—605 Ex melioribus omnibus re-. *ultra Fabios;* vulg. legebatur *F. supra;* Fr. *supra F.*— ro *summo* quatuor Codd. Plurimi etiam *J. numen hab.*—609 *tr. aug. voc.* mutato ordine.—610 Fr. *Templ. sacerdotis rit.*— nis vett. Codd. et in pr. Venet. Ed. *dep. originis Urbi;* et sic nt: *origine verbi* autem Ciofan. recepit ex Statii libro et aliis

NOTÆ

buit Corvinus.
] Pompeium compellat.
secrationem spectarent: de quibus alibi.

Augeat imperium nostri Ducis, augeat annos:
Protegat et vestras querna corona fores.
Auspicibusque Deis tanti cognominis hæres
Omine suscipiat, quo pater, orbis onus.
Respiciet Titan actas ubi tertius Idus,
Fient Parrhasiæ sacra relata Deæ.

origine hujus vocis. Augeat imperium nostri Ducis, augeat annos; et corona querna tueatur vestras januas: atque hæres tanti cognominis suscipiat curam mundi Deis auspicibus, omine quo pater.——Postquam Sol tertius respiciet Idus præteritas, sacra iterata Deæ Parrhasiæ celebrabuntur. Nam olim carpenta ferebant

---

quibusdam.—614 Heins. cum vett. *vestras* scribit; vulg. *nostras:* unus V. *meritas.* Quidam conj. *notas.*—615 Unus Heins. *Auspicibusq. D.*—616 Edd. Heinsiorum *Om. suspiciat;* Arund. *suscipias;* eleganter, judice Burm. Deinde plurimi habent *pat. orbis on.* et sic vulg. scribebatur.—618 Nonnulli

NOTÆ

613 *Nostri ducis*] De Tiberio an magis de Augusto agat facit ut dubites quod Augusti tempore scripti hi Fasti, qui deinde correcti. De Augusto tamen sequentia faciunt ut exponam: quanquam alii aliter.

614 *Querna*] De ea supra in Tristibus; ubi vide; nam subinde eadem repetere et tædiosum, et pravum forte. Non abs re tamen fuerit, quod ad hunc locum maxime spectat, observare, callidissime sibi Poëtam prospexisse, qui de corona querna et civica OB CIVES SERVATOS dari solita, militum virtutis, et Principum clementiæ insigni clarissimo, mentionem in loco tam notabili injecerit. Namque eodem die quo Augusti cognomine decoratus Octavianus a Senatu, eodem, inquam, illi corona querna concessa, quasi a genere humano; ut tacite idem hic quod in Tristibus videatur Naso inculcare: 'Adjice servatis unum, Pater optime, civem, Qui procul extremo solus in orbe jacet.' Neu genio hic nos indulgere credideris, momenti tanti et tantæ observationis digna visa est ea corona, ut nummi plures ex ea cusi, quidam cum corona ex hac fronde, et hisce literis, OB CIVES SERVATOS; quidam cum aquila tenente unguibus quercum, et duobus arbusculis, (lauris, scilicet,) a latere; alii cum orbe et iisdem ramulis, sed hacce inscriptione, PAX ORBIS TERRARUM. S. P. Q. R. Quod nisi jam nimius essem, non pauca certe protulissem, ex quibus bene merendo et servando, melius multo quam sævitia et multis satellitibus, imperium suum tutari et proferre Principem demonstratum ivissem. Satis jam fuerit meminisse, quod illa corona, de qua modo, ad portam Palatinam in monumentum æternum excubias agebat.

615 *Auspicibus*] Faventibus.

Hæres] De Tiberio intellige, neque de alio.

616 *Suscipiat*] Quasi rem ardnam timeat; volentibus tamen omnibus bonis tandem in se recipiat. Imperium abdicantem vidimus supra Augustum; et majori simulatione illud idem incipientem deinde habebimus Tiberium.

Quo pater] Felicissimo, et cunctis volentibus.

617 *Titan*] Sol, Hyperione Titane ortus.

Nec gradus est ultra Fabios cognominis ullus:
  Illa domus meritis Maxima dicta suis.
Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes:
  Hic socium summo cum Jove nomen habet.
Sancta vocant augusta Patres: augusta vocantur
  Templa, sacerdotum rite dicata manu.
Hujus et augurium dependet origine verbi,
  Et quodcumque sua Jupiter auget ope.

cognominis ultra Fabios: illa domus appellata Maxima suis meritis. Verum tamen omnes tolluntur laudibus humanis; hic habet nomen socium cum supremo Jove. Patres vocant sancta Augusta: templa rite sacrata manu sacerdotum dicuntur Augusta. Augurium etiam, et quicquid Jupiter auget auxilio suo, fluit ab

Cod. Ursini, Voss. Zulich. et multi alii *te quoque maj.* quare fuit cum Heins. legendum censeret *se quoque maj.*—605 Ex melioribus omnibus reposuit Heins. *ultra Fabios;* vulg. legebatur *F. supra;* Fr. *supra F.*—608 *Magno* pro *summo* quatuor Codd. Plurimi etiam *J. numen hab.*—609 Fr. *Sanct. patr. aug. voc.* mutato ordine.—610 Fr. *Templ. sacerdotis rit.*—611 In plurimis vett. Codd. et in pr. Venet. Ed. *dep. originis Urbi;* et sic vulgatæ habent: *origine verbi* autem Ciofan. recepit ex Statii libro et aliis

NOTÆ

cognomen habuit Corvinus.

603 *Magne*] Pompeium compellat, qui a magnis rebus gestis Magni nomen reportavit.

604 *Qui te*] Julius Cæsar, scil. qui rei militaris experientia, virtute, et felicitate Pompeio major.

605 *Ultra*] Maximi enim a Q. Fabio Rutiliano illud nomen acceperunt, de quo sic Livius: ‘ Fabius, simul concordiæ causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanasque eas appellavit: adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret.’

610 *Sacerdotum*] Pontificum; Senatus Populique jussu et auctoritate.

Rite] Secundum consuetudinem, per auguria præsertim, precibus insuper aliisque adhibitis quæ ad consecrationem spectarent: de quibus alibi.

611 *Origine*] Non melius credo hujus loci sensum possim reddere quam si Tranquilli utar vocibus. Ita enim ille, in Aug. cap. 7. ‘ Loca religiosa, et in quibus augurato quid consecretur, augusta dicuntur ab auctu, vel ab avium gestu gustare.’ Quanquam enim ab *auctu* augurium deduci non crediderim, non minus ideo quid sibi voluerit Naso noster intelligitur, qui modo scopum suum assequeretur, data opera etiam nonnunquam, aut saltem conscius errabat, vel errasse videri non verebatur. Scilicet hæ voces, *Augustus* et *Augurium*, si mentem Poëtæ spectes, ab avium gestu, et auctu deducuntur; ut quæ augurio confirmata augusta et aucta sint, et quæ augusta, aucta, augurio, avibus, vel potius Deorum nutu confirmata esse intelligantur.

imperium nostri Ducis, augeat annos:
gat et vestras querna corona fores.
busque Deis tanti cognominis hæres
e suscipiat, quo pater, orbis onus.
IET Titan actas ubi tertius Idus,
Parrhasiæ sacra relata Deæ.

ius vocis. Augeat imperium nostri Ducis, augeat annos; et corona tur vestras juvnas: atque hæres tanti cognominis suscipiat curam mundi ibus, omine quo pater.——Postquam Sol tertius respiciet Idus præter-iterata Deæ Parrhasiæ celebrabuntur. Nam olim carpenta ferebant

1.—614 Heins. cum vett. *vestras* scribit; vulg. *nostras:* unus V. ualdam conj. *notas.*—615 Unus Heins. *Auspicibusq. D.*—616 Edd. m *Om. suspiciat;* Arund. *suscipias;* eleganter, judice Burm. rimi habent *pat. orbis on.* et sic vulg. scribebatur.—618 Nonnulli

NOTÆ

tri ducis] De Tiberio an Augusto agat facit ut du- l Augusti tempore scripti qui deinde correcti. De amen sequentia faciunt ut quanquam alii aliter.

rnus] De ea supra in Tristi- ride; nam subinde eadem et tædiosum, et pravum i abs re tamen fuerit, quod ecum maxime spectat, ob- allidissime sibi Poëtam e, qui de corona querna B CIVES SERVATOS dari so- m virtutis, et Principum insigni clarissimo, mentio- eo tam notabili injecerit. edem die quo Augusti cog- coratus Octavianus a Se- m, inquam, illi corona quer- a, quasi a genere humano; lem hic quod in Tristibus Naso inculcare: 'Adjice ium, Pater optime, civem, l extremo solus in orbe m genio hic nos indulgere momenti tanti et tantæ is digna visa est ea coro- mi plures ex ea cusi, qui- corona ex hac fronde, et hisce literis, OB CIVES SERVATOS; quidam cum aquila tenente unguibus quercum, et duobus arbusculis, (lauris, scilicet,) a latere; alii cum orbe et iisdem ramulis, sed hacce inscriptione, PAX ORBIS TERRARUM. S. P. Q. R. Quod nisi jam nimius essem, non pauca certe protulissem, ex quibus bene merendo et servando, melius multo quam sævitia et multis satellitibus, imperium suum tutari et proferre Principem demonstratum ivissem. Satis jam fuerit meminisse, quod illa corona, de qua modo, ad portam Palatinam in monumentum æternum excubias agebat.

615 *Auspicibus*] Faventibus.

Hæres] De Tiberio intellige, neque de alio.

616 *Suscipiat*] Quasi rem ardnam timeat; volentibus tamen omnibus bonis tandem in se recipiat. Imperium abdicantem vidimus supra Augustum; et majori simulatione illud idem incipientem deinde habebimus Tiberium.

Quo pater] Felicissimo, et cunctis volentibus.

617 *Titan*] Sol, Hyperione Titane ortus.

e prospicies Latiam, Concordia, turbam:
e sacratæ restituere manus. 640
ntiquum) populi superator Hetrusci
t, et voti solverat ante fidem.
iod a Patribus sumtis secesserat armis
; et ipsa suas Roma timebat opes.
ens melior: passos Germania crines 645
auspiciis, Dux venerande, tuis.

ia: nunc manus sacratæ restituerunt te. Furius olim victor populi rat, et antea exsolverat fidem voti. Causa, quod plebs secesserat a is captis; et Roma ipsa metuebat suas vires. Causa nova potior. rrigit comas sparsas tuis auspiciis, Dux venerande. Delibasti dona

---

enturum.—639 Fr. *Hinc* pro *Nunc.* Mox pro vulg. *prospicias* multi *icies*, vel *prospiciens.*—640 Pro *Nunc* quatuor libri *Hic;* unus *cr. constituere man.* Heins. totum distichon ita refingit: *Ut bene iæ Concordia turbæ Hic te sacr. rest. man.*—641 Heins. placet *an-* Neapolis ex suo Cod. dedit, et quod Heins. in duobus suis inve- lebatur *Fur. antiquus pop.* alii etiam *antiqui* vel *antiquo.*—642 Duo *rat ille fid.* complures etiam alii, ut et vulg. exhibent *ille:* Heins. *e* ex Ursin. Naugerii, Zulich. Maz. tribus F. et uno Pat.— ex melioribus *sumt. decesserat arm.* Heins. conj. *desciverat.*— egebatur *mel. sparsos G.* ex scriptis novem Heins. protulit *passos:* ior alii *pansos.*—646 Pro *Porrigit* multi ex scriptis *Corrigit*, alii

le triumphatæ libasti munera gentis;
Templaque fecisti, quam colis ipse, Deæ.
ec tua constituit Genitrix et rebus et ara,
Sola toro magni digna reperta Jovis.
EC ubi transierint; Capricorno, Phœbe, relicto,
Per juvenis curres signa gerentis aquam.
PTIMUS hinc Oriens cum se demiserit undis,
Fulgebit toto jam Lyra nulla polo.
DERE ab hoc, ignis venienti nocte Leonis
Qui micat in medio pectore, mersus erit.

...is triumphatæ, et posuisti ædem Deæ, quam ipse revereris. Mater tua, sola ...ta digna lecto magni Jovis, eam constituit et rebus et altari.——Postquam ea ...terierint, ibis, Phœbe, per sidus juvenis ferentis aquam, Capricorno relicto. —Cum septimus hinc exoriens se condiderit Oceano, jam nulla Lyra lucebit toto ...——Post hoc signum, nocte sequenti stella Leonis quæ splendet in medio pec-

...

...ligit. Helm. *Corripit.*—648 *Quæ colis* multi codices: tres, *quæ colis ipsa;* ...*quam colis ipsa;* Zulich. *quæ colit ipsa;* forte, *quam colat ipsa,* nempe ...mania. *Heins.*—649 *Hanc tua* Maz. et Arund. et alius; ut intelligat Con...diam: et forte Livia constituit aram in æde Concordiæ, quam rebus ipsis ...gusto exhibuit, ut jam suspicatus est Antonius Fanensis: *Nec tua* Excerpt. ...ekhovii. *Burm.*—650 Pr. V. *reperta Dei.*—651 Pr. Edd. et duo scripti ...*transieris;* totidem *transierit:* Heins. legit *Nox ubi transierit;* putat etiam ...posse scribi.—652 Olim edebatur *sign. regentis aquas;* Heins. emend. ...*ntis aquam.*—653 Arund. et Voss. *se dimerserit und.* Thuan. *commiserit.* ...654 Be. et Sa. *Fulgebat tot.* At multi ex scriptis *nullo* pro *toto:* Heins. conj.

NOTÆ

...ul crines, et ipsa territa: neque ...causa Concordiæ dedicatum tem...

...646 *Dux venerande*] Apostrophe ...t ad Tiberium.

647 *Libasti*] Libanda Diis obtu...: non enim placet quod de pran...e hac inculcant mille mensis, et ...giario viritim ex manubiis hostium ...

Gentis] Germanicæ, scil. de qua ...mphavit Tiberius.

649 *Hæc*] Fuit adeoque Livia ad...trix in Concordiæ restituendo tem...

Rebus] Iis, scilicet, quæ ad sacra ...agenda aliaque necessaria erant, ...hibitis.

Ara] Aram dedicavit Livia in templo Concordiæ.

650 *Jovis*] Augusti: namque miseros istos nihil puduit, homines Deo pares facere, et sibi illisque pariter illudere.

651 *Hæc*] Concordiæ festa.

Capricorno] Signum est in Zodiaco, quod Sol 16. Kalend. Febr. cum in Aquarium ingreditur, fere deserit.

652 *Juvenis*] Ganymedem volunt esse nonnulli, quem inter sidera collocatum Aquarium dicunt.

653 *Oriens*] Sol, scil. Decimum indicat Kalendas Febr. seu Januarii 23. diem.

Se demiserit] Postquam occiderit.

654 *Nulla*] Quia occiderit heliace.

Ter quater evolvi signantes tempora Fastos;
Nec Sementiva est ulla reperta dies:
Cum mihi, sensit enim, Lux hæc indicitur, inquit,
Musa: quid a Fastis non stata sacra petis?
Utque dies incerta sacro, sic tempora certa,
Seminibus jactis est ubi fœtus ager.
State coronati plenum ad præsepe juvenci:
Cum tepido vestrum vere redibit opus.
Rusticus emeritum palo suspendat aratrum;
Omne reformidat frigida vulnus humus.

tore occiderit.——Perlegi ter quater Fastos notantes tempora, neque ulla dies est inventa Sementiva; cum Musa dixit mihi, namque advertit, Dies hæc indicitur: quamobrem quæris in Fastis sacra non stata? Et quemadmodum dies incerta sacro, ita tempora certa; cum ager est gravidus seminibus sparsis. Tauri sertis redimiti state ad stabulum plenum: labor vester renovabitur cum vere tepido. Agricola affigat palo aratrum emeritum: terra frigida metuit omnem plagam. Villici,

furvo, vel *pullo*, vel *fulvo*.—657 Sæpe etiam legitur *Fastus* pro *Fastos*, ut supra.—658 In vulg. scribitur *Sementina*. Codd. variant: *Sementinæ* Arund. Læti et quinque alii: *Sementiva* septem. Ursini, Pet. et decem alii *Sementita:* Voss. *Sementitia*. Sed apud Varron. I. 2. bis 'Sementivæ feriæ.' occurrunt, quæ Festo sunt *Sementinæ;* et illic in duobus Codd. Leid. *Sementivæ*.—659 Fr. *hæc inciditur*, *inq.* ubi *ci* est a correctore; sed in marg. *indicitur*.—660 P. alter *a særis;* Excerpt. Kloekhov. *in Fastis*.—661 Heins. protulit *sacro* ex Pet. Maz. et uno Mor. vulg. *sacris:* Ursini Cod. aliique nonnulli *sacra est;* nonnulli *sacri est*, et Fr. *sacri*, omisso *est*. Deinde idem dedit *tempora certa* ex melioribus pro vulg. *tempore certo*.—662 Pro *jactis* multi ex vett. *lætis*, non improbante Burm.—664 Francius volebat *Dum tepid*.—665 Ursini liber, et unus Pat. *Villicus emer*. Tum Be. et P. alter *paulo suspendit:* multi etiam alii *suspendit*.—666 Heins. profert *frigida* ex Ursin. Zulich. Maz. et

NOTÆ

655 *Sidere ab hoc*] Post occasum Lyræ; nono adeoque Kalend. Febr.

Ignis] Stella splendida.

Leonis] Qui sidus est in Zodiaco.

656 *Mersus erit*] Cosmice occiderit. Quanquam Columella sexto tantum Kalend. Febr. immergi scribit.

657 *Signant*] In quibus signata et descripta sunt tempora, et quæcumque in iis fiunt.

658 *Sementiva*] Sementinæ feriæ, a semente dictæ; ideo institutæ, quasi ex iis fruges grandescere possent. His feriis Deæ duæ Seria et Sementina præpositæ. Sacra vero in æde Telluris Cereri et Telluri fiebant, ut ex Varrone apparet.

Ulla] Quia, scil. feriæ 'conceptivæ' erant; id est quæ quotannis a Sacerdotibus concipiebantur in dies certos, vel etiam incertos: cum 'stativæ' universi populi communes, certis et constitutis diebus ac mensibus, et in Fastis statis observationibus annotatæ.

659 *Indicitur*] Celerius quidem vel serius, pro temporis ratione; jacto enim semine dies indicebatur.

662 *Fœtus*] Gravidus.

663 *Coronati*] Moris enim fuit, ut

Villice, da requiem terræ, semente peracta:
Da requiem, terram qui coluere, viris.
Pagus agat festum: pagum lustrate, coloni;
Et date paganis annua liba focis.
Placentur matres frugum, Tellusque, Ceresque,
Farre suo, gravidæ visceribusque suis.
Officium commune Ceres et Terra tuentur;
Hæc præbet causam frugibus, illa locum.
Consortes operum, per quas correcta vetustas,
Quernaque glans victa est utiliore cibo;
Frugibus immensis avidos satiate colonos,
Ut capiant cultus præmia digna sui.

præbe requiem terræ, semente absoluta; præbe quietem viris, qui subegerunt eam. Vicus celebret festum; agricolæ, piate pagum; et præbete liba solennia aris paganis. Terra et Ceres matres frugum placentur farre suo, et extis porcæ prægnantis. Ceres et Tellus funguntur eodem officio. Altera dat causam frugibus, altera locum. Socia operum, per quas antiquitas emendata, et glans querna superata est cibo meliore, cumulate agricolas avidos frugibus innumeris, ut consequantur fructus dig-

---

decem aliis; vulg. *frigore.*—668 *Terræ* tres libri: *terræ, quam coluere* V. pr. *terræ, et qui* Excerpt. Kloekhov.—670 Duo libri *ann. festa foc.* Burm. conj. *ferta*, vel *farcta* ut supra v. 276.—671 Fr. *frug. matr.* inverso ordine.—672 Heins. offendit durus concursus *suo, suis*; mallet igitur *Farr. pio.*—675 Plerique scripti *Cons. superis*, vel *superum*; duo etiam *operis*: Carrio Emend. II. 10. legebat *superi*; et sic Excerpt. Voss. Plurimi etiam libri *quas correpta* vetust.—677 Ex castigationibus Heins. recepit *Frugibus*; alii cum vulg. *Fruc-*

NOTÆ

boves, feriis, serto fuso per cornua, labore vacarent. Vide Tibull. lib. II. Eleg. prima.

664 *Redibit*] Quia tum proscinduntur arva.

665 *Emeritum*] Metaph. a militibus, qui cum militiæ debitum tempus dederunt, vacationem habent.

666 *Humus*] Non humus quidem, quæ mitior fit cum sentit gelu; sed ideo dixit, quod per hyemem fruges germinare non possint.

668 *Da*] Is ergo totius rei rusticæ curam gerebat qui villicus dicebatur.

669 *Pagus*] De Paganalibus intelligi debere hunc locum arbitror.

Lustrate] Accensis forte stipulæ acervis, ut in Parilibus; vel solenni pompa circumeundo.

670 *Focis*] Habebat quippe foculum suum quilibet pagus ex Servii Tullii institutione.

672 *Suo*] Quod ipsæ præbuerunt Tellus et Ceres.

Suis] Utpote satis Cererisque muneribus maxime infestæ; ut dictum supra.

674 *Hæc*] Non refertur istud pronomen ad proximam, sed pro altera positum. Ceres namque jacit semina, et totam frugum rationem homines perdocuit.

675 *Vetustas*] Quæ glandibus victitasse dicitur.

676 *Utiliore*] Scilicet utilior panis et jucundior glandibus.

Vos date perpetuos teneris sementibus auctus:
  Nec nova per gelidas herba sit usta nives.
Cum serimus, cœlum ventis aperite serenis:
  Cum latet, ætherea spargite semen aqua.
Neve graves cultis Cerealia dona cavete
  Agmine læsuro depopulentur aves.
Vos quoque subjectis, formicæ, parcite granis:
  Post messem prædæ copia major erit.
Interea crescat scabræ rubiginis expers,
  Nec vitio cœli palleat ægra seges:
Et neque deficiat macie, neque pinguior æquo
  Divitiis pereat luxuriosa suis.
Et careant loliis, oculos vitiantibus, agri;
  Nec sterilis culto surgat avena solo.

nos sui laboris. Vos date incrementa continua teneris sementibus; neque herba nova sit usta per frigidas nives. Cum spargimus semina, aperite cœlum ventis serenis: cum tegitur, diffundite pluviam cœlestem in semina. Atque prospicite ne alites importunæ cultis deprædentur munera Cerealia turba infesta. Vos etiam, formicæ, abstinete granis suppositis terræ: *copia prædæ erit amplior a messe. Interea seges augeatur libera ab omni rubigine aspera, neque palleat languens vitio cœli. Et neque pereat macie, neque lætior quam par est, luxuriosa perdatur suis divitiis. Atque agri destituantur loliis creantibus molestiam oculis; neque avena*

tibus. Mox Zulich. pro var. lect. *avid. augete col.*—681 Fr. *aper. serenum:* unus Heins. *secundis.*—683 Alii Codd. *C. rura, culta.*—685 Gottorph. *quoq. suppositis:* Fr. *form. subject.* inverso ordine.—687 Fr. *cresc. messis rub.* et *scabræ* pro var. lect. Pet. *Robiginis*, ut Dea Robigo intelligatur.—688 Liber Ursin. et Ma. *pall. ulla seg.* Fr. a pr. man. *usta*, quod amplexus fuisset Heins. nisi præcessisset hoc verbum v. 680. Conj. etiam *uda.* Tum pro *seges* duo

NOTÆ

677 *Satiate*] Ad Deas ipsas orationem convertit Poëta.

678 *Cultus*] Laboris, quem in subigendis et serendis agris posuerunt.

681 *Ventis*] A quibus dispergantur nubes.

683 *Dona*] Semina ipsa.

685 *Vos*] Apostrophe ad formicas.

687 *Scabræ rubiginis*] Asperæ rubiginis, *de la nielle:* quæ ex Solis ardore oritur, cum in madefactos culmos incidit.

688 *Vitio*] Aëris intemperie. 'Arbore nunc aquas Culpante, nunc torrentia agros Sidera, nunc hyemes iniquas:' siquidem vera sententia est Flacci.

689 *Macie*] Ex tenuitate et sterilitate.

690 *Luxuriosa*] Maronis legibus compescenda etiam et frugum et arborum luxuries: idemque ratio et experientia suadent.

691 *Lolium*] Æra: *de l'ivraie:* quod quidem vilissimum triticum non oculos modo, sed caput et totum corpus gravat.

692 *Sterilis avena*] 'Ægilops' a Pli-

Triticeos fœtus, passuraque farra bis ignem,
Hordeaque ingenti fœnore reddat ager.
Hoc ego pro vobis, hoc vos optate, coloni:
Efficiantque ratas utraque Diva preces.
Bella diu tenuere viros: erat aptior ensis
Vomere: cedebat taurus arator equo.
Sarcula cessabant: versique in pila ligones,
Factaque de rastri pondere cassis erat.
Gratia Dis, domuique tuæ: religata catenis
Jampridem nostro sub pede bella jacent.
Sub juga bos veniat; sub terras semen aratas.
Pax Cererem nutrit: pacis alumna Ceres.
At quæ venturas præcedet sexta Kalendas,
Hac sunt Ledæis templa dicata Deis.

sterilis crescat in agro subacto. Arvum restituat fœtus triticeos, et frumentum passurum bis ignem, atque hordeum maximo fœnore. Agricolæ, ego istud voveo *pro vobis, vos vovete hoc; atque utraque Dea reddant preces firmas. Bella tenuerant diu viros: gladius erat aptior vomere; bos arator cedebat equo. Sarcula quiescebant, et ligones mututi in pila, atque galea erat facta de mole rastri. Gratia Dis, et domui tuæ; bella vincta catenis jam diu jacent sub pede nostro. Taurus veniat sub juga, semen sub terras subactas. Pax alit Cererem: Ceres alumna pacis.——At* dies *sexta, quæ præcedet Kalendas futuras, templa sunt dicata Deis*

****

libri *Ceres*.—695 Alii habent *hæc* pro *hoc* in utroque loco.—696 Heins. dedit *Efficiantque* ex melioribus pro vulg. *Efficiatque*.—697 Unus Heins. *diu deluere* ut. unde ille faciebat *decuere*.—700 Heins. malit *cass. erant*.—702 Ex Arund. et multis aliis Heins. recepit *nostro*: ceteri *vestro*.—704 Maz. et tres alii C. *mittit: pac*.—705 *Præcedet* meliores; alii *præcedit*.—706 Unus Heins. *sunt Ledæis*; unde Heins. conj. *Ledaicis*. Francius volebat *Hac s. Ledæis t. d. die*.

NOTÆ

sio dicitur, avenæ similis, nullo tamen grano.

696 *Bis*] Primo namque veteres far terrebant; deinde sub mola in farinam redactum et subactum, in furnum mittebant.

697 *Bella diu*] In domus Augustæ laudem, per quam toti orbi pax data, ista subjiciuntur.

698 *Cedebat*] Quia passim bella fervebant.

699 *Pila*] Quod antiquum teli genus fuit apud Romanos.

Ligones] Quibus terra foditur.

701 *Tuæ*] Germanicum alloquitur Naso.

704 *Pax*] Belli namque temporibus quomodo procedere possit res rustica?

Alumna] Quæ adeoque ceteris alimenta præbet, a Pace accipit.

705 *Venturas*] Februarias, scilicet, vigesimo quinto adeoque Januarii.

706 *Ledæis*] Leda ex Jove natis. Castorem dicit et Pollucem.

Fratribus illa Deis fratres de gente Deorum
  Circa Juturnæ composuere lacus.
Ipsum nos carmen deducit Pacis ad aram.
  Hæc erit a mensis fine secunda dies.
Frondibus Actiacis comtos redimita capillos,
  Pax ades; et toto mitis in orbe mane.
Dum desunt hostes, desit quoque causa triumphi.
  Tu ducibus bello gloria major eris.
Sola gerat miles, quibus arma coërceat, arma:
  Canteturque fera, nil nisi pompa, tuba.
Horreat Æneadas et primus et ultimus orbis:
  Si qua parum Romam terra timebit, amet.

Ledæis. Fratres de stirpe Deorum statuerunt illa Diis fratribus circa stagna Juturnæ.——Ipsum carmen deducit nos ad altare Pacis. Hæc dies erit secunda ab exitu mensis. Pax ades, habens crines coronatos frondibus Actiacis; et alma mane in toto orbe. Dum desunt hostes, causa etiam triumphi desit. Tu eris gloria major ducibus quam bellum. Miles tractet sola arma quibus reprimat arma: et nihil canatur rauca tuba nisi pompa. Prima et ultima pars mundi reformidet Æneadas: si qua tellus parum metuat Romam, eam *diligat. Sacerdotes pre-*

—707 *Deis* ex scriptis plerisque placet Heins. præ vulg. *dies*.—709 Fr. habet *vos* pro *nos*. Dein plures alii *carm. deduxit:* Be. *produxit*. Mox *aram* est ex V. tribus et Ursini; vulg. enim legebatur *aras*.—711 Alii *Actæis:* plurimi etiam *canos* pro *comtos:* et Fr. *redimite capill*.—713 *Desunt* ex optimis scriptis et editis restituit Burm. pro vulg. *desint*.—714 Max. *bell. gratia maj*. Alii etiam *maj. ades*.—715 Excerpt. Kloekhov. *mil. quæ bella coërc*. Mox in quibusdam libris excusis legitur *quib. arm. coërc. hostes*.—718 Mor. *turba* pro

NOTÆ

707 *Illa*] Templa, scil.

Fratres] Drusus et Tiberius, ex gente Deorum seu Cæsarum.

708 *Circa Juturnæ*] In regione Urbis octava fuit hoc templum, quod Tiberius suo et fratris nomine dedicavit.

709 *Carmen*] Carminis ratio Fastos digerens.

Aram] Quo in loco fuerit hæc ara non constat. Magnificentissimum templum postea Vespasianus Paci absolvit, quod a Claudio inceptum.

710 *Hæc*] Sacra ergo ad Pacis aram 30. Januarii peragebantur.

711 *Actiacis*] Pacis oleam insigne esse omnes sciunt, quo munere Athenas atque adeo Atticam regionem Pallas ditavit. At vero Poëta, Augustæ domui favens, non *Actæis*, sed *Actiacis*, frondibus Pacem vult coronandam, ad victoriam illam celeberrimam alludens quam ad Actium promontorium Epiri Augustus de Antonio reportavit: quare neque multo post Janum, signum Pacis, clausit.

714 *Tu*] Scilicet, Pacem tueri omni triumpho est majus. Quod utinam possent omnes satis intelligere.

715 *Arma coërceat*] Vi, namque publice vim licet repellere; justum bellum quibus necessarium; et pia

Thura, sacerdotes, pacalibus addite flammis;
  Albaque percussa victima fronte cadat.
Utque domus, quæ præstat eam, cum Pace perennet,
  Ad pia propensos vota rogate Deos.
Sed jam prima mei pars est exacta laboris;
  Cumque suo finem mense libellus habet.

...ete thura aris pacalibus; et victima candida mactetur cervice icta. Et orate Deos ...ventes piis votis, ut domus quæ tuetur Pacem perstet cum ea. Verum jam pars ...rior mei laboris est absoluta; et libellus habet finem cum suo mense.

...rra. Nonnulli etiam *timebat, am.*—719 Mor. et Arund. *sacerd. placalibus add.* ...ess. et quatuor alii *placatis;* Be. *placatisque:* duo *placatis ponite;* unus *urite.* —720 Plurimi *Albaq. perfusa vict.* Be. *profusa.*—721 Fr. cum undecim aliis *...ae præstet eam:* sed in Hamburg. erat *Utq. d. pacem quæ præstat, pace per.*— ...23 P. *prim. mihi pars.* Mox Sa. P. et octo alii *est exhausta lab.* unus *transacta.*

NOTÆ

...rma quibus nisi in armis spes nulla ...linquitur.

716 *Fera*] Cujus horrendo sonitu ...d fera bella animi incenduntur.

Pompa] Quæ ad ludos et festa ...pectat.

717 *Æneadas*] Romanos, ab Ænea ...n Latium invectos, aut ab ipso pro...genitos.

Primus et ultimus] Oriens et Occidens.

719 *Pacalibus*] Qui in Pacis ara accensi.

720 *Alba*] Quæque adeo læta omnia portendat.

721 *Domus*] Augusta, scil.

722 *Propensos*] Nemini dubium esse potest, quin ad Pacem sit propensus qui vere Deus sit.

P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBER II.

ARGUMENTUM.

Præfatio et dedicatio 1-18. De Februis, unde mensis dictus 19-34. De vi purgaminum vulgo credita 35-46. De ordine Februarii antiquo et facta mutatione 47-54. Kalendarum Febr. memorabilia: Junonis Sospitæ templum dedicatum; laudes Cæsaris; celebritas in luco asyli; sacra Jovis; tempestatis ratio 55-72. Lyræ et medii Leonis occasus 73-78. Delphini occasus et inde Arionis fabula, cujus Delphinus inter sidera fulget 79-118. Augustus Pater patriæ dictus. Hinc laudes ejus et comparatio cum Romulo 119-144. Aquarii ortus et mollior aura 145-148. Initium veris 149-152. Arctophylax oritur, cujus fabula narratur 153-192. Fauni sacra, et Fabiorum in bello Veientino interitus 193-242. Corvus, Anguis, et Crater oriuntur, quorum origo refertur 243-266. Lupercalium origo et ritus, quibus Herculis et Omphales fabula inserta; tum Romuli et Remi expositio atque conservatio 267-452. Tempestatis inconstantia 453-456. Ingressus solis in Pisces, atque horum origo 457-474. Quirinalia et Romuli apotheosis; festum item Stultorum et Deæ Fornacis 475-532. Feralia ad placandos Manes 533-570. Sacra Mutæ aut Tacitæ magica 571-616. Caristia 617-638. Terminalia 639-684. Regis fuga, et plures Tarquinii res 685-852. Hirundinis reditus 853-856. Equiria 857-fin.

JANUS habet finem. Cum carmine crescit et annus.
Alter ut hinc mensis, sic liber alter eat.

Janus habet finem. Annus augetur cum versibus. Sicut alter mensis hinc

1 Heins. cum Zulich. Voss. et aliis nonnullis malit *crescit*; ceteri *crescat*.

[unc primum velis, Elegi, majoribus itis:
Exiguum (memini) nuper eratis opus.
erte ego vos habui faciles in amore ministros;
Cum lusit numeris prima juventa suis.
lem sacra cano, signataque tempora Fastis.
Ecquis ad hæc illinc crederet esse viam?
[æc mea militia est: ferimus, quæ possumus, arma:
Dextraque non omni munere nostra vacat.
i mihi non valido torquentur pila lacerto;
Nec bellatoris terga premuntur equi;
oc galea tegimur, nec acuto cingimur ense;
(His habilis telis quilibet esse potest:)
t tua prosequimur studioso pectore, Cæsar,
Nomina: per titulos ingredimurque tuos.
rgo ades, et placido paulum mea munera vultu
Respice; pacando si quid ab hoste vacas.

ecedit, *ita et alter liber currat. Elegi, nunc primum itis velis majoribus: re-ditur eratis nuper opus parvum. Certe ego habui vos faciles ministros in amore, ubi juventus tuiens lusit suis numeris. Idem canto sacra, et tempora notata Fastis. quis arbitraretur esse locum ab illis ad ista? Hæc est mea militia: ferimus ma quæ possumus; et manus nostra non cessat ab omni officio. Si pila non rantur a me forti brachio; neque dorsum equi bellatoris urgetur; neque tegimur alde; neque cingimur gladio acuto; (quivis potest esse peritus his armis:) at, tuar, prosequimur tua nomina corde* tibi *addicto; et ferimur per laudes tuas. go ades, et respice mea dona vultu aliquantum sereno, si aliquod est otium ab*

1 *Hinc* ex corr. Heins. vett. plerique *hic*; vulg. *it.*—3 Liber Ursini *Jam* s *Nunc.* Delû Maz. et sex alii *maj. ite.*—5 *Certe* Heins. recepit ex duo-s codd. pro vulg. *Ipse.* Mox R. *in amor. magistros.*—6 Mor. unus *Dum lus.* 8 *Ecquis* est in vett. aliquot; et sic quidem in vulg. plurimi *Et quis*; Be. Pr. cum Arund. et multis aliis *Sed quis.* Maz. etiam *Sed quid ad hanc ill.*—*Ferimus* est ex plurimis scriptis; ceteri cum vulg. *gerimus.*—10 Be. *omn. mine nost.* Et P. cum sex aliis *nost. caret.*—11 Unus V. *non solido torq.* od non temere repudiandum Burm. censet.—15 Douza pater volebat *tua* rsequimur *stud.*—17 Be. et duo alii *mea carmina vult.*—18 Tres libri *Accipe;*

NOTÆ

1 *Janus*] Jano dicatus mensis.

3 *Majoribus*] Quid sibi velit sequens 'entameter exponit: ne alio quæras.

4 *Exiguum*] Scilicet exiguum fuit sed vix bene inceptum. De Fastorum libro primo loquitur.

6 *Ministros*] Quia Elegia amatoria nituavit.

8 *Ecquis*] Certe quidem parum inter se conveniunt.

9 *Hæc*] Ars, scilicet, Poëtica; et versus scribere.

14 *Quilibet*] Atque adeo Poëtæ opus præstantius. Neque certe temere dixit.

18 *Si quid*] Namque tunc temporis

FEBRUA Romani dixere piamina patres :
  Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.
Pontifices ab Rege petunt et Flamine lanas,
  Quis veteri lingua Februa nomen erat.
Quæque capit lictor domibus purgamina certis,
  Torrida cum mica farra, vocantur idem.
Nomen idem ramo ; qui cæsus ab arbore pura,
  Casta sacerdotum tempora fronde tegit.

hoste demando.——Patres Romani appellaverunt piamina Februa : nunc etiam plurima indicia faciunt fidem voci. Pontifices petunt ab Rege et flamine lanas quibus nomen erat Februa lingua antiqua. Atque purgamina, quæ lictor Flaminius *sumit ex certis domibus, farra tosta cum mica* salis, *appellantur eodem nomine. Idem nomen ramo, qui recisus ab arbore pura, velat foliis tempora casta Sacerdotum.*

pac. Ursini *Aspice.* Dein Fr. *pacato si.* In nonnullis *ab orbe vacat:* Ed. Gryphii etiam et Mycilli *ab orbe vacas:* Fr. *ab hoste vacat.*—19 Quinque libri scripti cum Fr. *dix. piacula patr.*—20 Decem libri *Huic quoq.*—21 Alii *a Reg.*—22 *Veteri* ex decem libris Heins. reposuit pro vulg. *veterum;* nonnulli etiam *vetere,* vel *veteri, in ling.* Dein Bonon. *nom. erant.*—23 Pr. Med. *purg. cernis;* Voss. Maz. et alius Med. *ternis;* Sa. pro var. lect. *acernis:* Heins. conj. *tersis.*—24 *Torrida* habent pr. Edd. cum Ursini, Voss. et multis aliis Codd. unus V. *Turgida;* septem alii, Ma. Fratris et Ursin. *Turbida.*—

NOTÆ

in Germania cum sævis hostibus manus conserebat. Annales inspice tantum, et ita esse ipse cognosces.

19 *Februa*] Nunc ad rem ipsam Naso, postquam Germanici benevolentiam captavit.

Piamina] ' Februa' dicta sunt purgamenta lingua Sabina, ut docet Varro: dictusque est inde *Februarius* secundus mensis, seu ultimus secundum veterem computationem, quod eo populus sacrificiis expiatoriis purgaretur.

21 *Rege*] De eo jam supra de quo tamen repetam quæ docet Livius his verbis: ' Regibus exactis, et parta libertate, rerum divinarum deinde habita cura, et quia quædam publica sacra per ipsos reges factitata erant, necubi regum desiderium esset, Regem sacrificulum creant : id Sacerdotium Pontifici subjecere, ne additus nomini honos, aliquid libertati, cujus tunc prima erat cura, officeret.'

Flamine] Diali, qui Jovi institutus.

Lanas] Quarum usus in expiationibus. In Lupercalibus enim, verbi gratia, ut docet Plutarchus, cum per Lupercos capellæ mactarentur, gemini adolescentes præclari sanguinolento gladio faciem fœdabant; alii illico cum lana lacte madida accurrebant, atque sanguinem abstergebant.

22 *Quis*] Immo, si Festo fides, quæcumque purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur ' februa' appellantur.

23 *Lictor*] Flaminium intellige, hoc est, eum de quo Festus, qui flamini Diali, sacrorum causa, præsto erat.

Certis] *Tersis* legendum esse contendit clariss. Heinsius; cui, ut et illustrissimo Neapoli, plurimum in his debere nos candide confitemur. De domo autem flaminis hic agi, quæ

go Flaminicam poscentem februa vidi:
rua poscenti pinea virga data est.
ne quodcumque est, quo pectora nostra piamur,
c apud intonsos nomen habebat avos.
s ab his dictus: secta quia pelle Luperci
ne solum lustrant, idque piamen habent.

vidi Flaminicam petentem februa; virga pinea data est petenti februa. quicquid est, quo corda nostra purificantur, obtinebat illud nomen apud nsos. Mensis appellatus ab his; quia Luperci circumeunt omne solum ta, atque credunt eam expiationem. Vel quia tempora sunt pura, tumulis

r. et quibusdam aliis scribitur *Flaminiam*, et sic edidit Bersm. Be. d. *Flamineam*.—28 Pro *pinea* Heins. legebat *spinea*; in Hamburg. rea.—29 F. *Deniq. quicquid id est*. Deinde pr. Med. et unus Bonon. ra n. *piamur*, quod Heins. rectum putat: in vulg. edebatur *corpora n.* Ursini lib. *pectora n. pietur*; Voss. et sex alii *pientur*; et tres cum tur.—31 Vulg. legebatur *dict. sancta quia*, vel *quod, pell.* ex suo vet. s *secta* profert; quod et est in Fr. pro var. lect. dum habet a pr. ta. Dein pro *quia* plurimi habent *quod*; V. *quo*; Med. *qua*; duo

NOTÆ

n' dicebatur, ille prior dicit.
ies] Salis, scilicet.
Februa, scilicet.
ra] Quis ambigat quin arbor ipsissima pinus? nam paulo cit, 'februa poscenti pinea ata est.' Verba hæc sunt Neapolis, viri certe et doct accuratissimi.
aminicam] Flaminis conjugem, 'flaminam' dixerunt. Verum n habent multi codices; quod eas, de Sacerdotula quapiam ndum, quæ Diali præmini- Quin et Joseph. Scaliger *flaminia*, quasi ab ædibus : quod quidem libentissime erer si per Mss. liceret.
inea] Clariss. Heinsius legit 'eo inductus quod omnibus n generibus noxarum depel- n vim insitam veteres credi- de qua et noster in sexto.
onsos] Primum enim tonsorem, Siculum, in Urbem duxit

31 *Mensis ab*] Februarius mensis ab his februis dictus.

Luperci] Panis Sacerdotes, sectis caprorum coriis nudi, nisi si quæ pelles pudenda tegerent, per omnia discurrentes, et omnia lustrantes: de quibus, et Lupercalibus ipsis, audiendus omnino Servius in 8 Æneidos. 'Sub monte,' inquit, 'Palatino est quædam spelunca, in qua de capro luebatur, id est, sacrificabatur: unde 'Lupercal' dictum nonnulli putant. Alii quod illic lupa Remum et Romulum nutrierit. Alii, quod est verius, locum esse hunc sacratum Pani Deo Arcadiæ, cui etiam mons Lycæus in Arcadia est consecratus. Et dictus 'Lycæus,' quod lupos non sinat in oves sævire. Ergo ideo et Evander Deo gentis suæ sacravit locum, et nominavit 'Lupercal,' quod præsidio ipsius numinis lupi a pecudibus arcerentur.' Ex quibus vix dubium sit ab Evandro in Latium invecta ridicula et nefaria illa sacra in Panis Lycæi honorem: ut sicuti a λύκος, λύκαια, ita a lupo 'Lu-

Aut quia placatis sunt tempora pura sepulcris,
  Tunc cum ferales præteriere dies.
Omne nefas, omnemque mali purgamina causam
  Credebant nostri tollere posse senes.
Græcia principium moris fuit: illa nocentes
  Impia lustratos ponere facta putat.
Actoriden Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci
  Cæde per Hæmonias solvit Acastus aquas.
Vectam frænatis per inane draconibus Ægeus
  Credulus immerita Phasida juvit ope.

placatis, tunc cum dies ferales præterierunt. Nostri avi arbitrabantur piamina posse delere omne nefas atque omnem causam mali. Græcia fuit initium consuetudinis: illa credit fontes lustratos absolvi factis impiis. Peleus expurgavit Actoriden, Acastus absolvit *etiam nece Phoci Peleum ipsum per aquas Hæmonias. Ægeus facilis liberavit auxilio immerito Phasida latam per aërem draconibus fre-*

quoque.—33 Fr. et Arund. *quia pacatis sunt.* Mox unus Mor. *temp. pulchra sepulcr.*—35 *Purgamina* Heins. dedit ex melioribus pro vulg. *purgamine.*—37 *Fuit* ex pr. Edd. et novem suis, et decem scriptis Ciofan. Heins. placet præ vulg. *dedit.*—38 Maz. cum uno Med. ex melioribus et V. *putant* pro *putat.*—39 Fr. *Auctor inest Peleus*, et pro var. lect. *Auctor idem.* Dein unus Pat. *quoq. P. fratris.*—40 Zulich. *Hæmonidas:* et *lavit* pro *solvit* unus Heins. —42 *Juvit* Heins. protulit ex præstantioribus; vulg. *fovit:* duo *solvit;* Arund.

NOTÆ

perci' et 'Lupercalia' dicta sint. Atque ista omnia ex eo licet confirmare quod Panis imago (utpote lepidissima) coleretur nuda, ac solum pellis caprinæ amictu tecta, quomodo ejus Sacerdotes Lupercalibus discurrere soliti.

32 *Idque*] Hanc lustrationem.

Piamen habent] Credunt esse expiationem.

33 *Placatis*] Feralia enim, hoc est, sacra pro mortuis, Februario mense peragebantur; ut in sequentibus patebit.

Pura] Nisi vero mortuis justo soluta essent, circa sepulcra errare Manes, a quibus aëris intemperiem et pestilentias oriri, arbitrabantur.

34 *Ferales*] De his in sequentibus.

37 *Græcia*] Ad Romanos quidem a Græcis omnis prope Deorum cultus derivatus. At certe si altius repetas, ad Patres usque ascendere tenearis.

39 *Actoriden*] Exempla eorum profert qui, patratis cædibus, expurgati. Actoriden quod attinet, seu Patroclum, Actoris nepotem, et Menœtii filium, Clysonymo seu Æane interfecto, ad Peleum in Phthiam venit, ubi expurgatus, et cum Achille educatus.

Pelea] Qui Achillis pater, Æaci filius.

Phoci] Qui Pelei frater.

40 *Hæmonias*] Thessalicas; ab Hæmo monte, proximo, aut Hæmone Deucalionis filio sic dictas.

Acastus] Hic Peliæ filius in Magnesia Thessaliæ annexa regnasse dicitur.

41 *Inane*] Aërem.

Draconibus] Quos curru suo junxisse Medeam fabulati sunt.

raides Naupactoo Acheloo,
nefas, dixit: solvit et ille nefas.
um faciles, qui tristia crimina cædis
inea tolli posse putetis aqua!
en (antiqui ne nescius ordinis erres)
is, ut est, Jani mensis et ante fuit.
nitur Janum, veteris fuit ultimus anni.
oque sacrorum, Termine, finis eras.
enim Jani mensis, quia janua prima est.
acer est imis Manibus, imus erat.

phiaraides dixit Acheloo Naupactoo, Libera me *a scelere; et ille liberavit Ah nimium indulgentes, qui arbitremini horrenda crimina necis posse luctatu! Sed tamen ne decipiaris ignārus veteris seriei, mensis Jani primus ante, ut est: qui sequitur Januum fuit ultimus anni veteris. Tu inne, eras finis sacrorum. Primus enim mensis Jani, quia janua prima icatus est Umbris inferis erat infimus. Decemviri creduntur junxisse*

Fr. *Amphiariades nam Pactolo A.* Ex Pet. Voss. et multis aliis ceteri *Naupacteo.*—46 *Putetis* Heins. dedit ex Maz. et Zulich. *putatis.*—48 Læti Cod. *Pr. adhuc J.* In nonnullis etiam *mens. ita*

NOTÆ

Athenarum rex.
ius] Qui Medeæ scelera
n perspexit: sed ei fidem
aque uxorem duxit.
Medeam ipsam intelligit,
Colchorum fluvio, unde ea
datum nomen.
hiaraides] Alcmæon Am-
aris Argivi filius, de quo
s, qui quidem Alcmæon
matrem occidit.
o] Achelous fluvius, qui
ab Ætolis dividit, ' Nau-
Naupacto Ætoliæ urbe

] Quod in occidenda matre
atratum.
s] Illos carpit Naso, qui
sione deleri posse scelera
t.
Postquam tamen a Numa
mporum ratio: namque a
Martio mense inchoatus Romuli annus.

49 *Qui sequitur*] Februarius, scilicet.

Veteris fuit] Naso solus, quod sciam, istud docuit: multumque adeo vereor ne hac in parte deceptus sit, quomodo et supra decem tantum menses a Romulo numeratos asserit. Ultimum adeoque crediderim dici debere anni mensem ipsum Februarium, quod ultimus ex veteri et Romulea computandi ratione post Januarium, non post Decembrem, recenseretur. Verum quod dubitanter dico facum nemini pepererit.

50 *Termine*] De eo, cui ultima anni sacra Februario mense faciebant, in sequentibus videbimus.

52 *Imis*] Inferis.

Imus] Ultimus.

Postmodo creduntur spatio distantia longo
  Tempora bis quini continuasse Viri.
PRINCIPIO mensis, Phrygiæ contermina Matri,
  Sospita delubris dicitur aucta novis.
Nunc ubi sint illis, quæris, sacrata Kalendis,
  Templa Deæ? longo procubuere die.
Cetera ne simili caderent labefacta ruina
  Cavit sacrati provida cura Ducis:
Sub quo delubris sentitur nulla senectus.
  Nec satis est homines, obligat ille Deos.
Templorum positor, templorum sancte repostor,
  Sit Superis, opto, mutua cura tui.

postea tempora distantia longo intervallo.——Principio mensis Sospita juncta Matri Phrygiæ dicitur ditata novis templis. Petis ubi nunc sint templa dicata Deæ illis Kalendis? Ceciderunt longo tempore. Cura sedula Ducis sacrati sub qua nulla vetustas sentitur templis, prospexit ne cetera soluta ruerent simili ruina. Neque satis est devincire mortales, ille demeretur *Deos. Ædificator ædium, sancte restitutor delubrorum, cupio, ut sit Diis cura tui reciproca. Dii præbeant*

ant.—51 Meliores *enim*; ceteri *erant.*—54 Unus Cod. *quin. constituisse V.*—55 Unus Heins. *conterm. Matris.*—56 In Fr. *acta*, et *aucta* pro var. lect. Tres Codd. etiam *aucta suis.*—57 Sic vulg. nisi quod *quær. ill.* inverso ordine. Ursin. Pat. et plurimi Codd. cum pr. Edd. *ub. sunt ill. quæ sunt sacr.* Voss. et sex alii *ub. sint ill. quæris, sacr.* et sic Maz. Zulich. et decem alii, nisi quod *sunt* pro *sint.* Heins. conj. *N. ub. sunt illis, quæso, sacr. &c.* Be. *N. ub. sunt, quæris, quæ sunt sacr.*—58 Plurimi *longa* pro *longo.*—59 Arund. *sim jaceant lab.* Pat. *ruerent.*—61 Sa. et quinque alii *null. vetustas.*—62 Be. *hom. alligat ill.* et Fr. *ipse*; multi etiam Codd. *illa.*—63 Ex optimis Heins. dedit *repostor*; alii

NOTÆ

54 *Bis quini*] Decemviri. Ceterum de hac re cum incertus loquatur Naso, aliquid latere hic minus ab ipso intellectum suspicor.

55 *Principio*] Kalendis ipsis Februariis.

Phrygiæ] Ea Cybele est, quam Idæam ab Ida Phrygiæ monte, Dindymenen, aliisque insuper nominibus a locis ubi ea culta, appellaverunt.

Contermina] Adeoque in Palatio, ubi Cybele templum habuit.

56 *Sospita*] De Junone Sospita, cui Cn. Cornelius templum vovit sub initium belli Insubrici, non potest intelligi hic locus; siquidem illud templum in foro Olitorio fuit regione XI. istud vero in Palatio regione X. Adeoque certi ubi nihil videmus, aliorum ultro facimus judicium.

58 *Longo die*] Vetustate.

60 *Ducis*] Augustum intellige, quo vivente Fastos scripsit, uti dictum sæpe: quanquam addita et mutata nonnulla in Tiberii et Germanici gratiam.

61 *Nulla*] Quia ita restaurata ut nova viderentur.

63 *Positor*] Quin etiam, ut habet Suetonius, ‘ Principes viros sæpe hortatus est, ut pro facultate quisque, vel monumentis novis, vel refectis et

Dent tibi cœlestes, quot tu cœlestibus, annos: 65
Proque tua maneant in statione domo.
Tum quoque vicini lucus celebratur Asyli;
Qua petit æquoreas advena Thybris aquas.
Ad penetrale Numæ, Capitolinumque Tonantem,
Inque Jovis summa cæditur arce bidens. 70
Sæpe graves pluvias adopertus nubibus Auster
Concitat, aut posita sub nive terra latet.
Proximus Hesperias Titan abiturus in undas,
Gemmea purpureis cum juga demit equis;

tibi tot *annos, quot tu* iis præbes: *atque excubent pro tua domo. Tum etiam frequentatur lucus Asyli propinqui, qua Thybris hospes subit aquas marinas. Ovis mactatur ad penetrale Numæ, et Capitolinum Tonantem, et in suprema arce Jovis. Sæpe Notus tectus nubibus ciet densas pluvias, vel terra abscondita est sub nive superstrata.——Cum proximus Titan descensurus in fluctus occiduos, tollit juga*

---

reperior, vel *refector*.—65 *Quot* ex R. alii *quos*. Fr. *quos das cæl.* et unus V. *aquas cæl.*—67 *Nunc quoq.* Mox vulg. scribebatur *celebr. Averni:* Heins. dedit *Asyli* ex Ursin. Arund. Maz. Zulich. Nauger. et decem aliis: conj. porro *Helerni.* Sed vid. Heins. notam in Not. Var.—70 Multi libri *J. summi cæd.* —71 *Auster* reposuit Heins. ex Zulich. Maz. et sex aliis pro vulg. *æther.*—74

NOTÆ

exultis, Urbem adornarent: multaque a multis exstructa sunt.'

65 *Cœlestibus*] Quia illorum templa reparabat Cæsar hoc dicit.

66 *Maneant in statione*] Excubent, vigilent.

67 *Tum*] Kalendis Februarii.

Celebratur] Quia solenni pompa ad lucum ibatur, seu lucum, qui inter viam Salariam et Tiberim fuit, quo victi a Gallis fugientes e prælio Romani se receperunt. Quanquam de eo an hunc locum exponamus istud facit, quod Sextilibus Kalendis Lucaria, seu festa in hoc luco celebrari solita, persequerentur.

68 *Advena*] Scilicet ex Apennino atque Hetruria Romam, deinde in mare, devolvitur Thybris.

69 *Penetrale Numæ*] Hoc est, Templum Vestale, quod ad Numæ Pompilii regiam fuit.

Capitolinum] In templo quod ab Augusto Jovi Tonanti excitatum in Capitolio, ut Suetonius docet; nequaquam cum Jovis Opt. Max. alio templo, quod Capitolinum dixerunt, seu arcem Capitolinam, ullo modo confundendum.

70 *Bidens*] Eo nomine appellatur ovis circa bimatum, inter octo dentes duos habens eminentiores; cujus generis aptissimas ad sacrificia existimabant.

71 *Sæpe*] Eadem prope de Kalendis Febr. habes a Columella.

73 *Proximus*] Secundo Februarii, inquit, occidit Lyra.

Hesperias] Occiduas.

74 *Gemmea*] Quia radiis suis Sol coruscus, omniaque illustrat, gemmata et nitida fecit Naso equorum ipsius juga.

Illa nocte aliquis, tollens ad sidera vultum,
  Dicet, Ubi est hodie, quæ Lyra fulsit heri?
Dumque Lyram quæret; medii quoque terga Leonis
  In liquidas subito mersa notabit aquas.
QUEM modo cœlatum stellis Delphina videbas,
  Is fugiet visus nocte sequente tuos.
Seu fuit occultis felix in amoribus index:
  Lesbida cum domino seu tulit ille lyram.
Quod mare non novit, quæ nescit Ariona tellus?
  Carmine currentes ille tenebat aquas.
Sæpe, sequens agnam, lupus est hac voce retentus:
  Sæpe avidum fugiens restitit agna lupum:

gemmea equis purpureis, illa nocte quispiam tollens os ad astra dicet, Ubi est hodie Lyra, quæ micuit heri? Et dum quæret Lyram, observabit etiam terga Leonis medii repente condita in undas fluidas.——Nocte sequente Delphin, quem cernebas modo distinctum stellis, is subtractus erit oculis tuis. Sive fuit felix index in amoribus secretis; sive ille vexit lyram Lesbiam cum domino. Quod mare ignorat, quæ terra nescit Arionem? Ille sistebat aquas fluentes versibus. Sæpe lupus sequens agnam repressus est hoc sono: sæpe agna vitans lupum famelicum constitit. Sæpe canes atque le-

---

Unus R. pro var. lect. *Ignea purp.* Deinde Fr. *jug. demet eq.*—75 Plurimi *sid. vultus.*—76 *Here* Vaticanus, ut Amor. I. viii. 23. hic tamen *heri* retineo, ne rhythmicum sonum faciant *hodie* et *here.* Burm.—77 Alii *Lyr. quærit.*—78 Nonnulli *mers. videbit aq.*—79 Pet. a man. pr. *cœl. stellas D.*—80 P. Thuan. et Mor. *Effugiet vis.*—82 Strozzæ liber et quinque alii *Lesbiacam domin.*—84 F. et V. *Carm. torrentes ill.*—85 Heins. conj. *hac;* et sic unus V. vulg. *a.*—86 V. Gottorph. et tres alii *fug. respicit agn.* alter V. re-

NOTÆ

77 *Medii*] Non enim tota simul aut oriuntur aut occidunt sidera, quorum vel stellæ longe sparsæ, vel hoc aut illo modo dispositæ.

78 *Subito*] Quia Lyræ cum occasus esset vespertinus, Leonis vero matutinus, qui jam ante media sui parte occidisset, sub oculis spectantis, reliqua mergebatur.

79 *Cœlatum*] Novem quippe stellis distinguitur Delphin.

80 *Fugiet*] Quia Heliace occiderit. *Sequente*] Tertio adeoque Nonas Febr.

81 *Seu fuit*] Causas tangit Naso, ob quas in cœlum translatus creditur Delphinus. Eas vero ex Hygino ne pigeat repetere: namque ineptum foret libros libris sine fine suffarcinare.

Index] Qui, ut jam supra meminimus, Neptuni erga Amphitriten amores et callide aperuit, et felices suadendo reddidit.

82 *Lesbida*] Arionis Metymna, Lesbi insulæ urbe, oriundi; quem excepium tergo, cum in mare desiliisset, Delphinus dicitur ad Tænarum promontorium detulisse.

Domino] Arione, scilicet, insigni illo citharœdo, cujus commendationem ab ipso Nasone habes in sequentibus.

Sæpe canes leporesque umbra cubuere sub una;
Et stetit in saxo proxima cerva leæ.
Et sine lite loquax cum Palladis alite cornix
Sedit; et accipitri juncta columba fuit.
Cynthia sæpe tuis fertur, vocalis Arion,
Tanquam fraternis obstupuisse modis.
Nomen Arionium Siculas impleverat urbes;
Captaque erat lyricis Ausonis ora sonis.
Inde domum repetens puppim conscendit Arion;
Atque ita quæsitas arte ferebat opes.
Forsitan, infelix, ventos undamque timebas;
At tibi nave tua tutius æquor erat.
Namque gubernator destricto constitit ense,
Ceteraque armata conscia turba manu.

pene consederunt sub eadem umbra; et cerva juncta leænæ infestæ constitit. Atque cornix garrula sedit cum ave Palladis sine rixa, et columba proxima fuit accipitri. Arion canore, Cynthia dicitur sæpe obstupuisse tuis modis tanquam fraternis. Nomen Arionium impleverat urbes Siculas; et littus Italum admirabatur voces lyricas. Inde rediens domum Arion ingreditur navem, atque vehebat divitias sic partas arte. Forte, miser, metuebas ventos et fluctus. At mare erat tibi tutius nave tua. Namque nautarus gladio nudato, et ceterum agmen conscium constitit manu armata.

quit.—87 *Cubuere* Heins. dedit ex Zulich. Arund. Max. et quatuor alii; plurimi *jacuere;* Mor. *latuere.*—88 Sa. *Astitit in sax.* P. pro in *saxo* dedit *infestæ;* quod Heins. omnino placet.—89 Med. *alit. corvus.*—93 Nonnulli codd. *S. compleverat urb.* Plurimi *implev. undas;* in quibusdam *oras:* Heins. conj. *aures.*—94 Arund. Jun. et alius *obstup. sonis.*—96 Burm. mallet *Et sibi quæ.*—97 *Undamq.* ex melioribus profert Burm. vulg. *undasq.*—98 V. et duo alii *Hac tib.* Mox *mitius* pro *tutius* unus R.—99 V. *Jamque* quod Burm. rectius putat. Dein plurimi edunt *districto.*—100 Multi Codd. *armat. est*

NOTÆ

97 *Cubuere*] Dulci sono, scilicet, decepti, uti loquitur Horatius noster.

98 *Sine lite*] Quanquam inter noctuam atque cornicem plurimæ sint; ut videre est apud Ælianum.

99 *Cynthia*] Diana, a Cyntho monte in Delo insula.

Vocalis] Vocis et lyræ sono omnia demulcens.

98 *Fraternis*] Apollinis, scilicet, citharæ inventoris.

94 *Ausonis*] Italiam jam sæpe Ausoniam ab Ausonibus populis vel Ausone Ulyssis filio dictam fuisse repetivimus.

95 *Inde*] Tarento quippe ultimo profectus.

96 *Arte*] Citharœdica, scilicet.

97 *Infelix*] Apostrophe est ad Arionem ipsum, qui infeliciter sese prædonibus credidit.

98 *Nave*] Pro nautis posuit.

Quid tibi cum gladio? dubiam rege, navita, pinum:
Non sunt hæc digitis arma tenenda tuis.
Ille metu vacuus, Mortem non deprecor, inquit:
Sed liceat sumta pauca referre lyra.
Dant veniam, ridentque moram. Capit ille coronam,
Quæ possit crines, Phœbe, decere tuos.
Induerat Tyrio bis tinctam murice pallam:
Reddidit icta suos pollice chorda sonos.
Flebilibus veluti numeris canentia dura
Trajectus penna tempora cantat olor.
Protinus in medias ornatus desilit undas.
Spargitur impulsa cærula puppis aqua.
Inde (fide majus) tergo Delphina recurvo
Se memorant oneri supposuisse novo.

Quid tibi cum ense? Nauta, guberna navem incertam. Hæc arma non sunt tractanda digitis tuis. Ille expers timoris, Ego, ait, non refugio mortem: sed concedatur repetere pauca lyra sumta. Concedunt, atque irrident spatium. Ille induit coronam, quæ possit convenire tuis capillis, Apollo. Sumserat pallam bis infectam murice Tyrio; fides impulsæ pollice emiserunt suos sonos. Sicut cycnus habens tempora fixa dura penna canit modis lugubribus. Continuo ornatus immittit se in medias aquas. Puppis impulsa spargitur aqua cærulea. Inde (vix credibile est) aiunt Delphinum se summisisse novo ponderi tergo pando. Ille innixus

---

conse. Heins. volebat *Cæteraq. armatæ c. t. manus.*—101 *Pinum* ex libro Læti, et uno F. Heins. placet præ vulg. *puppim*, vel, ut alii scribunt, *puppem.*—102 Fr. *hæc sunt*, inverso ordine. Quinque libri *arm. ferenda tu.* unde Heins. conj. *terenda.*—103 *Vacuus* Heins. dedit ex uno Mor. qua notatum erat pro var. lect. alii *pavidus.*—104 Duo Codd. cum Max. *Si lic.* quod Burm. non displicet, si præced. vs. quoque *deprecer* legas.—105 Unus Heins. *rapit* pro *capit.*—106 Fr. *Quæ posset crin.*—107 Fr. cum quibusdam impressis *Induit et T.* Heins. non displicet *Induitur.* Dein *bis tinctam* Heins. ex castigationibus suadet; nam quidam legunt *depictam.* Mox pro *pallam* quidam Codd. *lanam*; at Heins. putat vulg. præstare: Neapol. Cod. *vestem.*—108 R. et duo alii *Reddit et ict.* unus F. *Reddit tacta su.*—109 Fr. *num. vel.* inverso ordine. Dein tres scripti *candentia dur.* quod Heins. rectum putat.—110 In Zulich. Max. a man. pr. et uno F. ac Med. *Threicius penn.*—111 Fr. *med. cæruleus des.*—

NOTÆ

101 *Quid tibi*] Increpatio est gubernatoris.

103 *Ille*] Arion.

108 *Chorda*] Fides citharæ alligatæ.

110 *Penna*] Testatur Marsus se in Ionia cycnos vidisse seniores fronte penna quadam trajecta duriuscula: quod et observavit Pomponius in extrema Germania. Suspicabar tamen per pennam pennatum telum forte esse intelligendum.

Cantat] Fabulæ et poëtarum figmenta.

112 *Spargitur*] Maris aspergine roratur ex Arionis saltu.

Cærula] Ex maris cæruleo color.

dens citharamque tenet, pretiumque vehendi 115
tat, et æquoreas carmine mulcet aquas.
facta vident: astris Delphina recepit
iter; et stellas jussit habere novem.
mihi mille sonos, quoque est memoratus Achilles,
em, Mæonide, pectus inesse tuum. 120
animus sacras alterno pectine Nonas,
timus hinc Fastis accumulatur honos.

yram, et canit mercedem pro vectura, et lenit aquas marinas carmine. Dii pia facta. Jupiter admisit Delphinum sideribus, et imperavit obtinere illas.——Nunc optarem habere mille voces, et pectus tuum, Mæonide, quo tot cantatus. Dum cantamus sacras Nonas plectro alterno, gloria maxima

g. *Ille sedet, citharamque tenet:* at *sedens* et *tenens* libri meliores, vel *net*, quod malo: mimesis est Virgiliani illius Æneidos x. 218. 'Ille lavumque regit velisque ministrat.' *Citharam quatiens* nonnulli: et *ndi*, *ferendi*. Forte, *citharamque ferit*, vel *terit*. Heins.—116 *Pectine* m: sed tunc mox *pro alterno pectine, carmine*, ut multi codices habent, m: ibidem, *alterno pectore* excerpta Douzæ. *Burm.*—119 Cant. V. et *um. quibus est*. Tum Fr. *moderatus A.* et *memoratus* pro var. lect.—*ne. alterno* Fr. pro var. lect. *æterno:* cum D. Excerpt. etiam *pectore* *Illine* ex tribus scriptis; alii *hic*, et plurimi *his*. Heins. dedit *Fastis* *tis* pro vulg. *factis*. Sex vett. etiam *adcelebratur*; Heins. conj. pro

NOTÆ

vo] Non tam frequenter enim *quit* delphini ut tergo suo *excipiant*: quanquam et fac- *ri* esse vere nonnulli testan-

ctium vehendi] Mercedem qua *phinum* pro vectura teneba-

fulcet] Ut ad navigandum *sent*. Fuerunt vero; nam- *ænarum* Laconiæ promonto- *nique* appulit: atque hinc *rum* Corinthiorum regem ad- *t* conquisitos perfidos nautas *pplicio* pro scelere affecit.

inc] Rem magnam aggres- *ëta*, diemque dicturus quo *Pater' Augustus* appellatus *niam* Homericum optat, quo, *i* erat, rem ipsam posset *e*.

Voces.

120 *Mæonide*] Apostrophe est ad Homerum. Quanquam enim, ut est in hoc versu, 'Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ,' suum esse Homerum contenderint, vulgo a Mæonia Asiæ minoris regiuncula, vel Mæone patre, eo nomine dictus creditur.

Pectus] Pro ingenio aut furore poëtico posuit.

121 *Sacras*] Quia publico consensu consecratæ, propter auctos Augusti titulos: cum prius tutela Deo carere Nonas dixerit. Lege Suetonium II. 58.

Pectine] Plectro, quo tanguntur chordæ. Alternum vero dicit propter Elegos.

122 *Fastis*] In quos necesse est cum Augusti laudem tum sacra ejus causa instituta referre.

Deficit ingenium, majoraque viribus urgent.
Hæc mihi præcipuo est ore canenda dies.
Quid volui demens Elegis imponere tantum
Ponderis? heroi res erat ista pedis.
Sancte Pater Patriæ, tibi Plebs, tibi Curia nomen
Hoc dedit; hoc dedimus nos tibi nomen Eques.
Res tamen ante dedit. Sero quoque vera tulisti
Nomina: jam pridem tu Pater orbis eras.
Hoc tu per terras, quod in æthere Jupiter alto,
Nomen habes. Hominum tu pater, ille Deum.
Romule, concedas: facit hic tua magna tuendo
Mœnia: tu dederas transilienda Remo.
Te Tatius, parvique Cures, Cæninaque sensit:
Hoc Duce Romanum est Solis utrumque latus.

hinc additur Fastis. Ingenium deficit, et majora viribus me *premunt. Hæc dies est mihi cantanda ore præcipuo. Quid vovi, amens, imponere tantum oneris Elegis! Res ista erat pedis heroici. Sancte Pater Patriæ, Populus, Curia imposuit tibi hoc nomen; nos Equites imposuimus tibi hoc nomen. Res tamen prius imposuit: sero etiam obtinuisti vera nomina: jamdiu eras Pater orbis. Tu habes in terris nomen, quod Jupiter habet in excelso cælo. Tu es pater hominum, ille Deorum. Romule, concedas. Hic facit tua mœnia magna defendendo; tu dederas* ea *transilienda Remo. Tatius, et parvi Cures, et Cænina te sensit. Hoc Duce, utrumque*

acceleratur. Alii quoque *honor.*—126 Arund. Cant. et duo alii *Pond. heroici res.* Mox Voss. *erit ist.*—130 Pr. Edd. et plurimi ex scriptis *P. urbis er.*—133 Alii *R. concedes.* Quatuor scripti *dedit hic.* P. et quatuor alii *hic tibi magn.*—134 *Tu* ex Ursin. et Ma. Ciofanus profert: alii *quæ.*—135 Tres scripti *Te Tatii:* sic Fr. qui etiam habet *Cecinaque:* vel *Cecinnaque* Mor. *Serminaq.* alter ejusdem *mechinaq.* P. *Corvinaq.*—136 *Est* non habet Stroza.

NOTÆ

125 *Elegis*] Qui pede uno truncati Pentametri ratione minus sunt gravi argumento idonei.

126 *Heroi*] Heroici seu Hexametri versus.

127 *Plebs*] Omnes repentino maximoque consensu Augusto sanctum illud cognomen detulerunt; quod ipse quidem non sine lacrymis accepit.

Curia] Senatus.

128 *Eques*] Equester ordo: ex quo fuit Naso.

129 *Res*] Quia beneficiis et amore omnium Pater eras priusquam illud tibi cognomen imponeretur.

130 *Pater orbis*] Callidissima adulatione Augusti titulos auget Naso.

133 *Concedas*] Augusti laudibus decedas. Ad illud vero alludit forte quod factum cum 'Pater Patriæ' appellatus est. Fuerunt namque qui Romulum, titulo sane longe inferiori, appellandum, censerent.

Tuendo] Defendendo et protegendo. De eo, ni fallor, cogitabat Naso, quod fratrem Remum Romulus occidisset.

134 *Dederas*] Adeoque parva fuerunt.

Tu breve nescio quid victæ telluris habebas:
Quodcumque est alto sub Jove, Cæsar habet.
Tu rapis, hic castas duce se jubet esse maritas.
Tu recipis luco, summovet ille nefas.
Vis tibi grata fuit: florent sub Cæsare leges.
Tu Domini nomen, Principis ille tenet.
Te Remus incusat; veniam dedit hostibus ille.
Cœlestem fecit te Pater; ille Patrem.
Jam puer Idæus media tenus eminet alvo:
Et liquidas mixto nectare fundit aquas.

latus Solis est Romanum. Tu habebas nescio quid exiguum terræ subactæ: Cæsar obtinet quicquid est sub Jove excelso. Tu rapis, hic imperat nuptas esse pudicas se Duce. Tu recipis flagitium luco, ille arcet. Vis fuit tibi accepta; leges florent sub Cæsare. Tu habes nomen Domini, ille Principis. Remus arguit te; ille pepercit hostibus. Pater fecit te Deum; ille Patrem.——Jam puer Idæus apparet usque ad medium ventrem: et fundit aquas misto nectare. Ecce etiam, si quis con-

liber: Heins. conj. *D. Roma tuum S.*—138 Thuan. et alius *late* pro *alto;* unde Heins. conj. *Latio.*—139 Fr. *is* pro *hic:* et tres Heins. libri *sub* pro *duce.* At unus R. *cast. Consul jub.*—140 Alii *luc. repulit ill.*—143 Maz. *R.*

NOTÆ

135 *Tatius*] Regulus Sabinorum.

Cures] Sabinorum oppidulum.

Camina] Latii etiam oppidum.

136 *Hoc*] Augusto, scilicet.

Utrumque] Oriens atque Occidens.

137 *Nescio quid*] Per contemtum dicit. Vix enim ad decimum octavum lapidem protulit imperium suum ab Urbe Romulus.

138 *Quodcumque*] Pedetentim tamen, Naso; nisi te furor abripit.

139 *Rapis*] Sabinarum raptum exprobrat Romulo elegantissima Antithesi, quæque maxime ad Augusti laudem facit.

Jubet] Namque ad coërcendos adulteros antea paratam Juliam legem instauravit, et novas sanxit.

140 *Luco*] Asylum in eo fecit Romulus, quo scelesti undique ad novæ Urbis constitutionem se receperunt.

Summovet] Quia ab Augusto repressi, fugati, aut occisi scelesti.

142 *Domini*] Quod ut maledictum et opprobrium Augustus semper exhorruit, teste Suetonio. At enim hodie audacia sua et superbia fretos nebulones quotidie videas, qui nihil quicquam industria sua cum parare velint, in omnes bonos dominium affectant. Quod genus sacrilegum utinam aliquis denique ad triremes in æternum alligaverit.

143 *Incusat*] Quia nequidem in fratrem lenis.

Hostibus] Exempla ejus rei pete ex Tranquillo.

144 *Pater*] Mars; cujus Romulus creditus filius.

Patrem] Julium Cæsarem; quem pro Deo coli voluit Augustus adoptione ejus filius.

145 *Puer*] Ganymedes, scilicet, de quo jam supra, ab Ida Phrygiæ monte dictus Idæus. Hunc vero Trois filium in Aquarium mutatum nihil opus est

En etiam, si quis Borean horrere solebat,
  Gaudeat: a Zephyris mollior aura venit.
QUINTUS ab æquoreis nitidum jubar extulit undis
  Lucifer, et primi tempora veris eunt.
Ne fallare tamen; restant tibi frigora, restant:
  Magnaque discedens signa relinquit hyems.
TERTIA nox veniat: Custodem protinus Ursæ.
  Aspicies geminos exeruisse pedes.
Inter Hamadryadas, jaculatricemque Dianam,
  Callisto sacri pars fuit una Chori.

suescrat timere Borean, lætetur: lenior spiritus oritur a Zephyris.——Quintus Lucifer emisit parum splendorem a fluctibus marinis, et tempora primi veris eurunt. Ne tamen erres; supersunt tibi frigora, supersunt; atque bruma fugiens relinquit magna indicia sui.——Nox tertia adsit, continuo videbis custodem Ursæ extulisse amboe pedes. Callisto fuit pars una turbæ sacræ inter Hamadryadas et

accusat; ven.—148 Plurimi Z. *mitior aur.*—149 Duo Heins. *nit. caput ext.* Zulich. et Maz. *caput exerit und.* Voss. etiam Arund. et septem alii *jubar exerit.*—150 *Eunt* ex tribus scriptis pro vulg. *erunt* recepit Heins. *qui* etiam totum distichon ita refingere volebat: *Quintus ubi æq. nit. jubar exerit und. Cynthius, en pr. temp. ver. eunt.*—151 Læti Cod. et quatuor alii *fall. cave; rest.*—152 Excerpt. D. et P. *Multaque.* Nonnulli etiam *sign. relinquet*, vel *reliquit hy.*—153 *Veniat* ex melioribus reponit Heins. pro vulg. *veniet;* Bonon. et alius *aderit;* unde Heins. conj. *adsit.*—156 Be. cum quibusdam Edd.

NOTÆ

denuo admonere.

Eminet] Dimidia sui parte ortus est.

146 *Fundit*] Ad id alludit quod non modo Jovi præbet pocula Ganymedes, sed ita dispositæ sunt stellæ, quæ illud sidus constituunt, ut pars maxima earum quasi effusio aquarum videantur.

147 *Borean*] Qui a Septemtrione ventus frigidissimus aërem perflat hyemali tempore.

148 *Zephyris*] Mitiores et calidiores sunt ab occasu spirantes venti.

149 *Quintus*] A Nonis, scilicet, illo tamen die comprehenso: adeoque quinto Idus, seu, ut numeramus nos, nono Februarii. Quanquam enim Plinius ad ternum diem post Nonas retrahit, et auctor incertus ad octavum Idus constituit, utrumque tamen a Nasonis mente aberravit Bersmannus. Tabulam inspice aut Kalendarium huic operi præfixum, et tute rem ipsam dijudicabis.

150 *Lucifer*] Luciferum seu Phosphorum, aut Veneris stellam, quæ Solis ortum præcedit, pro die ipso, ut sæpe alibi, posuit.

153 *Tertia*] Tertio Idus adeoque, seu undecimo Februarii.

Custodem] Bootes est, seu Arctophylax, in quem deformatus Arcas Callistus filius. In eo autem sidere, et medio crurum, stella est quæ Arcturus dicitur, de qua nunc maxime agitur. Ea vero Acronice veris initio oritur, et vesperi conspici incipit, ut testantur oculi.

154 *Exeruisse*] Dicit istud quia in cœlo ita obliquæ dispositus Bootes, ut

Illa Deæ tangens arcus, Quos tangimus, arcus,
Este meæ testes virginitatis, ait.
Cynthia laudavit; Promissaque fœdera serva,
Et comitum princeps tu mihi, dixit, eris.
Fœdera servasset, si non formosa fuisset.
Cavit mortales: de Jove crimen habet.
Mille feras Phœbe sylvis venata redibat;
Aut plus, aut medium Sole tenente diem.
Ut tetigit lucum (densa niger ilice lucus;
In medio gelidæ fons erat altus aquæ)
Hac, ait, in sylva, virgo Tegeæa, lavemur.
Erubuit falso virginis illa sono.
Dixerat et Nymphis: Nymphæ velamina ponunt.
Hanc pudet, et tardæ dat mala signa moræ.

Dianam venatricem. Illa tangens arcus Deæ, Arcus, inquit, quos tangimus estote testis meæ virginitatis. Cynthia probavit, atque ait, Permane in fœdere promisso, et tu eris mihi prima comitum. Perstitisset in fœdere, nisi fuisset pulchra. Effugit homines; corrupta est ab Jove. Phœbe revertebatur venata mille feras per nemora, Sole tenente diem medium aut amplius. Postquam pervenit ad lucum, (lucus erat opacus spissa ilice, fons profundus aquæ frigidæ erat *in medio) dicit, Virgo Tegeæa, lavemur in hoc nemore. Illa suffusa est pudore ad falsam vocem virginis. Memorat quoque Nymphas. Nymphæ exuunt vestes. Hanc pudet, et præbet mala*

Callisto.—157 Arund. *Ill. Deam, et tang.*—159 Octo libri *munera* pro *fœdera.* —160 Voss. Arund. pr. Med. et Max. *mih. semper er.* ut *dixit* subintelligatur. —161 Sa. *non fortuna fu.*—162 Alii *a*, vel *ab J.*—164 Quidam *plus, jam med.* Mox unus Heins. *ten. polum.*—166 Mor. unus *aptus* pro *altus.*—167 *Hac* pro vulg. *Hic* ex melioribus scriptis dedit Heins. qui etiam conj. *Hac, ait, in lympha, virg.*—168 Thuan. *Erub. solo virg.* quod non displicebat Heins. Unus etiam Heins. *fals. nominis ill.*—170 Heins. volebat emendare *dat male sign.*—

NOTÆ

pedes prius quam reliquum corpus secundant.

155 *Inter*] Fabulam ipsam Callistonis seu Callistus, atque adeo Bootæ, narrare occipit, quam ex Metam. licet repetere.

Hamadryades] Sunt nymphæ quæ cum quercubus simul oriuntur et occidunt.

Jaculatricem] Sæpius vero jam venantem eam habuimus.

157 *Arcus*] Quibus, scilicet, falso jurantes posset ulcisci.

159 *Cynthia*] Diana, a Cyntho Deli monte.

161 *Fœdera*] Virginitatem, scilicet, servare tenebantur Dianæ, comites.

Servasset] Nequitiæ suæ nondum oblitus Naso.

162 *De Jove*] Qui Dianæ indutus vultum, virgini fucum fecit.

163 *Phœbe*] Diana, Phœbi soror.

167 *Tegeæa*] Callistonem alloquitur Arcadicam, quam a Tegea Arcadiæ urbe eo nomine jam supra appellatam diximus.

Exuerat tunicas: uteri manifesta tumore,
  Proditur indicio ponderis ipsa sui.
Cui Dea, Virgineos, perjura Lycaoni, cœtus
  Desere, nec castas pollue, dixit, aquas.
Luna novum decies implerat cornibus orbem:
  Quæ fuerat virgo credita, mater erat.
Læsa furit Juno, formam mutatque puellæ.
  Quid facis? invito pectore passa Jovem est.
Utque feræ vidit turpes in pellice vultus;
  Hujus in amplexus Jupiter, inquit, eat.
Ursa per incultos errabat squalida montes,
  Quæ fuerat summo nuper amanda Jovi.
Jam tria lustra puer furto conceptus agebat;
  Cum mater nato est obvia facta suo.

indicia lentæ moræ. Posuerat tunicas; ipsa manifesta tumore ventris prodit indicio sui oneris. Cui Dea inquit, perjura Lycaoni, relinque choros virgineos, neque inquina aquas castas. Luna impleverat decies novum orbem cornibus: quæ fuerat dicta virgo, erat genitrix. Juno offensa sævit, atque deformat faciem puellæ. Quid agis? passa est Jovem corde repugnante. Et postquam aspexit fædam faciem feræ in pellice, Jupiter, ait, veniat in amplexus hujus. Ursa, quæ fuerat nuper amanda supremo Jovi, vagabatur squalida per hispidos colles. Puer genitus furtivo concubitu jam agebat tria lustra, cum parens occurrit filio suo. Illa quidem insana

171 Fr. *Extulerat tun.* et *Exuerat* pro vulg. lect.—172 Duo V. *illa* pro *ipsa*.—174 Octo libri *nec sacras poll.*—175 Mor. *dec. complerat corn.*—177 In P. erat *J. mutatur forma puell.* alii *mutat formamque:* Burm. conj. *formam mutare puell.*—178 Jun. *fuc. inviso pect.* Voss. *invicto.* Dein sex scripti *corpore pass.*—179 Pembrocii liber *Utq. feras vid.* Heins. malit *fera;* i. e. fera pellice.—182 *Amanda* Heins. dedit ex Vos. Arund. Maz. et Zulich. pro vulg. *amata.*

NOTÆ

168 *Falso*] Quia non jam virgo erat Callisto.

172 *Ponderis*] Ex quo venter tumebat.

173 *Lycaoni*] Lycaonis filia.

175 *Luna*] Id est, exacto decimo mense Lunari.

177 *Læsa*] Quia cum Callisto rem habuerat Jupiter.

Mutat] In Ursam deformavit.

178 *Quid facis*] Verba sunt Poëtæ, indignantis quod in Callistonem immeritam sæviat Juno.

Invito] Adeoque innocenti.

179 *Feræ*] Ursæ, scilicet.

Pellice] Callisto.

183 *Tria*] Quindecim annos natus erat Arcas, ut ex re ipsa atque disertis aliunde petitis verbis liquet: adeoque lustrum Naso pro quinque annis posuit hic quoque, ut et alibi; quamquam ex sententia plerorumque literatorum quatuor tantum comprehendat. Verum de hac lite dictum jam in præcedentibus, quod sit satis.

Puer] Arcas, qui ex furtivo Jovis cum Callistone congressu procreatus.

Illa quidem, tanquam cognosceret, astitit amens,
Et gemuit: gemitus verba parentis erant.
Hanc puer ignarus jaculo fixisset acuto;
Ni foret in superas raptus uterque domos.
Signa propinqua micant. Prior est, quam dicimus Arcton:
Arctophylax formam terga sequentis habet.
Sævit adhuc, canamque adiit Saturnia Tethyn,
Mænaliam tactis ne lavet Arcton aquis.
IDIBUS agrestis fumant altaria Fauni,
Hic ubi discretas insula rumpit aquas.
Hæc fuit illa dies, in qua Veientibus arvis
Ter centum Fabii, ter cecidere duo.

constitit, quasi cognosceret, et gemuit; gemitus erant voces matris. Puer nescius transfudisset eam telo acuto, nisi ambo essent sublati in sedes cælestes. Fulgent sidera juncta; quam dicimus Arcton est prior, Arctophylax habet speciem sequentis tergo. Saturnia furit adhuc, atque orat Tethyn albam, ne lavet Arcton Mænaliam aquis tactis.——Idibus aræ Fauni agrestis fumant hic ubi insula dividit aquas diversas. Hæc dies illa fuit, qua Fabii trecenti atque sex occubuerunt in campis

—182 Unus Mor. pro var. lect. *concept. habebat.*—187 P. *ignotus* pro *ignarus.* —188 *In* ex libris vett. ceteri *ad.*—190 Strozæ lib. *A. tergo signa seq.*— 191 *Adiit* Ciofan. protulit ex vet. lib. alii *petit*, vel *rogat.*—195 Fr. *qua verpentibus arm.* ex corr. *ve gentibus* pro var. lect. Ursini liber *Veiscentibus armis;*

NOTÆ

187 *Ignarus*] Matrem esse nescius.

188 *Raptus*] In cœlos translatus. Callisto nimirum in Ursam majorem mutata, Arcas Bootæ sidus constituit.

191 *Canam*] Quia annosa: an forte ad aquæ colorem respexit, cum præsertim ventis agitata?

Saturnia] Juno, Saturni filia.

Tethyn] Hæc Cœli et Vestæ fuit filia, uxor Oceani.

192 *Mænaliam*] Arcadicam, a Mænala Arcadiæ monte.

Ne lavet] Jam dictum in Metamorphosi, fictum istud ideo esse quod nunquam æquore tingi videatur Ursa, quæ ad polum nobis sublatum sita.

193 *Agrestis*] Ruricolæ.

Fauni] Faunо adeoque sacra fiebant. Neque certe hujusmodi magis aliunde fidem arcessere operæ pretium mihi videtur.

194 *Insula*] Tiberinam dicit, in cujus angulo superiore, turpissimo numini, anno ab Urbe condita 509. sacratum fanum.

Rumpit] Scilicet diversas in partes feruntur fluminis aquæ insulæ occursu.

195 *Hæc*] Anno ab Urbe 277. tanta clade afflicta gens Fabia. Diem quod attinet, ad 15. Kal. Sextiles Livius assignat. Quem cum Nasone nostro quomodo conciliare queam prorsus non video. Alterutrum deceptum necesse est.

Veientibus] Populi fuerunt Hetruriæ ad Tiberim, qui denique a Camillo, excisis Veiis illorum sedibus, sub

Una domus vires et onus susceperat Urbis :
Sumunt gentiles arma professa manus.
Egreditur castris miles generosus ab isdem ;
E quis dux fieri quilibet aptus erat.
Carmentis portæ dextro via proxima Jano est.
Ire per hanc noli, quisquis es ; omen habet.
[Illa fama refert Fabios exisse trecentos.
Porta vacat culpa ; sed tamen omen habet.]
Ut celeri passu Cremeram tetigere rapacem,
(Turbidus hybernis ille fluebat aquis,)

Veientibus. Una domus susceperat vires et onus Urbis: manus gentiles capiunt arma professa. Miles cordatus prodit ex castris iisdem, ex quibus quivis erat idoneus fieri imperator. Via portæ Carmentis est juncta Jano dextro. Ne exeas per eam, quisquis es ; habet malum *omen. Rumor est trecentos Fabios prodiisse illa. Porta est insons, sed tamen est ominosa. Postquam venerunt cito gradu ad rapidum* fluvium *Cremeram, (ille currebat tumidus aquis hybernis,) ibi castra metan-*

plurimi etiam alii habent *armis*.—197 Unus Pat. *dom. curas et vir.* quod Burm. putat *τῷ susceperat* melius convenire, citatque Quintil. de Instit. Orat. x. 2. 'In suscipiendo onere consulat suas vires.'—198 Cod. Læti, et unus F. *Sumite gent.*—199 V. *mil. generatus ab isd.*—201 Liber Ursin. Maz. Zulich. et sex alii *Carmenti port.* Dein Fr. *port. via dextera prox.* Nonnulli etiam ponunt *τὸ* est post *dextro*.—202 *Quæ fera nomen habet* Ursini liber : non probo ; *scelerata* enim dicta, ut ex Festo patet, non *sera*. Sequens distichon ab Ursini, Petavii et aliis quibusdam abest. *Heins.* Nec Fr. habet.—205 *Tetigere* ex libris scriptis : Vulgati cum uno Med. uno Mor. et pr. Ed. *tenuere*.—206

NOTÆ

Romanam potestatem redacti sunt.

196 *Ter centum*] Sex ergo supra trecentos uno die mactati Fabii ; unusque ex ea gente superfuit, qui ob impuberem ætatem domi relictus genus deinde propagavit.

197 *Susceperat*] Hæc fuerunt Consulis verba pro Fabiorum gente ad Senatum, uti refert Livius ; 'Assiduo magis quam magno præsidio (ut scitis P. C.), bellum Veiens eget. Vos alia bella curate, Fabios hostes Veientibus date. Auctores sumus, tutam ibi majestatem Romani nominis fore. Nostrum id nobis, velut familiare bellum, privato sumtu gerere in animo est. Respublica et milite illic et pecunia vacet.'

199 *Generosus*] Scilicet nobilis fuit gens Fabia ; quam etiam ex Deorum semine manasse nonnulli arbitrabantur, aliis ad Nympham quandam, aliis ad Herculem, referentibus.

201 *Portæ*] Quæ et Veientina et Tarpeia, Scelerata etiam a Fabiorum clade dicta est.

Dextro] Jani templum ad dextram fuit prodeuntibus.

202 *Omen*] Malum, scilicet, ob Fabiorum cædem.

205 *Cremeram*] Qui fluvius fuit Thusciæ non longe a Veiis.

Rapacem] Quia imbribus auctus rapido cursu ferebatur.

Castra loco ponunt: destrictis ensibus ipsi
  Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt.
Non aliter, quam cum Libyca de rupe leones
  Invadunt sparsos lata per arva greges.
Diffugiunt hostes, inhonestaque vulnera tergo
  Accipiunt: Thusco sanguine terra rubet.
Sic iterum, sic sæpe cadunt. Ubi vincere aperte
  Non datur, insidias armaque cæca parant.
Campus erat: campi claudebant ultima colles,
  Sylvaque montanas occulere apta feras.
In medio paucos, armentaque rara relinquunt:
  Cetera virgultis abdita turba latet.
Ecce, velut torrens undis pluvialibus auctus,
  Aut nive, quæ Zephyro victa repente fluit,

tur; ipsi gladiis nudatis feruntur per turbam Tyrrhenam strenuo Marte. Non aliter quam cum leones de caute Libyca incurrunt in greges errantes per vastos campos. Hostes dilabuntur et ferunt tergo plagas indecoras: tellus rubet cruore Thusco. Eo modo denuo procumbunt, atque ita sæpe. Postquam non licet superare aperto Marte, adornant dolos et arma latentia. Erat planities: montes, atque sylva idonea ad tegendum feras montanas, finem faciebant ultimæ planitiei. Destituunt raros in medio, cum paucis armentis; reliquum agmen latet occultum virgultis. Ecce velut torrens tumidus aquis pluvialibus, seu nive, quæ currit liquefacta Favonio calido,

---

In nonnullis *Turgidus hyb.*—207 Alii *districtis ensib.*—209 *Rupe* Heins. profert ex melioribus pro vulg. *gente:* Gottorph. *L. regione leon.* et unus *tellure.* —211 Unus Heins. *Diff. omnes, inh.*—214 *Cæca* ex P. Heins. placet præ vulg. *tecta;* alter P. *operta;* Hamburg. *sæva.*—215 Jun. Læti Cod. et tres alii *camp. cingebant ult.* Duo libri *ult. valles.*—216 *Occulere apta* ex V. nonnulli alii *occulit apta:* at plurimæ edd. cum quibusdam scriptis *occulit alta.*— 217 Unus lib. *med. campos, arm.* Et Arund. Cant. et tredecim alii *armentaq. rara rel.* unus *rapta;* duo *parva.*—218 Pro *abdita* unus Pet. *condita.* Tres etiam *turma:* et Heins. malit *latent.*—220 Pro *victa* unus lib. *monte;* duo *vere;*

NOTÆ

207 *Loco*] Ad fluvium, scilicet, qui, ut Livius refert, opportunus visus est castrametando præsidio.

208 *Tyrrhenum*] Veientium.

209 *Libyca*] Exquisita Fabiorum commendatio, quos Naso non leonibus modo confert, sed ferocissimis, cujusmodi habet illorum arida nutrix Libya, quæ pars est Africæ.

211 *Inhonesta*] Turpe nimirum fuga sibi in bello consulere.

213 *Sic*] A Fabiis, illorum clientibus fusi fugatique.

214 *Cæca*] Tecta. 'Dolus' enim 'an virtus quis in hoste requirat?'

215 *Campus*] Optime locum perscribit, ubi a Veientibus positæ insidiæ.

217 *Paucos*] Quos adeoque qui viderent facile vinci posse crederent.

Armenta] Quæ hostes ad prædandum pellicerent.

Per sata perque vias fertur; nec, ut ante solebat,
  Riparum clausas margine finit aquas:
Sic Fabii latis vallem discursibus implent;
  Quosque vident spernunt, nec metus alter inest.
Quo ruitis, generosa domus? male creditur hosti.
  Simplex nobilitas, perfida tela cave.
Fraude perit virtus. In apertos undique campos
  Prosiliunt hostes, et latus omne tenent.
Quid faciant pauci contra tot millia fortes?
  Quidve, quod in misero tempore restet, habent?
Sicut aper sylvis longe Laurentibus actus
  Fulmineo celeres dissipat ore canes;
Mox tamen ipse perit: sic non moriuntur inulti;
  Vulneraque alterna dantque feruntque manu.

rapitur per sata et per vias; neque, ut prius consueverat, continet aquas repressas margine riparum: sic Fabii implent vallem vastis discursibus; et contemnunt quos aspiciunt: neque alius timor inest. Quo prorumpitis, domus nobilis? male confiditur hosti. Nobilitas credula, time arma dolosa. Virtus obruitur dolis. Hostes incurrunt in agros undique patentes, et occupant omnem oram. Quid agant pauci strenui adversus tot millia? quidve habent quod sit reliquum in duro tempore? Quemadmodum aper pulsus longe a sylvis Laurentibus proturbat citos canes vestro fulmineo; mox tamen ipse cadit; ita non pereunt inulti, atque inferunt et accipiunt plagas

unus *sole:* Pet. *mota tepente fl.* Multi etiam scripti et editi *tepente.* Mox Ed. Neapol. et tres scripti *cadit.*—222 Pro *finit* Ursini lib. *claudit;* ita et Junii et alius codex; sed male: nam modo vs. 215. præcessit hoc verbum et ineptum esset, *claudit aquas clausas* dicere: *findit* unus; *fundit* alius; *fovit* tres; *finit* unus: sed elegans usus est τοῦ *finire;* ut inf. 659. 'Tu populos, urbesque, et regna ingentia finis.' *Burm.*—223 Fr. *vall. lat.* inverso ordine.—224 Olim edebatur *Quodque vid. sternunt:* sed *Quosque* habent multi ex scriptis. Dein ex Voss. Maz. Zulich. et duobus aliis Heins. dedit *spernunt:* unus etiam Heins. *cædunt;* alius *feriunt.*—225 Multi editi et scripti *mal. creditis host.*—229 Fr. *Quid facient pauc.*—230 *Habent* profert Heins. ex Ursini, Maz. Zulich. et decem aliis; vulg. *adest.*—231 Fr. *long. sylv. latratibus act.* et alii *latrantibus.* Ex duobus Maz. duobus F. et uno V. Heins. restituit *Laurentibus.*—232 Unus Heins. *Fulmineus*

NOTÆ

220 *Zephyro*] Vento calido.

221 *Per sata*] Prædonum more sine ordine ruebant, qui non cum hostibus congredi, sed pecora abigere, properabant.

224 *Nec metus*] Alios esse non credunt, a quibus periculum.

226 *Perfida*] Scilicet perfida! Partibus suis favet Naso.

227 *Virtus*] Fabii adeoque ad unum trucidati. Quam rem qui volet accuratius cognoscere ex historicis petat: nam sane id unum quidem curamus nos, ut ex fontibus ipsis quisque possit bibere, atque ad eos facilis detur accessus.

232 *Celeres*] Quique adeo primi invadunt.

Una dies Fabios ad bellum miserat omnes:
  Ad bellum missos perdidit una dies.
Ut tamen Herculeæ superessent semina gentis,
  Credibile est ipsos consuluisse Deos.
Nam puer impubes, et adhuc non utilis armis,
  Unus de Fabia gente relictus erat.
Scilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci;
  Cui res cunctando restituenda foret.
CONTINUATA loco tria sidera, Corvus et Anguis,
  Et medius Crater inter utrumque jacet.
Idibus illa latent: oriuntur nocte sequenti.
  Quæ sibi cur tria sint consociata canam.
Forte Jovi festum Phœbus solenne parabat:
  (Non faciet longas fabula nostra moras.)

unus alterna. Una dies dimiserat omnes Fabios ad bellum, una dies peremit dimissos ad bellum. Credibile est tamen ipsos Deos prospexisse ut restarent semina soboles Herculeæ. Nam puer imberbis neque adhuc idoneus ad arma relictus erat solus de gente Fabia. Scilicet ut tu, Maxime, posses olim oriri, a quo res esset reparanda differendo.——Tria signa, Corvus et Serpens et Crater inter utrumque, sunt juncta loco. Illa non apparent Idibus; emergunt nocte sequenti. Quæ tria quamobrem sint conjuncta dicam. Forte Phœbus adornabat festum solenne Jovi:

---

cui.—235 Unus Heins. *bell. pertulit omn.* alter *protulit.*—236 Unus ex scriptis nullus. *protulit un.* unde Heins. conj. *prodidit:* Fr. Mor. et tres alii *abstulit.*—239 Jun. Be. et sex alii *pu. impubis, et.* Quinque libri *util. annis.*—244 Heins. malebat *At med.* Dein Fr. *utrumq. latet;* et unus V. *micat.*—245 Fr. *lat. orientur nost.*—246 Olim edebatur *Quæ tibi c. t. s. tam sociata c.* Ex tribus scriptis cum Eulich. Heins. dedit *sibi.* Pro *tria* unus Heins. *ita:* et Fr. cum tribus aliis *sunt* pro *sint.* Deinde *consociata* est ex Voss. Arund. pr. Med. et septem alii; sex libri autem *continuata.*—247 Fr. *P. fest.* inverso ordine: et *sacrum* pro *festum* unus Heins.—248 Mor. unus *Non faciat long.*—249 Unus Mor. *I*

NOTÆ

233 *Max*] Postquam undique irruentium canum numerum non potest dissipare.

234 *Alterna*] Quæ ut patitur, ita et infert, plagas.

241 *Maxime*] Quint. Fabium Maximum dicit, virum illum vix cuiquam inter Ethnicos secundum, qui Hannibalem, cum virtute et dolis tum plurimis victoriis et proculcata majestate Romana elatum, cunctando frenavit.

242 *Cui*] A quo res Romana, et Reipublicæ status esset restituendus.

243 *Continuata*] Quia inter æquinoctialem et hyemalem circulum, trium signorum, Cancri, Leonis, et Virginis, longitudinem occupant; neque sine ratione, ut mox patebit, sociata sunt.

245 *Sequenti*] Adeoque 16. Kalendas Mart. idque Acronice.

I mea, dixit, avis, ne quid pia sacra moretur,
  Et tenuem vivis fontibus affer aquam.
Corvus inauratum pedibus cratera recurvis
  Tollit, et aërium pervolat altus iter.
Stabat adhuc duris ficus densissima pomis:
  Tentat eam rostro: non erat apta legi.
Immemor imperii sedisse sub arbore fertur,
  Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Inde satur nigris longum rapit unguibus hydrum;
  Ad dominumque redit; fictaque verba refert:
Hic mihi causa moræ, vivarum obsessor aquarum:
  Hic tenuit fontes officiumque meum.
Addis, ait, culpæ mendacia, Phœbus? et audes
  Fatidicum verbis fallere velle Deum?

fabula nostra non diu detinebit. Ito, inquit, mea volucris, ne quid impediat pia sacra, atque pete paulum aquæ ex vivis fontibus. Corvus aufert craterem inauratum pedibus aduncis, et excelsus percurrit iter aërium. Ficus spississima stabat grossis adhuc duris. Tentat ficum rostro, non erat apta legi. Oblitus mandati dicitur constitisse sub arbore, donec fructus fierent miles longo spatio. Jamque plenus tollit atris unguibus longum hydrum, atque revertitur ad dominum, et reddit falsas voces: Hic custos vivarum aquarum fuit mihi causa cunctandi: hic occupavit fontes et officium meum. Phœbus inquit, Cumulas flagitium mendacio? neque vereris velle imponere sermonibus Deo fatidico? At dum grossus lactens et

---

pia, dix. Dein Maz. *ne quid sine sacr.* tres *mea sacr.* Et Pet. Cant. et plurimi alii *morentur;* et sic Fr. cum *moretur* pro var. lect.—250 Voss. Jun. Be. et quidam alii cum quibusdam editis *ten. e viv.* Et in Maz. erat *font. aufer aq.* —252 Pr. V. et duo alii *et ætherium perv.*—256 Duo libri *longa* pro *tarda.* Et unus Pat. opt. notæ *mitia pom.* Excerpt. D. et Cod. P. *mollia,* quod Burm. arridet, quia rectius dura opponuntur mollibus quam dulcibus.—257 *Inde* Heins. recepit ex Sa. pro vulg. *Jamque.* Deinde Burm. mallet *pigris* pro *nigris,* ut Heins. olim conjecerat. Fr. *long. nigr.* inverso ordine. Unus etiam Mor. *longam...hydram.*—258 Multi editi *Ad domin. rediit:* Hamburg. *Et redit ad dominum.* Burmanni lectionem Neapolis protulit ex vet. Cod. Dein Excerpt. D. *factaque.*—262 Pro *verbis* Maz. *versis;* et *veris* Hamburg. Puto, *veri:* nam *ver* erat integrum a manu prima, ut Met. XII. 18. ‘ veri providus augur

NOTÆ

249 *Mea*] In tutela Apollinis Corvus propter auguria; qui olim albus, at niger factus Coronidis revelato adulterio, uti dictum in Metam.

250 *Vivis*] Scaturientibus.

251 *Recurris*] Scilicet Corvus unguibus Craterem apprehendit.

253 *Densissima*] Multis pomis, ut fere evenit, arbor erat onusta.

254 *Apta*] Quia fructus immaturus.

255 *Imperii*] Apollinei mandati.

257 *Hydrum*] Non temere hujus generis anguem dixit, cui ab aqua datum nomen.

261 *Ait*] Phœbus, scilicet.

262 *Fatidicum*] Apollinis enim

At tibi, dum lactens hærebit in arbore ficus,
De nullo gelidæ fonte bibantur aquæ.
Dixit: et antiqui monumenta perennia facti,
Anguis, Avis, Crater, sidera juncta micant.
Tertia post Idus nudos Aurora Lupercos
Aspicit: et Fauni sacra bicornis eunt.
Dicite, Pierides, sacrorum quæ sit origo:
Attigerint Latias unde petita domos.
Pana Deum pecoris veteres coluisse feruntur
Arcades: Arcadiis plurimus ille jugis.
Testis erit Pholoë, testes Stymphalides undæ;
Quique citis Ladon in mare currit aquis;
Cinctaque pinetis nemoris juga Nonacrini;
Altaque Cyllene, Parrhasiæque nives.

viridis adhærebit arbori, de nullo fonte aquæ frigidæ potentur a te. Dixit, atque Hydræ, Corvus, Crater fulgent signa continuata, et indicia veteris facti.——Tertia Aurora ab Idibus cernit nudos Lupercos; atque sacra Fauni bicornis referuntur. Docete, Pierides, quæ sit causa sacrorum: unde sumta pervenerint ad domos Latinas. Arcades antiqui dicuntur coluisse Panem Deum pecoris. Ille celeberrimus in montibus Arcadiis. Pholoë erit testis, aquæ Stymphalides testes, atque Ladon qui fertur in mare aquis rapidis; et cacumina sylvæ Nonacrinæ vestita pinetis, et

Theatorides.' *Heins.*—263 Alii, ut Fr. habent *lactans.*—264 Nonnulli *fonte bibentur aq.*—265 Ursini lib. *monum. patentia fact.*—266 Fr. *Crat. Av.*—268 Ex melioribus Heins. dedit *eunt*; vulg. *erunt.*—270 Plurimi *Attigerit L.* Fr. *Contigerint.*—271 Max. *coluiss. fatentur.*—273 *Test. erut* Exc. Dousæ: quindecim alii, *eras*, Moreti, *eris*, et prima Veneta, quod Heinsio placebat, si

NOTÆ

oracula nemini non audita.

263 *Lactens*] Lac vero ex decerptis immaturis ficubus prodit.

264 *De nullo*] 'Ægrescunt corvi,' inquit Plinius, 'sexagenis diebus, siti maxime, antequam fici coquantur Autumno.'

266 *Juncta*] Immo et Corvus in Hydri dorso toto corpore ad Craterem tendit, qui satis longo distans intervallo inclinatior est ad caput ejus, quem ille dixit obsessorem aquarum: ut docet Hyginus.

267 *Tertia post*] Decimo quinto ideoque Kalendas Martias, qui decimus quintus quoque est dies nostro numerandi modo.

Nudos] Exceptis tamen pudendis, ut dictum supra.

269 *Pierides*] Musæ.

271 *Pana*] Pan vero vetustissimæ Arcadum genti numen fuit tam familiare, ut vix oppidulum aut angulus aliquis esset in sua regione ubi sacrum huic cornuto et miniato Deo non esset.

273 *Pholoë*] Qui mons est Arcadiæ.

Stymphalides] Lacus et fluvii Stymphali, qui ex ejusdem nominis monte per agrum Argivum decurrit.

274 *Ladon*] Arcadiæ quoque fluvius: de quo in Metam.

Sed, cur præcipue fugiat velamina Faunus,
  Traditur antiqui fabula plena joci.
Forte comes dominæ juvenis Tirynthius ibat:
  Vidit ab excelso Faunus utrumque jugo.
Vidit, et incaluit, Montanaque numina, dixit,
  Nil mihi vobiscum est: hæc meus ardor erit.
Ibat odoratis humeros perfusa capillis
  Mæonis, aurato conspicienda sinu.
Aurea pellebant rapidos umbracula soles;
  Quæ tamen Herculeæ sustinuere manus.
Jamque nemus Bacchi, Tmoli vineta, tenebat:
  Hesperus et fusco roscidus ibat equo.

plena joci veteris refertur, quamobrem præsertim Faunus vitet vestimenta. Forte juvenis Tirynthius ambulabat junctus dominæ: Faunus aspexit utrumque ex sublimi cacumine. Aspexit, et incensus est, atque dixit, Deæ monticolæ nihil mihi vobiscum, ista erit meus amor. Mæonis incedebat habens humeros sparsos crinibus odoratis, splendida vestibus auratis. Umbella aurea arcebat fervidos radios Solis, quam tamen manus Herculeæ ferebant. Jam venerat ad vineta Bacchica sylvam Tmoli;

304 *Prima joci* Max. quod videtur pro *priva*, ut sæpe, positum a librario: vid. ad lib. I. 113. et ita olim etiam Heinsius conjecerat, vel *prisca*. Burm. —306 *Jugo* est ex opt. V. et Ma. unus autem vet. cum vulg. *loco*.—308 Fr. *hic* pro *hæc*. Deinde Jun. *meus ignis erit:* Læti et alius *ardor ait*.—310 Quidam scribunt *Meonis*.—311 Fr. cum multis aliis et vulg. *pell. tepidos umbr.*— 313 Vulg. legebatur *Jam Bacchi nemus et Tmoli vineta tenebant*. Numeri in hoc versu turbati. Puteaneus codex et unus Farnes. *Jamque nemus Bacchi;* duo alii τὸ *et* non agnoscunt. Lege, *Jam Bacchea, nemus Tmoli, vineta tenebant:* ita *Bacchei ululatus*, pro Bacchicis, Met. IV. 17. malo autem, *tenebant* quam *tenebat*, quod in plerisque est: sic Virgil. Æn. VI. 477. 'Inde datum molitur iter: jamque arva tenebant Ultima. Æneas nempe et Sibylla.' *Heins.* Mitiori medicina lego, cum Farnesiano, *Jamque nemus Bacchi, Tmoli vineta, tenebat*. ut sit appositio: vino feracem Tmolum vidimus ad lib. VI. Met. 15. *tenebat* etiam non mutandum propter sequens *subit*. Burm.—314 *Hesperos*

NOTÆ

legis, credas, inquam, id quod res est, opes esse maximas, iis opus non habere, atque opibus facile posse carere. Eo modo Deus ipse etiam est dives. Sed istud melius docuerit Flaccus, probaverit Scriptura, confirmaverit usus ipse.

305 *Dominæ*] Omphalæ, scilicet. Hanc vero Lydiæ reginam, cui servivit Hercules, non semel vidimus in præcedentibus.

Tirynthius] Hercules, scilicet, cui a Tiryntho oppido, de quo supra, datum nomen.

306 *Faunus*] Namque hic atque Pan unum numen.

308 *Ardor*] Amor; hoc est, quam amabo.

310 *Mæonis*] Omphale Mæonia seu Lydia.

Aurato] Vestem habuit sericam Omphale, intertexto auro.

Conspicienda] Neque tamen magis auri fulgore, quam Nasonis ingenio.

ubit, tophis laqueataque pumice vivo.
ilus in primo limine rivus erat.
e parant epulas potandaque vina ministri,
bus Alciden instruit illa suis.
ues tunicas, Gætulo murice tinctas:
eretem zonam, qua modo cincta fuit.
minor zona est: tunicarum vincla relaxat,
ossit vastas exeruisse manus.
it armillas non illa ad brachia factas:
gebant magnos vincula parva pedes.
pit clavamque gravem, spoliumque leonis,
itaque in pharetra tela minora sua.

n cocidus ferebatur equo nigro. Ingreditur speluncam arcuatam tofis et . Fons loquax erat in primo aditu. Et dum servi adornant dapes et nda, illa ornat Alciden suo mundo. Præbet illi *leves tunicas infectas tulo, cingit lævi cingulo, quo modo cincta fuit. Cingulum est arctius laxat ligamina tunicarum, ut possit emisisse magnas manus. Ruperat as paratas ad illa brachia: parvi calcei premebant vastos pedes. Ipse ndeream clavam, et exuvias leonis, et tela minora condita in sua pharetra.*

s: sic bis scriptum offendi Fragmento Prognosticorum Germanici codice Puteaneo. *Heins.* Lege, *Hesperus ut fusco. Rosidus* etiam et inf. vs. 332. libri. v. ad Eleg. in Drus. 282. *Burm.*—315 In *laqueata et pum.*—316 Be. et unus Heins. *pr. limite riv.*—318 Ex aque Heins. recepit *instruit* pro vulg. *induit.*—320 Thuan. et decem *zon.*—321 Unus liber *claustra* pro *vincla:* in quibusdam *vincula laxat.*—322 *Vastas* Heins. profert ex Læti lib. et duobus F. pro vice vulg. *magnas;* nam 'magnos' pedes mox sequitur.—324 *Stringos* Heins. recepit ex quinque Codd. pro vulg. *Scindebant magni: Stringebant;* Pet. unus *Cingebant;* alter P. *rumpebant.*—325 Unus *rapit clav.*—326 Vlitius malebat *tel. minore su.* improbante Heins.

NOTÆ

rea] Aurata.
soles] Solis ardorem.
oli] Qui mons Lydiæ Sardiæ quondam Lydorum, imitibus consitus; adeoque mus.
perus] Vesper, quæ Veneris is prænuntia.
] Sub occasum Solis nimiam seu humiditas ex aëre recidit. Verum observagis quanta elegantia rem scribat Naso.

315 *Subit*] Hercules, scilicet.
Laqueata] Natura magistra fornicatus tophus. *C'étoit une grotte faite par la nature.*
316 *Garrulus*] Strepitum, scilicet, et murmur edunt inter lapillos desilientes aquæ.
318 *Alciden*] Herculem, cui a robore Græce illud datum nomen; nisi ab Alcæo Amphitryonis patre repetiveris.
Illa] Omphale, scilicet.
319 *Gætulo*] Afro. Gætuli enim

Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno;
  Et positis juxta secubuere toris.
Causa; repertori vitis pia sacra parabant,
  Quæ facerent pure, cum foret orta dies.
Noctis erat medium: quid non amor improbus audet?
  Roscida per tenebras Faunus ad antra venit.
Utque videt somno comites vinoque solutos,
  Spem capit in dominis esse soporis idem.
Intrat; et huc illuc temerarius errat adulter:
  Et præfert cautas subsequiturque manus.
Venerat ad strati captata cubilia lecti;
  Et prima felix sorte futurus erat.
Ut tetigit fulvi setis hirsuta leonis
  Vellera, pertimuit, sustinuitque manum;

Eo modo cenaverunt, eo modo composuerunt sua corpora ad soporem, et secum cubuerunt lectis juxta positis. Ratio fuit: *parabant pia sacra inventori vitis, quæ celebrarent caste, postquam dies esset orta. Erat medium noctis: quid Amor improbus non audet? Faunus accessit nocte ad speluncam rore conspersam. Et cum cernit comites jacentes sopore et mero, arbitratur idem esse somni in dominis. Ingreditur; et adulter temerarius vagatur huc illuc, et præmittit manus providas, et subsequitur. Venerat ad cubilia petita tori strati, atque futurus erat beatus prima sorte. Cum tetigit pellem hispidam setis rufi leonis pertimuit, et sustinuit manum;*

—327 Med. unus *sua pectora somn.*—329 Ex Zulich. Maz. Voss. et aliis nonnullis Heins. dedit *pia;* ceteri *quia.*—333 Fr. *com. somn.* inverso ordine: et pro *comites* unus *socios;* alius *famulos.* Meliores dant *solutos,* et sic quidem vulg. editum: at Codd. variant, quorum diversæ lectiones sunt *sepultos, sopitos, gravatos, jacentes.*—334 Unus liber *cap. hinc dominis ess.* duo *et dominos;* Thuan. *in dominos.*—337 Maz. *strat. tractata cub.*—338 Fr. *fel. prim.* inverso

NOTÆ

Africæ populi: neque, opinor, pro purpura pretiosissima hunc muricem Afrum sumi necesse est admonere.

321 *Minor*] Quilibet conjiciat qui Herculem fando cognoverit.

323 *Armillas*] *Les brasselets.*

324 *Vincula*] Calceos nempe phrenetico errore fœminæ ab omni ævo voluerunt habere arctissimos; uti jam olim Lucianus inter earum cetera notavit: Hercules vero pedem habuit corpori non imparem.

325 *Clavam*] Herculis gestamen.

Spolium] Quod pro amictu illi fuit.

327 *Sic*] Mutato cultu.

328 *Secubuere*] Quia, ut subdit Naso, Libero patri rem divinam facturi erant. Receptissimo autem ritu apud veteres in casto esse debebant qui se rei sacræ mane immisturi essent.

329 *Repertori*] Baccho, scilicet.

332 *Roscida*] Humida, de more.

333 *Comites*] Qui Herculem atque Omphalem secuti.

335 *Huc*] Quippe sine lumine antrum subierat.

336 *Præfert*] Eorum more qui per obscura ambulant.

usque metu rediit: ut sæpe viator
atum viso retulit angue pedem.
ri, qui junctus erat, velamina tangit
ia, mendaci decipiturque nota.
lit; spondaque sibi propiore recumbit:
gido cornu durius inguen erat.
tunicas ora subducit ab ima:
ebant densis aspera crura pilis.
tentantem cubito Tirynthius heros
ulit: e summo decidit ille toro.
us: inclamat comites, et lumina poscit
nis. Illatis ignibus acta patent.

atus timore retrogressus est, ut sepe viator retulit pedem attonitum ser-. Postea tractat molles vestes lecti qui erat proximus, et fallitur signo ascendit, et sternitur sponda sibi propiore: atque inguen erat rigidius duro nterea tollit tunicas ad os extremum: tibiæ scabræ rigebant spissis pilis. ynthius rejecit cubito conantem reliqua: ille decidit e summo cubili. Fit Mæonis vocat magna voce comites, et petit lampadas. Facta apparent

340 Fr. *pert. continuitq. manus.* Multi etiam alii *manus;* meliores te Heins. *manum.*—341 Vulg. *met. rediit; ceu sæpe viat.* Pro *rediit* und. Zulich. Maz. et tres alii *riguit:* at Ursini, Læti, Pet. et pluri-*diit: ut.* Deinde pro *sæpe* Heins. volebat *sepe,* vel *vepre.*—345 In *propior. resedit.*—346 *Rigido* Heins. rescribit ex Gottorph. pro vulg. unus Mor. *rigidum;* Maz. *cupidum.*—347 Mor. *or. deducit.*—348 *err. spissis asp.* Heins. conj. *hirtis.*—349 Heins. placet *Cet. cunctan-* ex uno Med. et pro *cubito* plurimi *subito.*—351 Sic in antiquis mem-plurimi autem *inclamant;* Sa. *inclamant omnes:* quatuor *et poscunt* 352 Tres libri *M. allatis ign.* Mox Pembrocii liber *act. vident.*—

NOTÆ

ma] Quia primo ad Omphales cesserat.

llera] Quibus Omphale Her-entiebatur: namque mutato somnum se utrumque com-vidimus.

pe] Heinsius *sepe;* in sepibus vepribus plerumque delites-nes.

ndaci] Quia Omphales ves-rica eam esse significabant; illis uteretur jam Her-

ndit] Gradibus enim usus ad lectos. Quanquam hunc non satis firmiter ex voce 'ascendit' concludas, donec postmodum gementem Faunum in-tuearis.

Sponda] *Du côté le plus proche.* Quæ parieti tamen sponda aut latus hære-bat 'interior' dicta, altera 'exterior' virum accipiebat.

349 *Cetera*] Nondum nequitiarum oblitus Naso.

350 *Decidit*] Non temere joci plenam fabulam dixisse Nasonem confitearis, qui ridiculum istum Faunum tanto ludibrio habitum intellexeris.

352 *Mæonis*] Omphale Lydia.

Ignibus] Lucernis.

Ille gemit lecto graviter dejectus ab alto;
  Membraque de dura vix sua tollit humo.
Ridet et Alcides, et qui videre jacentem:
  Ridet amatorem Lyda puella suum.
Veste Deus lusus fallentes lumina vestes
  Non amat; et nudos ad sua sacra vocat.
Adde peregrinæ causam, mea Musa, Latinam;
  Inque suo noster pulvere currat equus.
Cornipedi Fauno cæsa de more capella,
  Venit ad exiguas turba vocata dapes.
Dumque sacerdotes verubus transuta salignis
  Exta parant, medias Sole tenente vias;
Romulus, et frater, pastoralisque juventus,
  Solibus et campo corpora nuda dabant:

luminibus admotis. Ille depulsus ab excelso toro multum gemit; atque ægre tollit suos artus de dura terra. Et Alcides, et qui aspexerunt prostratum rident: puella Lyda ridet suum amatorem. Deus ludibrio habitus amictu non diligit amictus imponentes oculis; et vocat nudos ad sua sacra. Musa mea, adjice causas Latinas peregrinæ; et equus noster currat in suo pulvere. Capella mactata Fauno cornipedi, agmen invitatum accessit ad parvas epulas. Et dum Sacerdotes adornant viscera transfixa verubus salignis, Sole tenente medium iter, Romulus, et frater, et juventus pastoralis dabant corpora nuda Soli et campo. (Dabant brachia fingenda per lusus ca-

354 Unus V. *de vira vix.*—357 P. *numina* pro *lumina.*—359 Vulg. edebatur *Add. peregrinis causas, m. M. Latinas.* '*Peregrinæ* Arund. Mss. Zulich. unam enim solummodo causam retulit.' *Heins.* Eandem ob causam lego cum uno Palatino *causam....Latinam;* nam unam modo refert. *Burm.*—360 Plurimi Codd. *Inq. tuo nost.*—361 Zulich. *Cerripedi F.* quod Heins. arridet.—363 In multis vett. *ver. transfixa sal.* et sic quidem vulg. editum: in aliis *transita*, vel *trajecta.*—364 Læti lib. et unus F. *per. medium S. tenente diem.* Zulich. Max. Voss. et Arund. *medias S. fovente*

NOTÆ

356 *Amatorem*] Faunum, scilicet.

357 *Lumina*] Tametsi non oculis Fauni imposuerunt Omphales vestimenta, scis tamen, Lector, quid sibi velit Naso; atque alteram habes causam cur nudi Luperci. Tertiam audi.

360 *Suo*] Peregrina retulit Naso; nunc de iis quæ Romana essent dicturus, ingenium suum equo, materiam ipsam pulveri seu campo, eleganti metaphora comparat.

362 *Exiguas*] Neque enim Romulo tanta erat res, et supererat.

364 *Exta parant*] Ritus nota quibusquis ex illis majora didicisti sacrificiis.

365 *Frater*] Remus.

Pastoralis] Qui Romulum Remumque comitabantur.

366 *Solibus*] In Solem et pulverem parati erant illi, scilicet.

Cæstibus, et jaculis, et missi pondere saxi
Brachia per lusus experienda dabant.
Pastor ab excelso, Per devia rura juvencos,
Romule, prædones, eripe, dixit, agunt.
Longum erat armari. Diversis exit uterque
Partibus. Accursu præda recepta Remi.
Ut rediit, verubus stridentia detrahit exta:
Atque ait, Hæc certe non nisi victor edet.
Dicta facit, Fabiique simul. Venit irritus illuc
Romulus, et mensas ossaque nuda videt.
Risit; et indoluit Fabios potuisse Remumque
Vincere: Quinctilios non potuisse suos.
Fama manet facti. Posito velamine currunt:
Et memorem famam, quod bene cessit, habet.

tibus, et missilibus, et mole saxi jacti.) Pastor clamavit a jugo, Romule, raptores abigunt tauros per agros devios, recipe. Longum erat instrui armis. Uterque proficiscitur diversis partibus. Præda erepta accursu Remi. Postquam rediit, deripit verubus viscera crepitantia; atque inquit, Certe non nisi victor comedet ista. Facit dicta, et Fabii simul. Romulus accessit illuc frustra, atque spectat mensas et ossa spoliata. Risit; atque ægre tulit Remum et Fabios potuisse vincere; suos Quinctilios non potuisse. Fama facti superest. Discurrunt vestibus omissis; et quod bene evenit

vias.—367 Voss. Zulich. Max. et tres alii *Vectibus et jac.* alii cum Pet. *Vestibus;* unus V. *utribus.* Dein Fr. *pond. ferri;* et *saxi* pro var. lect. Hoc distichon Codd. duo aut tres non agnoscunt; et videtur Heinsio ex superiori conflatum.—368 Quinque Codd. *per ludos.* Mox P. *excutienda dab.* Thuan. et alius *expedienda.*—370 In vulgatis legebatur *præd. et, Reme, dix.* at Arund. Voss. Max. et unus V. exhibent *eripe;* quod Heins. impense arridebat.—372 Fr. cum multis aliis et vulg. *Part. occursu;* Heins. suadet *accursu;* et sic nonnulli Codd. Mox Fr. P. cum plurimis aliis *præd. retenta R.*—373 Pro *stridentia* quidam *pendentia, spirantia, fumantia,* vel *spumantia.* Deinde Voss. Arund. Max. et unus Pat. *detulit ext.* Heins. conj. *depulit.*—378 Alii scribunt *Quintilios.*—379 Læti Cod. *Fam. volat fact.*—380 *Quod bene cessit* est ex opt.

NOTÆ

367 *Cæstibus*] Cæstus seu Cestus, [illegible] a *cædo*, sive a *κεστὸν*, quod *cingu*[illegible] a *κεντέω pungo*, quia acu punctum [illegible], deduxeris, chirothecæ quod[illegible] fuit ex loris bubulis, inserto [illegible]uto plumbo ferrove, cujusmodi [illegible]giles manus instruebant. [illegible] minus Romanis usitatus iste ludus.

Missi] Disco crediderim lusisse etiam.

371 *Diversis*] Ut quoquo sese proripuisset prædo in alterutrius manus incideret.

Uterque] Remus et Romulus.

373 *Stridentia*] Quia ad ignem assa.

374 *Victor*] Qui prædam a latronibus recepit.

375 *Facit*] Epulati sunt quippe soli, quomodo dixerat Remus.

Fabii] Qui cum Remo accurrerant, et ab ejus partibus stabant.

Forsitan et quæras, cur sit locus ille Lupercal;
  Quæve diem tali nomine causa notet.
Ilia Vestalis cœlestia semina partu
  Ediderat, patruo regna tenente suo.
Is jubet auferri pueros, et in amne necari.
  Quid facis? ex istis Romulus alter erit.
Jussa recusantes peragunt lacrymosa ministri:
  Flent tamen, et geminos in loca jussa ferunt.
Albula, quem Thybrin mersus Tiberinus in unda
  Reddidit, hybernis forte tumebat aquis.
Hic, ubi nunc Fora sunt, lintres errare videres;
  Quaque jacent valles, Maxime Circe, tuæ.

habet famam memorem. Forte etiam petas, quamobrem ille locus sit Lupercal; et quæ causa signet diem hujusmodi nomine. Ilia Vestalis emiserat partu semina cœlestia, patruo suo regnante. Is imperat parvos abripi, et extingui in flumine. Quid agis? Romulus erit alter ex illis. Famuli detrectantes exequuntur tristia mandata. Lacrymantur tamen, et portant geminos in loca dicta. Albula, quem Tiberinus haustus aquis fecit Tyberim, forte auctus erat aquis hybernis. Cernes naves fluctuare hic ubi nunc sunt Fora, et qua valles tuæ porriguntur, Circe Maxime.

Med. et Excerpt. Pol. vulgo enim legebatur *qui bene gessit;* et sic Fr. et Ursin. Maz. Zulich. Pet. et multi alii *quod bene gessit;* Voss. *quam bene,* Heins. conj. pro *quum:* et hic quidem volebat *quis bene cessit.* Plurimi etiam et scripti et editi *habent.*—382 In quibusdam *Quæv. locum tal.* Voss. Arund. Maz. Zulich. et sex alii *tanto nom.* Heins. conj. *noto.* Dein tres libri *vocat.* —383 Ex Voss. et sex aliis libris Heins. dedit *Ilia* pro vulg. *Sylvia.* Deinde duo libri *V. cœlesti s. partu:* alter P. et tres alii *cœlestia numina partu:* Bonon. *cœlestia semina partum.*—385 Be. et duo alii *jub. offerri p.* Burm. *pueros* dedit ex quibusdam Codd. pro vulg. *parvos.*—386 *Istis* habent omnes libri scripti; in quibusdam Edd. *illis.* Mox Fr. *alt. erat.*—387 Pro *recusantes* Heins. mallet *reluctantes,* vel *repugnantes.*—388 In quibusdam *loc. sola fer.*—389 Fr. *quem Tyberim Tyberinus mersus in undis.*—391 Max. *lintr. agitare vid.*

NOTÆ

Irritus] Qui frustra accurrerat, et absumtas dapes inveniebat.

377 *Risit*] Oris tamen specie.

379 *Fama manet*] Fabulæ. Vestimenta posuerant Romulus et Remus aliique ob sacrum Pani, antiquissimo more, et ab Evandro in Italiam inducto, peractum. Sed et alia multa hac de re finxit Plutarchus.

381 *Cur sit*] Quamobrem 'Lupercal' dicatur locus ubi Pani seu Fauno sacra fiebant.

383 *Ilia*] Numitoris Albanorum regis filia, quam Amulius patruus Virginem Vestalem fecit.

Cœlestia] Quia ex Marte gravida.

384 *Tenente*] Numitore fratre pulso.

385 *Pueros*] Remum et Romulum.

386 *Quid facis*] Prohibentis est, ni fallor.

Romulus] Id est, qui Romam gentium dominam posiurus est.

388 *Geminos*] Romulum Remumque.

venerunt, nec jam procedere possunt
s; ex illis unus, an alter, ait:
sunt similes! at quam formosus uterque!
men ex illis iste vigoris habet.
arguitur vultu; (ni fallit imago,)
quem vobis suspicor esse Deum.
vestræ Deus esset originis auctor;
præcipiti tempore ferret opem.
em certe, si non ope mater egeret:
cta est uno mater et orba die.
ul, peritura simul, simul ite sub undas
a. Desierat; deposuitque sinu.

venerunt, neque jam possunt progredi ulterius, unus an alter ex his sunt pares! at quam uterque est pulcher! Hic tamen ex illis ha-. Si stirps cognoscitur ex facie; (nisi imago decipit,) conjicio alisse vobis auctorem. *At si quis Deus esset auctor vestræ originis, tempore tam opportuno. Mater sane esset auxilio, nisi ipsa egeret facta est mater et orba uno die. Corpora simul orta, simul moritura, ul sub aquas. Absolverat, et deposuit gremio. Vagierunt clamore*

libri *errare solebant.*—393 Unus F. *Ub. nunc ventum est, nec: perventum est.* Mox Ursini liber et unus Pat. exhibent *nec jam; sim.*—394 *An* Heins. dedit ex Arund. et Max. pro vulg. *et.*—que loco rescripsit Heins. ex Ursini et Pet. ceteri *ah!*—396 *Ex* ch. Max. Arund. Voss. et multi alii: plurimi *ex istis iste;* unus Cod. et Fr. *ex istis ille,* et sic Modius Novant. Lect. Ep. 69.—libri *si* pro *nisi;* unus F. *non:* Heins. suadet *nec.*—398 Max. et *vobis;* sæpe editum *a;* Fr. *e:* Præpositionem omittunt Ex-tres alii: Francius malebat *Nesc. quem patrem susp.* Voss. etiam, et Cant. *suspicer.*—403 *Peritura* est ex duobus vett. ceteri cum . Deinde Thuan. *sub umbras;* quinque *sub undis.*—404 Pat. *Pig-*

NOTÆ

fluentem, scilicet, fluvii Tiberis.

] Hoc fuit Tiberis nomen re, priusquam in eo mer-erinus rex Albanorum.

] Romanum, Boarium,

Quia ibi tum 'udæ tre-es.'

| De eo sæpius. Vallis tus fuit, Murcia dicta.

Ministris, scilicet, qui mulum Remumque in profluentem ferebant.

396 *Iste*] Romulus, scilicet.

397 *Si genus*] Si nobilitas vultu declaratur.

398 *Quem*] Auctor qui sit generis.

401 *Ferret opem*] Affectum habet mirum ista repetitio.

Ope] Illico, scilicet, et vincta et in custodiam data Vestalis, mox viva defodienda.

403 *Ite*] Verba sunt ministri ad infantes quos erat deposituras.

Vagierunt clamore pari: sentire putares.
Hi redeunt udis in sua tecta genis.
Sustinet impositos summa cavus alveus unda.
Heu quantum fati parva tabella vehit!
Alveus in limo sylvis appulsus opacis,
Paulatim fluvio deficiente, sedet.
Arbor erat: remanent vestigia: quæque vocatur
Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.
Venit ad expositos (mirum) lupa fœta gemellos.
Quis credat pueris non nocuisse feram?
Non nocuisse parum est: prodest quoque: quos lupa nutrit,
Prodere cognatæ sustinuere manus.

æquali: crederes intelligere. Hi revertuntur in suas sedes genis humidis. Alveus cavus fert impositos ultima aqua. Heu quantum fati exigua tabula vehit! Alveus appulsus sylvis obscuris, hæret in cæno, amne sensim subsidente. Arbor erat: superunt indicia: et quæ dicitur hodie ficus Ruminalis erat ficus Romulea. Lupa enixa fœtus accessit ad geminos expositos (res stupenda). Quis credat feram non obfuisse infantibus? Leve est non obfuisse, immo prodest. Manus consanguinea

---

nora pro *Corpora*. Mox Sa. Maz. et unus Mor. *deposuitq. simul*.—405 Olim edebatur *Vagierant ambo pariter*. ' *Vagierunt* Pet. Ursin. et Nanger. bene, ut jam monui Ep. VII. septem codd. *Vagierant clamore pari: sentire putares*. Recte, si *Vagierunt* rescribas. Ep. Canaces: ' Vagitus dedit ille miser; sensisse putares.' *Heins*. Cod. Fr. etiam hic exhibet *sensisse*; et sic quidem nonnulli editi.—407 Fr. *summ. tamen alv*.—408 Pro *parva*, et *vehit* alter Maz. cum uno Med. et Helm. *curva* et *fuit*; unde Heins. conj. *curta tab. fuit*: plures etiam alii habent *tulit*; et Pet. pro var. lect. *dedit*.—409 Octo libri *sylv. impulsus*.—412 Ciofan. *Romula* s. *ficus, Rumina f. erat*.—415 Maz. *quod* pro *quos*; eleganter, judice Burm. qui citat Terent. Andr. I. 3. ' quicquid pepererit, decreverunt tollere:' et Plaut. Amphitr. I. 3. ' verum quod erit natum tollito.'—416 *Prodere* est ex altero Pet. et

NOTÆ

405 *Sentire*] Quid de se ageretur, scilicet.

406 *Hi*] Ministri, scilicet.

Udis] Ex lacrymis, puerorum commiseratione.

407 *Alveus*] Cunas intellige.

408 *Fati*] Per fatum res ipsas fato præstitutas intellige, potentiamque adeo Romanam, quæ in tantum excrevit.

Tabella] Quam ' alveum' supra dixit.

411 *Vestigia*] Nondum penitus sublato trunco.

412 *Rumina*] A ruma, hoc est, mamma, quæ et ' rumis' et ' rumen' antique dicebatur, quamque Remo atque Romulo præbuisse lupam dixerunt, ' Ruminalis' ficus appellata est.

413 *Fœta*] Quæ paulo ante catulos deposuerat.

Gemellos] Romulum atque Remum.

414 *Quis credat*] Indignatio est ab Amulii immanitate.

416 *Cognatæ*] Amulii patrui.

it, et cauda teneris blanditur alumnis,
ngit lingua corpora bina sua.
satos scires; timor abfuit: ubera ducunt;
sibi promissi lactis aluntur ope.
o nomen fecit; locus ipse Lupercis.
na dati nutrix præmia lactis habet.
etat Arcadio dictos a monte Lupercos?
nus in Arcadia templa Lyceus habet.
, quid expectas? non tu pollentibus herbis,
prece, nec magico carmine mater eris.
fœcundæ patienter verbera dextræ:
socer optati nomen habebit avi.

perdere quos lupa alit. Restitit, et demulcet teneros alumnos cauda, et ubo corpora sua lingua. Cognosceres genitos Marte, metus procul fuit. mammas, atque nutriuntur auxilio lactis sibi exhibiti. Illa dedit nomen us ipse Lupercis. Nutrix consecuta est amplam mercedem lactis oblati. hibet Lupercos appellatos a monte Arcadio? Faunus Lycæus habet delu- cadia. Quid hæres, marita? Tu non fles mater potentibus graminibus, cibus, neque carmine magico. Excipe patienter ictus dextræ fœcundantis: r consequetur nomen avi desiderati. Fuit enim illa dies, cum tristi fato

ulg. *Perdere.*—417 Quinque libri *Substitit.*—418 Valde placet Nea- iofano scriptura duorum V. et Ursin. *Et lingit ling.* alii etiam habent 419 Quidam *uber sugunt.*—420 Olim edebatur *Nec sib. promissa lact.* i maxima ex parte *promissi:* duo *Et sib. promissi;* et sic Ursin. et quos sequitur Heinsius: Burm. autem amplectitur lectionem Codd. s. et quinque aliorum.—421 Fr. *Ipsa...ille:* plures etiam alii *τὸ ille* . Be. *ille Lupercal:* plurimi etiam alii *Lupercal;* unus Pat. *Lupercus:* alebat *inde Lupercal.*—423 Plurimi *Quis* pro *Quid.* Gottorph. *Quis o dictos* Heins. suadet *ductos:* et Pet. et Mor. *de mont.*—425 Multi *tibus herb.* unus *furialibus;* Fr. *pellentibus.*—427 Duo libri et Maz. lect. *verb. caudæ;* duo *palmæ.*—428 Heins. ex Maz. recepit *optati* pro

NOTÆ

ingit] Bene, ut solent bruta.
ires] Quia neque timebant, i dicatum animal quasi re- bant.
so] Qui 'Lupercal' dictus a
agna] Quia fama ejus su-
uid vetat] Novum profert Naso.
] Lycæum dicit, Græce quem bene Latine 'Luper- cum' appellaveris. In eo autem, a gente antiquissima, Lupercalia, quæ Lycaon Pelasgi filius instituisse dicitur, magna festivitate celebrata.

425 *Nupta*] Mulieres alloquitur Naso; quia, ut Plutarchus in Romulo, 'adultæ Lupercorum non declinant verbera, proficere ea ad conceptionem et partum ratæ.' Atque id non a plebeiis modo, sed et a nobilissimis matronis factitatum.

427 *Fœcundæ*] Lupercorum, qui

Nam fuit illa dies, dura cum sorte maritæ
  Reddebant uteri pignora rara sui.
Quid mihi, clamabat, prodest rapuisse Sabinas,
  Romulus: (hoc illo sceptra tenente fuit:)
Si mea non vires, sed bellum injuria fecit;
  Utilius fuerat non habuisse nurus.
Monte sub Esquilio, multis incæduus annis,
  Junonis magnæ nomine lucus erat.
Huc ubi venerunt; pariter nuptæque virique
  Suppliciter posito procubuere genu.
Cum subito motæ tremuere cacumina sylvæ,
  Et Dea per lucos mira locuta suos.

nuptæ emittebant paucos fructus ventris sui. Romulus vociferabatur, Quid me juvat rapuisse Sabinas? (Istud enim *factum est illo regnante.) Si injuria mea cessit bellum, non* auxit *vires; melius fuerat non habuisse nuptas. Erat lucus magnæ Junonis intactus a multis annis sub colle Esquilino. Postquam viri simul atque mulieres huc venerunt, procubuerunt genu flexo suppliciter. Cum repente fastigia nemoris concussi tremuerunt, atque Dea protulit ore mira per lucos suos. Hircus*

vulg. *optatum*.—429 Unus Mor. *dira* pro *dura*.—434 Sex scripti et pr. Ed. *non rapuisse nur*.—435 Unus F. *sub Esquiliis*, et Jun. *esculeo*. Alii etiam mox scribunt *inciduus*.—436 Jun. et septem alii *magn. numine luc*.—438 Nonnulli pos. *succubuere gen*.—439 Be. *sub. motu tr*. Arund. *notæ*. Fr. etiam a pr. man.

NOTÆ

caprinarum pellium loris obvias feriebant.

428 *Jam*] Postquam verbera Lupercorum senserit mulier.

Habebit] Propter natum sibi ex verberata filia nepotem.

429 *Nam*] Subjicit nunc Poëta, quod antiquæ non fuit institutionis in Lupercalibus.

Dura] Namque fœminæ ni concipiant, brevi intereat omne genus animantis.

431 *Rapuisse*] Simulatis ludis, quomodo rem eam ad optatum finem perduxerit, notius est quam ut opus sit inculcare.

432 *Hoc*] Quod non parturiebant nuptæ.

433 *Bellum*] Quod gravissimum a Sabinis ob sibi a Romulo raptas puellas, tantamque injuriam, excitatum.

434 *Nurus*] Pro fœminis, ut passim.

435 *Esquilio*] Unus fuit ex septem montibus Romanis, de quo in sequentibus.

Incæduus] Nullo ferro violatus.

436 *Nomine*] Junonis Lucinæ dicebatur.

439 *Cacumina*] Arborum ultimæ frondes.

440 *Mira*] Immo horrenda, et quæ Satyrorum aut Sacerdotum Panis nequitiam maxime redoleant. Sed mitius, quam res erat, interpretatus est augur.

Italidas matres, inquit, caper hirtus inito.
Obstupuit dubio territa turba sono.
Augur erat: nomen longis intercidit annis:
Nuper ab Hetrusca venerat exul humo.
Ille caprum mactat. Jussæ sua terga maritæ
Pellibus exsectis percutienda dabant.
Luna resumebat decimo nova cornua motu:
Virque pater subito, nuptaque mater erat.
Gratia Lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucus;
Aut quia principium tu, Dea, lucis habes.
Parce, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis;
Maturumque utero molliter effer onus.

Lapidus, inquit, inito matres Italicas. Agmen attonitum obstupuit voce ambigua. Erat augur; nomen excidit longis annis: nuper accesserat profugus a terra Thusca. Ille immolat hircum. Nuptæ admonitæ præbebant dorsum verberandum pellibus exsectis. Luna recipiebat nova cornua decimo motu, et statim maritus erat pater, et marita mater. Gratia Lucinæ, Lucus imposuit tibi hæc nomina; vel quia tu, Dea, habes principium lucis. Fave, oro, lenis Lucina, puellis gravidis; atque extrahe leniter ventre pondus maturum.——Postquam *dies fuerit orta,*

numere cac. Et Jun. *cacumine sylv.*—441 Multi meliores, teste Heins. *Italias:* unus F. *Etalides;* conj. Heins. *Œbalidas.* Deinde idem monet legendum cum Jun. duobus V. et Strozzæ libro *caper hirtus* pro vulg. *sacer hircus.*—442 Quatuor libri *subito* pro *dubio.*—445 *Maritæ* ex tribus scriptis cum opt. Med. placet Heins. præ vulg. *puellæ.*—446 Sæpe edebatur *Pell. exemtis perc.* at prisca scriptura erat *exsectis:* unus Heins. *exentis.*—447 Thuan. et quatuor alii *sua* pro *nova.* Dein *motu* ex plerisque scriptis dedit Heins. pro vulg. *mense:* alii etiam legunt *cursu.*—448 Concinnius *mat. erant.* Heins.—450 Pro *habes,* duo scripti *eras;* et pro diversa lectione Zulich. quod placeret, nisi verbum id prorsum clausisset pentametrum præcedentem. *Heins.*—451 Fr. *fac. grav.* inverso ordine.—452 P. et tres alii *Maturoque.* Mox pro vulg. *aufer* ' Sa. *effer,*

NOTÆ

442 *Obstupuit*] Neque abs re: namque fronte prima voces illæ ' Caper hirtus inito' aliquid habent stupendum.

Dubio] Ambiguo: namque nefas intelligere quod primo verba sonant.

444 *Hetrusca*] Ex Hetruria vero et sacra et cærimoniæ et omnis prope Deorum cultus petitus.

445 *Terga*] Interscapilium. *L'entredeux des épaules.*

446 *Pellibus*] Caprinis, quibus Luperci obvios cædebant.

447 *Motu*] Mense adeoque.

448 *Mater erat*] Atque adeo Lupercorum pelles et ictus nequaquam irriti: et Junoni Lucinæ magna gratia, quæ remedium tam potens indicaverat.

449 *Tibi*] Junonem seu Dianam alloquitur, quæ Dea est una atque eadem.

Lucus] Esquilinus aut quivis alius; namque Diana nemorum Dea.

450 *Lucis*] Quia non ad proferendos fœtus tantum et in lucem emittendos matres adjuvat Luna, sed et generationis causas habere dicitur.

s fuerit; tu desine credere ventis.
t illius temporis aura fidem.
non constant: et sex reserata diebus 455
s Æolii janua laxa patet.
obliqua subsidit Aquarius urna.
us æthereos excipe, Piscis, equos.
rant fratremque tuum (nam juncta micatis
duos tergo sustinuisse Deos. 460

us ventis. Ventus illius tempestatis excidit fide. Aurœ non sunt valvœ carceris Æolii laxœ patent apertœ sex diebus.——Jam s subsidit urna obliqua. Piscis proxime, excipe equos cœlestes. fratrem tuum (nam continuata fulgetis sidera) tulisse dorso duos

****

unde et *Egeria* ab *egerendo* dicta creditur.' *Burm.*—453 Nonnulli liti *di fuerat; tu.* Hamburg. etiam *nunc* pro *tu*; et Be. *tua.*— ett. *Prodidit ill.*—456 Heins. suadet *laxa* ex uno A. et Gottorph. *a*: duo libri *tota.*—457 *Cant. lev. antiqua subs.* et Fr. cum vulg. 8 Quinque libri *Protinus æther.* et quatuor *Prox. æquoreos exc. itheos.* Fr. *æther. accipe, P.*—459 Gryph. *nam cuncta mic.*—461 Fr.

NOTÆ

s] Propitia.
er] Sine doloribus.
] Eadem Lupercalium, ho quinto adeoque Kalen-
aut effundi videtur.
Subsidit] Poëtice dixit, quasi in ferendo Sole multum desudasset Aquarius.

ilem quondam fugiens Typhona Dione,
c cum pro cœlo Jupiter arma tulit,
ad Euphratem comitata Cupidine parvo;
ıe Palæstinæ margine sedit aquæ.
ıs, et cannæ riparum summa tenebant:
mque dabant salices, hos quoque posse tegi.
atet, intonuit vento nemus. Illa timore
let; et hostiles credit adesse manus.
sinu natum tenuit, Succurrite, Nymphæ,
)is auxilium ferte duobus, ait.
ıora; prosiluit. Pisces subiere gemelli:
quo nunc dignum sidera munus habent.

Dione fugiens olim horrendum Typhonem tunc cum Jupiter tulit arma pro it ad Euphraten stipata parvo Cupidine, atque constitit ad ripas aquæ æ. Populus et arundines habebant extrema earum: atque salices spem se etiam posse his occultari. Dum latitat, sylva intonuit vento. Illa tu, atque arbitratur manus infestas adesse. Et cum teneret filium gremio, t, Nymphæ, inquit, et ferte opem Diis duobus. Et sine cunctatione, immi-ıquam. Pisces gemini subiverunt: pro quo nunc obtinent sidera mercedem

et antea fuisse videtur *Diana*.—465 In quibusdam *summ. tegebant*.—e, *his quoque* vel *hic*; nam in uno codice V. *hoc* extat: in quatuor *noque*: Maz. et Zulich. *salices has*. Heins. Ego præferrem, *his*, vel, *e posse tegi*: id est Venerem inter salices, licet humiles essent et tantum tenerent riparum, tamen posse latere. *Tegi* autem dictum, Livium XXI. 54. ‘Locus equiti quoque tegendo satis latebrosus:’ ıs etiam ut hic ponitur. In Maz. erat, *facies hos quoque*: unde forte ı fuit, *salices, os quoque posse tegi*; non tantum inferiores corporis par-et caput. *Burm*.—467 Nonnulli *Dum jacet*. Deinde Fr. Maz. et alii *intonuit vent*.—469 Fr. *ten. nat.* inverso ordine.—472 Plurimi *e q. n. cernis s. numen h.* Voss. Arondel. Mazar. et tres alii, *dignum mus*; quod secutus sum: posset et, *nunc cælum sidera munus habent*

NOTÆ

Typhona] Qui Terræ filius cum am adversus Deos bellum ut dictum alibi.

] Hæc Oceani et Tethyos filia Poëtis pro Venere ejus filia, ico, ponitur.

Euphratem] Fluvius est notis-simæ, qui Syriam Palæstinam ıam quoque perluit.

Palæstinæ] Judæa est, notior t opus sit Asiæ provinciam icare.

465 *Populus*] Herculi arbor sacra. *Summa*] Ultima.

466 *Spem*] Sperabat Venus sese cum filio posse etiam inter salices latere, sicuti alii Dii aliis pariter sese tegebant.

468 *Hostiles*] Typhonis ipsius aut cujuspiam gigantis.

469 *Natum*] Cupidinem, scilicet. *Nymphæ*] Fluviales alloquitur.

471 *Prosiluit*] In flumen desilit.

472 *Sidera munus*] Inter sidera sunt

Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
  Nec violant timidi piscibus ora Syri.
PROXIMA lux vacua est: at tertia dicta Quirino.
  Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.
Sive quod hasta Curis priscis est dicta Sabinis:
  (Bellicus a telo venit in astra Deus:)
Sive suum Regi nomen posuere Quirites:
  Seu quia Romanis junxerat ille Cures.
Nam pater armipotens, postquam nova mœnia vidit,
  Multaque Romulea bella peracta manu,

dignum. Inde Syri pii arbitrantur nefas admovere hoc genus mensis, neque polluunt ora piscibus.——Dies sequens est immunis; at tertius dicatus Quirino. Qui habet hoc nomen fuit prius Romulus. Sive quia hasta appellata est Curis a veteribus Sabinis: (Deus bellicus translatus est ad sidera per illud *telum:) sive quia Quirites dederunt nomen suum Regi: sive quia ille addiderat Cures Romanis. Nam pater armipotens, postquam vidit novos muros, et bella absoluta manu Rom-*

legi: sic Art. Am. I. 557. 'Munus habe cœlum:' *dignum sidera nomen* alii: *Pro quo, quæ cernis, sidera nomen* Nauger. Pet. Zulich. et tres alii: *nunc cernis sidera nomen* Ursin. et plurimi alii. Forte, *Pro quo nunc cerni sidera munus habent.* Gronovius Noster Obser. IV. 18. corrigebat: *Pro quo nunc (cernis) sidera munus habent.* Heins. *Dignum sidera munus habent* etiam Modius Novant. Lect. cap. 63.—473 Plurimi *nef. dicunt gen.* et unus *hoc inducere mens.*—474 Fr. *Ne violent tim.*—477 *Curis* est ex Max. Zulich. et quatuor aliis; nonnulli cum Fr. *quiris:* Ursin. et Pet. *cures.* Deinde Hamburg. *primis* pro *priscis.*—479 *Suum* meliores. *Heins.* Alii *suo.*—481 Sex libri *sua* pro *nova.*—

NOTÆ

collocati meriti sui grata mercede.

474 *Timidi*] Ad religionem spectat istud epithetum: fuere namque olim pietate insignes Syri. Forte autem, ut Scaligeri fuit conjectura, ad Syriam phrenesim alludit Naso. Ex usu quippe piscium timuit ea gens ne sibi venter aut membrum aliud intumesceret.

475 *Proxima*] Adeoque decimo quarto Kalendas Martias, seu decimo sexto Februarii.

Tertia] Decimo tertio Kalend. Mart. erant Quirinalia: quæ quidem multo post Romuli seu Quirini excessum instituta sunt.

478 *Telo*] Quia hasta, quæ Sabinis 'Curis' dicta, atque adeo rebus bello feliciter gestis gloriam et divinitatem nactus Romulus, ideo, inquit Naso, Quirinus forte dictus.

479 *Quirites*] Ut a Quiritibus seu Romanis Quirinus dictus sit Romulus.

480 *Cures*] Plur. numeri tantum; nomen est illius oppidi ubi imperavit Tatius, quocum fœdus hac lege percussum, ut populis duobus junctis, Roma quidem antiquum nomen a Romulo obtineret, Romani vero Quirites a Curibus dicerentur.

481 *Pater*] Mars, scilicet, cujus numen bello præsertim potens.

Nova] Romæ Urbis, a Romulo posita.

, inquit, habet Romana potentia vires;
ninis officio non eget illa mei.
patri natum: quamvis intercidit alter,
e, proque Remo, qui mihi restat, erit.
it, quem tu tolles in cœrula cœli;
ihi dixisti: sint rata dicta Jovis.
annuerat. Nutu tremefactus uterque
olus, et cœli pondera sensit Atlas.
is: antiqui Capream dixere paludem.
tuis illic, Romule, jura dabas.
t, et removent subeuntia nubila cœlum,
avis effusis decidit imber aquis.

r, ait, opes Romanæ sunt auctæ; illis nihil est opus auxilio sanguinis ...tus filium patri; tametsi alter periit, qui mihi superest erit pro se et Unus erit, quem tu assumes in cœruleu cœli, tu mihi dixisti: verba ...rma. Jupiter annuerat: uterque polus contremuit nutu, et Atlas sensit cœli. Est locus; veteres appellaverunt Capream paludem. Forte, Ro... dicebas illic tuis. Sol subduxit se, et nubes coortæ abscondunt cœlum;

...t quatuor alii *Redd. pater, nat.* Mox Jun. Voss. et alius *interc. al...m. ille.*—487 Alii *in*, vel *ad sidera cœl.*—490 *Sensit* ex sex vett. ...et præ vulg. *movit*; multi alii *novit.*—491 Alii *Capreæ* vel *Capræ.* ...d. *dix. paludes.*—492 Maz. Zulich. et Voss. *viris* pro *tuis.*—493 Heins.

NOTÆ

...*uinis*] De Romulo loquitur, ...rtis filium propter laudem ...ecerunt.

...*t*] Quia per se jam Roma

...*de*] Atque adeo cœlo re...que annumera.

...*t*] Qui, novæ Urbis quia ...m irrisisset, fratris Romuli occisus sit vix dubium.

...*erula*] Ex Ennii Annalibus, ...o in Deorum numerum ..., haustum istud testatur Neapolis.

...*a*] Firma. Re compro-

...*us*] Fictos cœli cardines, ... Septemtrionalem atque ...lem, pro cœlo ipso poni jam ...tum.

Atlas] Quem Mauritaniæ regem cœlum cervicibus sustinere non semel repetitum.

491 *Capream*] Fuit hæc palus paulo extra Urbem mare versus.

492 *Jura*] Suo modo credas, per vim magis, quam ut quæque res erat. Namque et ob asperius ingenium discerptum a Senatu vulgo putant: neque dubitandi causam habeo gravem, utcumque turbine abreptum tradat Livius.

493 *Sol*] Hanc Solis eclipsim ad diem 26. Maii anni ante C. natum 713. tabulæ Astronomicæ referunt: vulgoque creditum Romulum et per defectum Solarem conceptum, et per eundem sublatum. Quanquam de priore nihil certi.

Removent] Dicit istud quia obnubi-

Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther.
Fit fuga: Rex patriis astra petebat equis.
Luctus erat, falsæque Patres in crimine cædis.
Hæsissetque animis forsitan illa fides.
Sed Proculus Longa veniebat Julius Alba:
Lunaque fulgebat; nec facis usus erat.
Cum subito motu nubes crepuere sinistræ.
Retulit ille gradus, horrueruntque comæ.
Pulcher, et humano major, trabeaque decorus
Romulus in media visus adesse via:

et pluvia densa decidit aquis effusis. Hinc tonat, hinc cœlum dividitur ignibus nubis. Diffugiunt. Rex ferebatur ad sidera equis patriis. Mœror incesserat; et Patres erant in crimine falsæ necis; atque forte illa opinio mansisset in mentibus. Verum Julius Proculus veniebat Alba Longa; et Luna splendebat, neque opus erat tæda: cum nubes sinistræ strepuerunt motu repentino. Ille repressit pedem; et capilli steterunt. Romulus splendidus et procerior homine, atque ornatus trabea, visus adesse in media

malebat *en remov.* Mox P. *nub. solem;* et duo *cœli.*—495 Maz. et quinque alii *Intonat emissis abr.* unus Pat. *immissis.* Dein V. *erumpitur;* et alii *obrumpitur.*—496 Fr. *pet. aquis.*—497 P. et Thuan. *falsoque.* Sex cum Fr. *falsæque P. in crimina c.*—498 *Illa* ex libris vett. alii *ipsa.*—499 Sic emend. Heins. olim edebatur *Sed procul a,* vel *e longa.*—500 Pet. et Fr. cum aliis multis *Lunaq. surgebat; nec.*—501 Plurimi *sepes* pro *nubes:* nonnulli etiam *sepes tremuere,* vel *sonuere:* alter Maz. *species sonuere.* Quidam inter quos Maz. Zulich. et Aruud. *nub. crevere sin.*—502 *Horruerunt*q. ex Pet. Maz. Ursin. Voss. et de-

NOTÆ

lato aëre non apparet cœlum.

495 *Abrumpitur*] Fulminibus quippe atque coruscationibus scindi cœlum videtur oculis.

496 *Fit fuga*] Neque sine causa. 'Poplifugia' deinde appellarunt illam diem Romani.

Rex] Romulus, scilicet.

Patriis] Martis.

497 *Luctus*] Ob sublatum Romulum.

Falsæ] Oborta tempestas, solisque defectio, consecrationis speciem præbuere, cum e conspectu ablatus Romulus; ut ne interfectum a Senatu quisquam e populo crederet: cui rei mox Julius Proculus fidem fecit. Ceterum discerptum tamen, ut dictum supra, vix ullus dubitaverit qui rei Romanæ notitiam habuerit.

499 *Proculus*] Hunc virum, cetera probum, et Romulo affinitate conjunctum, a patribus subornatum ne dubites: cujus ad rem accommodatissimam orationem pete, si placet, ex Plutarcho aut Livio.

Alba] Quod Latii fuit oppidum, ab Ascanio Æneæ filio conditum.

501 *Sinistræ*] Ad omen alludit, quod ex sinistro fulmine ac tonitru captabant.

502 *Ille*] Proculus, scilicet, tremefactus.

Et dixisse simul, Prohibe lugere Quirites:
Nec violent lacrymis numina nostra suis.
Thura ferant, placentque novum pia turba Quirinum;
Et patrias artes militiamque colant.
Jussit: et in tenues oculis evanuit auras.
Convocat hic populos, jussaque verba refert.
Templa Deo fiunt: collis quoque dictus ab illo:
Et referunt certi sacra paterna dies.
Lux quoque cur eadem Stultorum festa vocetur,
Accipe: parva quidem causa, sed apta subest.
Non habuit tellus doctos antiqua colonos:
Lassabant agiles aspera bella viros.
Plus erat in gladio, quam curvo laudis aratro:
Neglectus domino pauca ferebat ager.

ia, et simul dixisse, Veta Quirites flere: neque lædant numina nostra suis lacry-is. Offerant thura, atque pium agmen placent novum Quirinum: et colant artes atrias et militiam. Imperavit; et evanuit oculis in auras inanes. Hic convocat atres, et memorat voces jussas. Ædes ponuntur Deo: mons etiam appellatus ab lo; et certi dies reponunt sacra paterna. Disce etiam quamobrem eadem dies di-tur festa Stultorum: ratio quidem levis, sed tamen conveniens. Terra vetus non buit incolas eruditos: sæva bella conficiebant viros fortes. Plus erat gloriæ in ie, quam in aratro adunco: ager neglectus reddebat pauca domino. Antiqui ta-

am aliis pro vulg. *horruerantq.*—505 Heins. malebat *dix. viro, Pr.*—506 *Nec* eliores. *Heins.* Alii *ne.*—507 Alii *placantque.*—509 Pro *oculis* Heins. male-at *ocyus;* vel *in tenuem ex oculis ev. auram.*—510 *Patres* pr. Edd. et sex cripti cum Naugeriano et vulgatis: alii *populos* vel *populum.* Mox *usaque* erba unus Mor. unde Heinsius conj. *visaque vera,* vel *certa. Verba facit* tres ibri; Heinsius malebat, *jacit.*—511 Pro *fiunt* Excerpt. D. *faciunt;* unus Pat. *ponunt.*—514 Tres libri *causaq. aperta tamen.* Pro *subest* Voss. et Maz. *dies:* Heins. legit *fide:* Pet. etiam *tamen.*—515 Fr. *doct. tell.* inverso ordine

NOTÆ

506 *Violent*] Lætitiam quippe, non pœrorem, ex consecratione regis sui ncipere debebant Romani: siqui-dem tamen ea non ficta fuisset.

507 *Quirinum*] Eo nomine in cœlis vocari ipsemet indicavit; modo ut istoricorum quoque fabulis aliqua fides.

508 *Patrias*] Justitiam præsertim et militiam, ex Plutarchi sententia. Maro autem Æn. VI. 'Tu regere imperio populos, Romane, memento; Hæ tibi erunt artes; pacisque imponere morem, Parcere subjectis, et debellare superbos.'

511 *Ab illo*] A Curibus tamen Sabinorum, qui illic consederunt, dictum collem testatur Festus, cum prius Agonus appellaretur.

512 *Certi*] Quirinalia ergo stata et annua.

Paterna] Romulo patri dicata.

513 *Eadem*] Qua Quirini festum.

Hunc morem Æneas, pietatis idoneus auctor,
Attulit in terras, juste Latine, tuas.
Ille patris Genio solennia dona ferebat;
Hinc populi ritus edidicere pios.
At quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis
Bella, Parentales deseruere dies.
Non impune fuit: nam dicitur omine ab isto
Roma suburbanis incaluisse rogis.
Vix equidem credo: bustis exisse feruntur,
Et tacitæ questi tempore noctis avi.
Perque vias Urbis, Latiosque ululasse per agros
Deformes animas, vulgus inane, ferunt.
Post ea præteriti tumulis redduntur honores;
Prodigiisque venit funeribusque modus.

positis. Æneas certus auctor pietatis induxit hunc ritum in terras tuas, juste Latine. Ille portabat munera solennia Genio parentis; inde populi perdidicerunt pias cerimonias. At olim, dum gerunt longa bella armis pugnacibus, omiserunt dies Parentales. Non fuit inultum: nam Roma dicitur calefacta rogis suburbanis ab isto omine. Ægre equidem fidem adhibeo: avi questi dicuntur prodiisse sepulcris tempore noctis silentis: atque aiunt, animas turpes, populum tenuem ululasse per vicos Urbis, et per campos Latinos. Post illa honores omissi reponuntur sepulcris;

Burm. conj. *et sua*, vel *pia vota*.—445 Quidam *solenn. verba fer.* unus Heins. *busta*; unde ille conj. *justa*.—446 P. et Excerpt. D. *addidicere*: deinde *pios* plerique scripti cum vulg. Arund. *suos*: Neapolis ex scripto malebat *novos*.—547 Maz. Voss. et Zulich. *legunt* pro *gerunt*: Jun. et Edd. quædam, ut Neapolis *ferunt*: plurimi etiam *pugnantibus arm.*—548 Maz. et duo alii *P. deseruisse di.*—549 Liber Strozzæ *nam fertur crimine ab.*—550 Thuan. *incal. focis.*—551 Maz. *exiss. fatentur.*—552 Maz. *Et tacito q.*—553 *Latiosq.* ex Voss. et tribus Med. restituit Heins. pro vulg. *latosq.* Fr. *latos* omisso *que.*—556 Fr.

NOTÆ

ria intelligenda esse censeo; quod ex Æneidos quinto, atque ab Ænea ipso Anchisæ patri relatis feralibus, verum esse facile demonstravero.

543 *Idoneus*] Quippe pietate super æthera notus.

544 *Latine*] Laurentum rex fuit, cujus filiam Laviniam Æneas duxit uxorem.

545 *Genio*] Manibus patris Anchisæ, cui tanquam Deo sacra instituit.

Solennia] Ne pigeat rem totam ex Æneidos v. repetere.

546 *Hinc*] Ab ipso Ænea.

548 *Parentales*] Quibus, pro parentibus et majoribus extinctis, epulas ad eorum sepulcra ferebant.

Deseruere] Vix aliunde istud sit probandum. Verum de his nugis dubiam cur faciamus Nasonis fidem?

549 *Omine*] Impietate sane nihil magis ominosum.

550 *Suburbanis*] Hi enim ante Urbem excitabantur.

Incaluisse] Atque adeo plurimos ob

tamen hæc fiunt, viduæ cessate puellæ:
›ectet puros pinea tæda dies.
ibi, quæ cupidæ matura videbere matri,
nat virgineas hasta recurva comas.
tuas, Hymenæe, faces, et ab ignibus atris
er: habent alias mœsta sepulcra faces.
oque templorum foribus celentur opertis:
re vacent aræ, stentque sine igne foci.
animæ tenues, et corpora functa sepulcris
int: nunc posito pascitur umbra cibo.

*it portentis et funeribus. Dum tamen hæc geruntur, puellæ viduæ quies-
pinea expectet dies puros. Neque acus curva ornet capillos virgineos tibi,
eris matura matri cupidæ. Hymenæe, repone tuas tædas, et tolle eas ab
bscuris: tristia busta habent alias tædas. Dii etiam condantur januis
n clausis: altaria sint sine thure; et aræ maneant sine igne. Nunc
nanes et corpora sepulta vagantur; nunc Manes pascuntur dapibus admo-*

erat fun. Sa. *Prodigiisq. venis:* A. pr. *suus.*—557 Alii *hæc fient, vid.* pro *viduæ* Jun. et Gottorph. *avidæ.*—558 Plurimi *Expectet;* quinque ; vulg. *Exoptat.*—559 Fr. *Non* pro *Nec.* Dein pr. A. Læti, et duo alii *um mat.*—563 Tres libri *for. celebrentur;* et duo *apertis.*—565 Fr. *nunc*

NOTÆ

a feralia interiisse.
ne] Vanæ atque inanes di-
mbræ, quæ sine corpore.
eteriti] Neglecti aut omissi.
odigiis] Non amplius bustis
it Manes.
us] Non ita frequentes ca-
omani.
e] Sacra feralia.
] De nuptiis nolite cogitare.
ea] Cujusmodi ad nuptias
ibere, aut etiam ex spino,
aritæ foculo accendebant.
pidæ] Scilicet id unum pro-
: matres, ut placeant filiæ
am primum nubant.
] Quæ ætate est nubili.
nat] Atque adeo per dies
placandis Manibus dicatos
onio ne cogitet.
curva] Acum comatoriam
s intelligendam esse, qua crinium compago retinebatur, ne laxius fluerent, aut sparsi dissiparentur, de qua Martialis hoc disticho: 'Unus de toto peccaverat orbe comarum Annulus, inserta non bene fixus acu.'

561 *Tuas*] Quæ lætitiæ sunt, utpote ad nuptias.

Hymenæe] Deum nuptiarum jam sæpe diximus.

Ignibus atris] Tædarum feralium, quæ lugubres; utpote in funebribus, et ad Deos inferos spectantibus.

563 *Celentur*] Ne quid funestum videant; qua re etiam Pontifici, flamini Diali, aliisque qui rem sacram facturi essent, interdictum funesto aspectu res divinas turbare.

564 *Foci*] Deorum altaria.

565 *Corpora functa*] Umbræ defunctorum, qui sepulcro tamen non caruere: namque his qui caruissent cen-

Nec tamen hæc ultra, quam tot de mense supersint
  Luciferi, quot habent carmina nostra pedes.
Hanc, quia justa ferunt, dixere Feralia lucem.
  Ultima placandis Manibus illa dies.
Ecce anus in mediis residens annosa puellis,
  Sacra facit Tacitæ: vix tamen ipsa tacet.
Et digitis tria thura tribus sub limine ponit,
  Qua brevis occultum mus sibi fecit iter.

tis. Neque tamen hæc ultra quam tot dies restent de mense, quot carmina nostra habent pedes. Vocaverunt hanc diem feralia, quia ferunt justa. Illa dies postrema Umbris placandis. Ecce anus provecta ætate stans in mediis puellis refert sacra Tacitæ; ipsa tamen ægre tacet. Atque ponit tria thura tribus digitis sub limine, qua parvus mus paravit sibi callem secretum. Tum nectit licia cantata nigro

pro *et*.—566 Gottorph. *Err. nunc parvo pasc.* et P. *imposito*.—567 Sic Heins. ex melioribus vs. refingit; alii *Nec t. hoc u. quam cum d. m. supersint;* vel etiam *u. cum tot d.* vel ut Fr. *quam quot*.—569 Scaliger corr. *dicunt* pro *dixere*.—570 Thuan. et Hamburg. *Optima plac*.—571 Gottorph. *resid. animosa*, unde Heins. conj. *vinosa*, vel *pannosa*.—573 V. et post. Ed. Aldin. *thur. simul sub*. Voss.

NOTÆ

tum errare annos necesse; neque ad hæc sacra, utcumque horrenda, et ab impuro spiritu conficta, admittebantur.

566 *Pascitur*] Scilicet ad epulas venient qui carent corpore.

567 *Hæc*] De erroribus Umbrarum loquitur.

Quam tot] Conjectura opus est hoc in loco, quam ex illustriss. Neapoli peto. Suspicatus est 12. Kalendas Mart. ultimum fuisse diem quo feralibus sacris incumbendum esset, quibus quidem aliquot ante diebus vacare liceret. Atque ita undecim dies remanebunt e mense; ipso tamen feralium die comprehenso.

568 *Quot habent*] Siquidem non errant Umbræ ultra quam deinde tot dies supersint ex mense Februario, quot pedes carmina ista habent, undecim certe superesse necesse est; tot enim constant pedibus Hexameter et Pentameter: atque adeo quamquam a veteribus Kalendariis aberret Naso, non potuerint ipsius feralia ultra 12. Kalendas Martias proferri.

569 *Hanc*] Duodecimam dicit Kalendas Mart. seu Februarii decimum octavum diem, ut numeramus nos, quo feralia absolvebantur.

Justa] Eo nomine sacra appellabantur, quæ Diis Manibus persolvebantur: in quibus solenne aliquid offerre, et ex præcedentibus apparet.

570 *Illa*] Februarii mensis decima octava, scilicet, quam ultimam Manibus placandis dicit esse.

571 *Anus*] Per dies ferales Tacitæ Deæ, quæ et Muta, et Lara, et Mania dicta, nescio quid magicum, ad compescendas detrahentium linguas, parabant; quod deinceps, modo ne rideas, aut fleas, a Nasone audies.

572 *Vix*] Taceat vetula! Prunam citius ore retinuerit.

573 *Tria thura*] Tria thuris grana.

Tum cantata ligat cum fusco licia rhombo,
  Et septem nigras versat in ore fabas.
Quodque pice astrinxit, quod acu trajecit aëna,
  Obsutum mænæ torret in igne caput:
Vina quoque instillat. Vini, quodcumque relictum est,
  Aut ipsa, aut comites, plus tamen ipsa, bibit.
Hostiles linguas inimicaque vinximus ora,
  Dicit discedens, ebriaque exit anus.

rhombo; et agitat septem fabas atras in ore. Atque torret in igne caput mænæ consutum, quod compegit pice, quod transfixit acu ænea. Infundit etiam vina: vel ipsa, vel comitea, ipsa tamen plus bibit vini, quodcumque est residuum. Abiens dicit, ligavimus linguas inimicas, et constrinximus ora infensa; atque vino oppressa

etiam et Strozzæ *sub limina.*—575 Olim edebatur *Tum cant. tenet cum fusco l. plumbo.* Ex sex vett. et decem aliis Heins. rescribit *ligat:* deinde amplectitur quod in Pal. Cod. et uno Pat. pro var. lect. erat notatum, *rhombo* pro *plumbo;* nam in multis vett. erat *bombo*, vel *bumbo:* sed vid. Not. Var. Præterea duo libri habent *cum fuso...plumbo;* Voss. *consuto...limbo;* tres *confuso...bombo:* Francius volebat *Thusco.*—577 Nonnulli *pic. astringit;* alii etiam *transfixit;* opt. A. *transfigit.* Quidam etiam *acu t. acuta.*—578 *Mænæ* est ex Heins. corr. vulg. *menta.* Naugerianus et Ursini *Obtusum mentæ:* Pet. et unus P. *Obsutum mentæ:* Zulich. *Obsutum menæ;* ut et Maz. a pr. man. Vid. Not. Var.—579 Quinque Codd. *quoq. instillunt: vin.* Mox *est* duobus libris deest: et Heins. olim volebat *quocumq. relicti.*—581 Quidam Codd. *inimicaq. vicimus or.* Fr. *veximus*, et *vinximus* pro var. lect. alii *junximus.*—

NOTÆ

575 Cantata] Incantata.

Licia] Limbos intellige, quibus utrimque stamina ligantur; quorum quidem usus multus in veneficiis, ad nodos ligandas, non secus ac illis implicatur stamen.

Rhombo] Trochus fuit seu turbo, aut simile aliquod instrumentum, quo veneficæ præsertim ad incantationes utebantur. Hinc Propertii, 'magico torti sub carmine rhombi;' et Lucani, 'torti magica vertigine rhombi.'

577 Pice astrinxit] Ne quam vocem proferat, scilicet, muti piscis caput.

Aëna] Ex ære, ritu solenni.

578 Mænæ] Pisciculus est marinus non magni pretii; quem ut appositissime, non sine magno conatu tamen, et multa eruditione, ex Manuscriptis quibusdam et veterum monumentis huc retraxit clariss. Heinsius. Maniæ vero Deæ, ob nominis cognationem, quod in aliis Diis obtinuit, docente Athenæo, deinde et Mutæ, mæna mutus piscis, isque insigniter obsutus, mire dedicatus fuit: neque aliter scripsisse velim Nasonem nostrum.

580 *Plus tamen*] Atque adeo non temere paulo ante pro *annosa, vinosa* reponendum suadebat idem Heinsius.

581 *Vinximus*] Proprie ex arte magica, pro, ligavimus. Ceterum adversus maledicos aliud incantamentum, quam recti consciam mentem ne quæsieris; nisi forte insuper famæ mendacia ridere multo usu certisque purioris Philosophiæ documentis obfirmato animo didiceris.

582 *Ebria*] Quæque adeo pulchre

Forsitan a nobis, quæ sit Dea Muta, requiras.
  Disce, per antiquos quæ mihi nota senes.
Jupiter indomito Juturnæ captus amore
  Multa tulit, tanto non patienda Deo.
Illa modo in sylvis inter coryleta latebat:
  Nunc in cognatas desiliebat aquas.
Convocat hic Nymphas, Latium, quotcumque tenebas:
  Et jacit in medio talia verba choro:
Invidet ipsa sibi, vitatque, quod expedit illi,
  Vestra soror summo jungere membra Deo.
Consulite ambobus: nam quæ mea magna voluptas,
  Utilitas vestræ magna sororis erit.
Vos illi in prima fugienti obsistite ripa,
  Ne sua fluminea corpora mergat aqua.

prodit. Forte petas a nobis, quæ sit Dea Muta. Accipe quæ mihi perspecta per senes avitos. Jupiter correptus amore sævo Juturnæ toleravit multa non toleranda Deo. Illa nunc latitabat in sylvis inter coryleta; nunc se dabat in aquas consanguineas. Hic convocat Nymphas, quotcumque habebas, Latium; et mittit tales voces in medium cœtum: Vestra soror ipsa sibi nocet, et refugit quod illi prodest, miscere artus cum supremo Deo. Prospicite utrique; nam quæ mea magna voluptas, erit ingens compendium vestræ sororis. Vos occurrite illi fugienti in ultima

583 *Forsitan...requiras* ex duobus vett. reponit Heins. vulg. *Protinus...requires.*—585 *Indomito J. captus* Heins. dedit ex libris melioribus pro vulg. *immodico J. victus:* quidam etiam *vinctus.*—587 Scribitur etiam *coruleta.* '*Latebat* rectius Voss. et tres alii.' *Heins.* Alii *jacebat.*—589 Ex Med. Heins. recepit *quotcumque tenebas:* vulg. *quæcumque tenebat:* Fr. *quæcumque tenebant.*—590 Pro *jacit* Heins. malebat *jacit.*—592 In plurimis Edd. *summ. concubuisse D.* R. *procubuisse;* sed, teste Heins. meliores magno numero cum pr. Ed. *jungere membra.* Tum Cod. Læti *Jovi* pro *Deo.*—593 *Nam quæ est* meliores plerique: placet: *Nam quod* cum uno Med. Gottorph. *quoniam.* Heins. Fr. *namque...voluntas* (*voluntas* a manu secunda; *voluptas* fuerat a manu prima, quod correctum.)—594 *Vestr. prima sor.* Excerpt. D. Arund. Voss. prim. V. et sex alii: non male, nisi vox illa sequeretur. forte iterum *prima* vox a librario expulsa fuit. *Burm.*—595 *In* deest Strozzæ.—596 Duo

NOTÆ

et sapienter sacrum absolvit.

585 *Juturnæ*] Quæ nympha Turni illius Virgiliano carmine notissimi regis soror fuit.

587 *Coryleta*] Corylis loca consita; cujus arboris fructum avellanas dicimus.

588 *Cognatas*] Non tam quia Venilia Nympha mater, et ex Deorum gente ab avo aut proavo Pilumno Jove sato, quam quod in Latino agro fons quidam Juturnæ nomine, qui Poëtis fabulandi occasionem dedit.

589 *Hic*] Jupiter, scil. qui quam sit in hac nympharum turba ridiculus Deus vix quisquam dixerit.

591 *Ipsa*] Juturna, scil.

593 *Ambobus*] Juturnæ, scil. atque

at: annuerunt omnes Tiberinides udæ,
æque colunt thalamos, Ilia diva, tuos.
fuit Nais, Lara nomine: prima sed illi
:ta bis antiquum syllaba nomen erat,
tio positum. Sæpe illi dixerat Almo,
ta, tene linguam: nec tamen illa tenet.
simul ac tetigit Juturnæ stagna sororis,
ıge, ait, ripas: dicta refertque Jovis.
tiam Junonem adiit: miserataque nuptam,
ida Juturnam vir tuus, inquit, amat.
:r intumuit: quaque est non usa modeste,
puit linguam: Mercuriumque vocat:

tingat suos artus aqua fluminea. Absolverat: omnes Tiberinides madidæ, requentant thalamos tuos, Ilia, assenserunt. Forte fuit Nais nomine Lara; rima syllaba bis prolata erat illi nomen vetus impositum ex pravitate. Almo æpe illi, filia reprime linguam; neque tamen illa compescit. Quæ statim rvenit ad latices Juturnæ sororis, Vita, inquit, ripas; atque narrat verba Illa quoque accensit ad Junonem, et dolens vices maritæ, ait, Maritus tuus more Juturnæ Naidis. Jupiter incensus est ira, atque sustulit linguam est usa parce, atque Mercurio imperat, Ducito istam ad Inferos; ille locus

---

p. *mandet aq.* Puto, *fluminea corpora mandet aquæ.* Attius Philoctete ceronem lib. II. Tuscul. 'Heu quis salsis fluctibu' mandet Me ex vertice saxi?' *Heins.*—597 *Annuerunt* cum Naugeriano et uno Med. nonet legendum pro vulg. *annuerant.* Dein olim legebatur *Nymphæ des omnes;* Heins. emend. *omnes T. udæ:* nam in plerisque scriptis *undæ;* et in duobus *Nymphæ Tiberinidos undæ.*—598 Heins. malebat a.—599 Tres libri *fuit Nymphe L. V. Nympha.* Dein *Lara* ex Maz. lch. Læti, aliisque opt. Codd. vulg. edebatur *Lar.*—601 *Ex* conj. s; vulg. *et.* Quidam scribebant *positum est.* Alii etiam *Almon.*— m *J. tecta sor.*—605 Læti Cod. *Ill. eadem J.* Deinde vulg. editum g. *nuptas:* at '*nuptam* rectius nonnulli: alii *nymphæ*, vel *nympham.*' Præterea Strozzæ lib. *miserata maritas.*—606 Fr. *Naiada.*—607 Pro *non* nallet *minus.*—608. 609 *Monet* Ursini, Voss. Zulich. Maz. et quatuor

NOTÆ

Tiberinides] Tiberini fluvii P.

halamos] Anienem intellige, undas se præcipitem dedit ne excepta fuit, et pro uxore eamque ea fuit Poëtæ nostri a Amorum III. 6.

lais] Fluvialis nympha.

sed] Lala adeoque dicebaræco λαλέω *loquor.*

601 *Vitio*] Loquacitate, scil. et garrulitate.

Almo] Qui fluvius ad Urbem in Tiberim defluens garrulæ nymphæ pater fuit.

604 *Ripas*] Quia dixerat Jupiter; 'Vos illi in prima fugienti obsistite ripa.'

605 *Nuptam*] Junonem, scil. cui pellicem Jupiter adornabat.

606 *Naida*] Nymphan fluvialem.

Duc, ait, ad Manes: locus ille silentibus aptus.
Nympha, sed infernæ Nympha paludis, erit.
Jussa Jovis fiunt: accepit lucus euntes.
Dicitur illa duci tum placuisse Deo.
Vim parat hic: vultu pro verbis illa precatur;
Et frustra muto nititur ore loqui.
Fitque gravis, geminosque parit, qui compita servant,
Et vigilant nostra semper in urbe, Lares.
Proxima cognati dixere Caristia cari,
Et venit ad socias turba propinqua dapes.
Scilicet a tumulis, et, qui periere, propinquis,
Protinus ad vivos ora referre juvat:

est idoneus tacentibus. Erit Nympha, sed Nympha paludis Stygiæ. Mandata Jovis observantur. Lucus recepit proficiscentes. Illa dicitur tum placuisse Deo duci. Hic vim facit: illa ornat nutu pro voce; et nequicquam contendit fari ore muto. Atque sit gravida, et emittit Lares gemellos, qui assident triviis, et vigilant semper in nostra Urbe.——Cari cognati dederunt nomen proximis Caristiis, atque agmen cognatum accedit ad epulas amicas. Nimirum gratum est continuo redire ad superstites a

alii, [pro *vocat*;] rectius: et pro *Eripit huic, Eripuit* iidem. Forte, *Mercuriumq. monet, Ducat ut ad M.* vel etiam, cum libri proximo Pentametro nonnulli habeant, *Nympham hæc infern.* legi possit, *Duc hanc ad M.* (*i. i. s. aptus*) *Nympham, ait: infern.* Heins. Versus ille scaberrimus; cui nos auctoritate codicis Fr. integritatem restituimus, legendo, in præcedenti *vocat*, et dein, *Duc, ait, ad M.* Burm.—611 Alii *acc. luctus eunt.*—612 Fr. *duc. tunc plac.* Be. etiam *complacuisse suo:* plurimi quoque alii *suo* pro *Deo.*—613 Sic ex Cod. Neapolis: vulg. *V. parat: hunc vult.* Gottorph. *huic;* unus *hinc.*—616 Scripti quidam et editi *in æde L.*—618 Olim edebatur *ad socios t. p. Deos;* et pro *Deos* in uno *patres*, in alio *cibos:* unde Heins. conj. *dapes*, scil. *socias...dapes*, quod unus Med. postea confirmavit.—619 V. *Sed* pro *et.* Excerpt. Voss. et

NOTÆ

Sed nota quam multa paucis aperiat garrula.

607 *Intumuit*] Bile scil. ex Laræ indicio.

610 *Paludis*] Stygis.

613 *Vultu*] Qui quidem non levis animi index.

614 *Frustra*] Quia neque loquitur, neque Mercurius flectitur.

615 *Gravis*] Ex Mercurio facta est gravida.

Compita] Trivia; in quibus etiam publice Lares colebantur; ut postea videbimus.

617 *Proxima*] Quæ omisit vetus Romanum, Constantini magni Kalendarium ad 8. Kalend. Mart. assignat. Dies vero ille totus dicatus conviviis: unde et dictus 'festum epularum.'

Caristia] Ἀπὸ τῆς Χάριτος, a *Gratia*, dicta *Caristia*, quia ut Valer. Max. tradit, illis conviviis præter cognatos et affines nemo interponebatur; ut, si quæ inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensæ, et inter hilaritatem animorum, fautoribus Concordiæ adhibitis, tolleretur.

Postque tot amissos, quicquid de sanguine restat,
Aspicere; et generis dinumerare gradus.
Innocui veniant: procul hinc, procul impius esto
Frater, et in partus mater acerba suos:
Cui pater est vivax, qui matris digerit annos,
Quæ premit invisam socrus iniqua nurum.
Tantalidæ fratres absint, et Iasonis uxor,
Et quæ ruricolis semina tosta dedit:
Et Soror, et Procne, Tereusque duabus iniquus:
Et quicumque suas per scelus auget opes.

sepulcris, et cognatis qui sunt mortui, atque videre quicquid superest de genere post tot ereptos, et recensere gradus consanguinitatis. Insontes accedant: Procul hinc, procul esto frater impius, et mater æva in liberos suos; cui pater est vivax, qui inquirit in annos matris, quæ socrus acerba urget nurum invisam. Fratres Tantalidæ, et conjux Jasonis sit procul, itemque ea quæ præbuit semina tosta agricolis: et Procne cum sorore, et Tereus infestus utrique, et quisquis cumulat suas divitias

---

novem Codd. *per. propinqui*; et unus Mor. *propinquos*.—624 Pro *suos*, Hamburg. *tuos*, quod et Heins. præfert.—625 Gottorpii. *viv. cui mater degerit ann.* Voss. Excerpt. etiam *degerit*: Pet. *dirigit*.—627 Fr. *Tantalides*.—631 *Bonis*

NOTÆ

618 *Turba propinqua*] Cognati et affines.

619 *Tumulis*] Ad quos feralibus diebus accesserant.

621 *Sanguine*] De eadem cognatione.

622 *Gradus*] Sunt enim inter se cognati alii aliis propinquiores, superiores, aut inferiores.

623 *Procul*] Verba hæc sunt, quæ si impios a Caristiis nostris arcere possent.

624 *Partus*] Filios: quos male perdere non dubitet, ut Medea.

625 *Cui*] Quique adeo patris mortem optat.

Digerit] Recenset, ut quam sit brevi moritura intelligat.

626 *Quæ premit*] Istæ vero in proverbium ablerunt, quasi nurus diligere non possint.

627 *Tantalidæ*] Tantalidis Atreo atque Thyesti Tantali nepotibus similes: quorum quidem odia et nefaria facta non semel vidimus.

Iasonis] Medea; quæ patrem prodidit, fratrem laceravit, filios ex Jasone marito necavit, veneficiis suis orbem replevit.

628 *Quæ ruricolis*] Ino est, Phryxi et Helles noverca, quæ agricolis adusta semina dabat, ut cum minus nascerentur divinitus immissam annonæ caritatem crederent; mox ad sacerdotes et augures irent, qui corrupti Phryxum atque Hellen mactandos pro expiatione dicerent, &c. de quibus fusius in seqnentibus.

629 *Soror*] Philomela, cujus et Procnes Tereique fabulam habes in Metam.

Duabus] Philomelæ, scilicet, et Procnæ.

Dis generis date thura bonis. Concordia fertur
Illo præcipue mitis adesse die.
Et libate dapes: ut grati pignus honoris
Nutriat incinctos missa patella Lares.
Jamque ubi suadebit placidos nox ultima somnos,
Parca precaturæ sumite vina manus.
Et, Bene nos, Patriæ, bene te, Pater, optime Cæsar,
Dicite suffuso, per sacra verba, mero.

per flagitium. Probi offerte thura Diis gentis. Concordia dicitur adesse lenis præsertim illo die. Atque libate epulas, ut patella missa pignus grati honoris alat Lares succinctos. Cumque jam nox extrema suadebit lenes somnos, manus precaturæ capite paulum meri: atque dicite, Bene vos, bene te, Cæsar optime, Pater

ex multis scriptis recepit Heins. pro vulg. *boni*.—632 Scripti et editi plurimi *Illa præcip.* Mox Pet. *adess. jubet*.—633 Fr. *in* pro *ut*. Voss. Fr. Arund. Ursin. Pet. Zulich. et multi alii opt. notæ dant *honoris*; vulg. *amoris*.—634 Olim legebatur *N. intinctos m. p. cibos.* 'Ceterum pro *intinctos...cibos*, quod Latinum non est, Hamburg. *inventos cibos*; Arund. *intactos cibos*; undecim alii *immissos cibos*; quinque *incinctos cibos*: Voss. *intinctos Lares*, quomodo Zulich. et Maz. a pr. man. cujus scripturæ fugitiva etiamnum vestigia apparebant. Lege nulla fere mutatione et conjectura indubitata *incinctos...Lares*.' Heins.—635 Multi *nox humida somn.*—636 Sic corr. Heins. vulg. edebatur *Larga precaturi s. v. manu*: Maz. et Voss. pro var. lect. dedit *Parca*: Dein duo Codd. *precatura...manu*; et unus Med. *manus*: unde emendatio Heinsii. Fr. exhibet *Larga precaturi s. thura manu*.—637 Quidam scripti et editi *vos* pro *nos*. Deinde edebatur *bene, tu Patriæ P.* sed meliores omnes, teste Heins. *te* pro *tu*.—638 *Post sacra verba* quidam veteres: *sint*

NOTÆ

631 *Dis generis*] Ejusdem cognationis, Laribus, et Diis domesticis.

632 *Illo*] Quo Caristia celebrantur.

633 *Libate dapes*] Diis, scil.

634 *Incinctos*] Incincti nempe seu succincti in marmoribus et signis æneis antiquis exprimuntur Lares.

Missa] Vox est convivialis; unde 'missus' pro cibo, et 'missæ pullo fruges' apud Livium in auguralis sacri descriptione.

Patella] Festus speciali quadam significatione patellas dicit esse vasa parva picata, sacris faciendis apta. Ab iis vero Lares 'patellarii' dicti, quia non e potu modo in focum, qui Larium sedes, aliquid defundebatur, sed e cibis quoque in patella aliquid in focum deferebatur.

635 *Ultima*] In multam noctem quippe, immo et primam lucem quandoque, apud veteres convivia protrahebantur.

636 *Parca*] Ad libationem, quæ parco mero, in focum aut mensam effuso, fiebat.

637 *Nos*] Lege *vos*, et Lares intellige, inter quos medius Augustus in compitis etiam dicatus.

Patriæ] Augusto enim in conviviis, non publicis tantum sed et privatis, ex Senatusconsulto omnes libare tenebantur; ut ex Dione liquet. Hinc Horat. Carm. IV. 5. ad eundem: 'Condit quisque diem collibus in suis, Et

Nox ubi transierit, solito celebretur honore,
  Separat indicio qui Deus arva suo.
Termine, sive lapis, sive es defossus in agro
  Stipes ab antiquis, sic quoque numen habes.
Te duo diversa domini pro parte coronant;
  Binaque serta tibi, binaque liba ferunt.
Ara fit: huc ignem curto fert rustica testu
  Sumtum de tepidis ipsa colona focis.
Ligna senex minuit, concisaque construit alte,
  Et solida ramos figere pugnat humo.

Patriæ, voces sint firmæ mero sparso.——Postquam nox præterierit, Deus qui dividit agros sua nota honoretur solenni honore. Termine, seu saxum, seu es truncus immissus in arvum, habes etiam sic numen a veteribus. Duo domini pro duabus partibus rediminnt te sertis, et offerunt tibi duas coronas, et duo liba. Ponitur altera: colona ipsa agrestis huc portat parva testa ignem petitum ex focis calidis. Senex scindit ligna, et exstruit alte confracta, atque contendit defodere sudes in solo duro.

bona verba Maz. Voss. Læti, pr. A. atque alii nonnulli. In Zulich. Hamburg. et Gottorph. *sint sacra.* Pet. Arund. Ursin. et plurimi alii, *in sacr*, hiante versu. Lege, *sint rata verba*, vel, *ter rata verba*, aut *ter bona verba.* ut Tibull. Eleg. II. 2. ' Dicamus bona verba.' *Heins.* Si quid mutandum, Burm. mallet *per sua*, vel *per bona verba.*—641 Mor. *in agris.*—642 Ex Gottorph. et tribus aliis Heins. recepit *sic* pro vulg. *tu.* Meliores etiam, teste Heins. *numen;* ceteri *nomen.* Burm. putat distinctione juvandum locum—*ab antiquis: sic, &c.*—643 Fr. *Te diversa duo dom. de part.* alii etiam *de part.*—644 *Liba* Heins. rescripsit ex Ursin. Voss. Arund. Zulich. Maz. Nauger. et multis aliis pro vulg. *dona.*—645 Pro *huc* alii *hic*, vel *hac*, vel *huic.* Dein *curto... testu* est in optimis scriptis; vulgo tamen *curta...testa:* in aliis *curto...teste* vel *texto*, vel *tecto* pro *testo:* in Fr. *curva...testa.*—647 Unus Pat. ex opt. *concisaq. destruit alt.* Plerumque etiam scribitur *alto:* in quibusdam *arte*, vel *apte.* Heins. conj. *concisa superstruit aræ;* nam alter Pet. *aræ.*—648 Pr. Ve-

NOTÆ

vitem viduas ducit ad arbores: Hinc ad vina redit lætus, et alteris Te mensis adhibet Deum. Te multa prece, te prosequitur mero, Defuso pateris, et Laribus tuum Miscet numen, uti Græcia Castoris Et magni memor Herculis.'

639 *Nox ubi*] Septimo adeoque Kalend. Mart. quanquam aliter in quibusdam Kalendariis.

640 *Qui Deus*] Terminum dicit, in cujus tutela agri fines, cuique terminalis sacra in Latio a Numa instituta.

642 *Antiquis*] Græcis, scilicet, qui τέρμονας dixerunt, quos Latini *terminos.*

643 *Diversa*] Quia enim Deorum agros dividunt Termini, a duobus seu diversis partibus fiebat sacrificium, atque illud quidem privatum.

645 *Curto*] Utpote pauperis, qui fictilem neque integram patellam habeat.

Testu] Antique, pro testa aut testo.

648 *Solida*] Dura.

Ramos] Stipites.

Figere] Ad coërcendam lignorum struem.

Dum sicco primas irritat cortice flammas;
  Stat puer, et manibus lata canistra tenet.
Inde, ubi ter fruges medios immisit in ignes,
  Porrigit incisos filia parva favos.
Vina tenent alii: libantur singula flammis.
  Spectant, et linguis candida turba favent.
Spargitur et cæsa communis Terminus agna:
  Nec queritur, lactens cum sibi porca datur.
Conveniunt, celebrantque dapes vicinia simplex;
  Et cantant laudes, Termine sancte, tuas.
Tu populos, urbesque, et regna ingentia finis:
  Omnis erit sine te litigiosus ager.

Dum excitat primas flammas cortice arido, puer consistit, et tenet amplas corbes manibus. Tum, postquam ter injecit farra in medios focos, parva filia offert favos divisos. Alii tenent vinum: singula libantur igne. Cætus candidus spectant, et favent linguis. Terminus communis tingitur etiam sanguine agni mactati: neque queritur, cum sus lactens sibi offertur. Vicinia simplex congrediuntur, et frequentant epulas; et canunt laudes tuas, sancte Termine. Tu limites ponis populis, et urbibus, et magnis regnis: omne arvum esset jurgiis obnoxium

neta et undecim scripti *tentat* pro *pugnat*.—649 Ex V. Heins. reposuit *Dum* pro vulg. *Tum*; Fr. *Tunc*. Deinde alii *pr. invitat cort*.—650 Fr. in voc. *lata* habet *alta* pro var. lect.—652 Quidam pro *Porrigit* putant *Porricit* legendum. Tum unus *incussos fil.* alius *infusos*.—653 Læti Cod. et alii *V. parant al.*—654 Octo libri *Spectat, et in ling.* et quidam *lignis*. Mox *cetera turb.* pr. A. et Læti. Heins. conj. *Spectat, et clinguis candida t. favet*.—655 Fr. cum multis aliis *cæso... agno*.—656 Alii *lactans* scribunt.—657 Ex vett. Heins. profert *simplex*; vulg. *sp-*

NOTÆ

649 *Sicco*] Facilius quippe ignem concipiunt quæ arida sunt.

650 *Canistra*] Corbem dicit, in qua quæ ad sacrificium necessaria.

653 *Libantur*] De singulis pars aliqua in ignem mittebatur.

654 *Linguis*] Aut silebant, aut bona verba et ad rem divinam spectantia, uti opus erat, ex ritu dicebant.

Candida] Vel quia pia, vel quia in candidis vestibus.

655 *Spargitur*] Ab omni tamen cæde ac sanguine incontaminatum conservari oportere Terminum pacis et amicitiæ custodem Numa vir justus ac civilis statuerat, si Plutarcho credimus. Ubi jam illa lex? Distinguas necesse est tempora; nisi Nasonem nostrum atque Horatium movis illi litem movere.

Communis] Scilicet communis Terminus qui duorum agros dividit.

Agna] Aut certe ejus sanguine.

656 *Queritur*] Termino Deo grata etiam porca.

Datur] Immolatur.

657 *Celebrant*] Ad epulas frequentes accedunt.

659 *Finis*] Disterminas, Dividis.

660 *Litigiosus*] Quia alter in alterius partem ultra quam jus esset manus inferret, aut certe conaretur.

Nulla tibi ambitio est: nullo corrumperis auro.
Legitima servas credita rura fide.
Si tu signasses olim Thyreatida terram,
Corpora non leto missa trecenta forent:
Nec foret Othryades congestis tectus in armis.
O quantum patriæ sanguinis ille dedit!
Quid, nova cum fierent Capitolia? nempe Deorum
Cuncta Jovi cessit turba, locumque dedit.
Terminus (ut veteres memorant) conventus in æde
Restitit: et magno cum Jove templa tenet.

sine te. Nulla est tibi ambitio; nullo auro dimoveris a vero. Custodis agros commissæ fide intemerata. Si tu olim distinxisses terram Thyreatida, trecenta corpora non essent data neci: neque Othryades esset celatus in armis cumulatis. O quantum ille dedit sanguinis Patriæ! Quid, cum nova Capitolia ponerentur? Nimirum omnis turba Deorum cessit Jovi, et præbuit locum. Terminus consultus, ut antiqui narrant, restitit in templo; atque habet ædem cum magno Jove. Nunc etiam, ne quid

---

plus.—659 Sa. *ingent. signas:* alius *signat.*—662 Unus *serv. condita rur.* duo *credita jura fid.*—663 Alii scribunt *Thyreida:* Fr. *Triaterida.*—665 Plurimi *O. conjectis tect.* duo *contextis.*—666 P. *patris* pro *patriæ.*—669 *Conventus* ex Maz. Voss. et tribus aliis; vulg. *inventus:* Burm. conj. *tunc lentus.*—670 Gottorph. *temp. te-*

NOTÆ

662 *Servas*] Ne a quoquam ex eo quod cujusquo est detrahatur.

663 *Thyreatida*] Fuerunt Thyreæ seu Thyrea oppidum ad Argivi et Lacedæmonii agri confinia; a quo terra Thyreatis dicta, cujus causa bellum Argivos inter et Lacedæmonios ortum.

664 *Trecenta*] Utrimque enim tam ab Argivorum quam Lacedæmoniorum parte, trecenti communi consensu ea lege certaverunt, ut utrius urbis trecenti victores fuissent, illius victoria censeretur. Atque ex sexcentis tres tantum superfuere; duo quidem Argivi, unicus Spartanus; qui tamen posterior dolo victoriæ testimonia in castra sua retulit. Quam rem prolixe narrat Herodotus.

665 *Othryades*] Hic Spartanus ille fuit, qui solus superstes, postquam duo Argivi velut victores se in patriam recepissent, spoliatis Argivorum cadaveribus, arma hostilia, quasi victoriæ testimonia, in castra sua retulit.

666 *Patriæ dedit*] Ad illud alludit, ni fallor, quod dolo suo novi certaminis causa fuit; siquidem postquam uterque populus in medium prodiit, Argivis, qui plures superfuissent, Lacedæmonii, quia Othryades non fugisset, et ex hostibus spolia reportasset, concedere noluerint. Ex ea enim contentione inito prælio Lacedæmonii victores discesserunt.

667 *Capitolia*] Templum Jovi in colle Capitolino, quod a Tarquinio Prisco inceptum ex voto, sed a nepote Superbo absolutum.

668 *Cessit*] Dii ceteri Geniique qui in Capitolino monte aras habebant, transferri in alia loca permiserunt, ut Jovi cederent, Termino et Juventa exceptis, qui, ut æterni imperii omen facerent, restiterunt.

Nunc quoque, se supra ne quid nisi sidera cernat,
  Exiguum templi tecta foramen habent.
Termine, post illud levitas tibi libera non est.
  Qua positus fueris in statione, mane.
Nec tu vicino quicquam concede roganti;
  Ne videare hominem præposuisse Jovi.
Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rastris;
  Clamato, Meus est hic ager, ille tuus.
Est via, quæ populum Laurentes ducit in agros,
  Quondam Dardanio regna petita duci.
Illac lanigeri pecoris tibi, Termine, fibris
  Sacra videt fieri sextus ab Urbe lapis.

videat supra nisi astra, tecta templi habent parvum foramen. Termine, post illud factum, levitas non est tibi concessa. Sta in loco, quo fueris constitutus. Neque tu indulge quicquam vicino petenti; ne videaris pluris fecisse hominem quam Jovem. Et sive tangeris vomeribus, seu rastris, vociferator, Hoc arvum est meum, illud tuum. Est via, quæ ducit populum in campos Laurentes, regna quæsita olim a rege Dardanio. Sextus lapis ab Urbe spectat sacra tibi referri in illa via *extis pecoris lanigeri, Termine.*

nent.—674 Plurimi scripti *fueras...manes.*—678 Sic Gottorph. et unus Med. at vulg. *Clamat. tuus e.h.a. i. tuus.* alii plurimi *tuus...suus;* vel *suus...tuus:* Heins. mallet *Meus est, est a. i. meus.*—679 Mor. et quatuor alii *quæ populos L.*—680 Fr. cum Be. et aliis *terra* pro *regna.* Dein duo *petita;* et unus *petenda.*—681 Heins. recepit *Illac* ex Arund. multi vett. cum editis *Illa,* et nonnulli *Illic.*—

NOTÆ

669 *Conventus*] Augures enim de unaquaque ara consulendos Deos statuerunt, an se moveri loco concederent.

672 *Foramen*] 'In Capitolio,' inquit Servius, 'superna pars tecti patet, quæ lapidem ipsum Termini spectat: nam Termino non nisi sub divo sacrificabatur.' Neque huic soli, sed numini cuivis, in loco fulgurito cui ara erecta esset, sine tegmine veteres faciebant.

673 *Illud*] Quod, scil. Jovi ipsi noluit cedere.

674 *Manes*] Si quis adeoque Terminum aut occuluisset aut transtulisset lege sacer erat; ut quivis eum impune tanquam sacrilegum posset occidere.

676 *Jovi*] Cui cedere noluit, uti dictum.

679 *Est via*] De sacris privatis, quæ Termino Deo fiebant, hactenus Poëta; nunc ad publica pergit.

Quæ populum] Laurentina dicta est, inter Hostiensem et Appiam.

Laurentes] Hoc est qui ad Laurentum Latii oppidum, non procul a Lavinio, spectabant.

680 *Dardanio*] Æneæ, scil. qui Latini regis, Laurenti imperium tenentis, filiam Laviniam duxit uxorem; ibidemque deinde regnavit.

681 *Fibris*] Extis. Visceribus.

682 *Sextus*] Qui olim agri Romani finis.

Lapis] Pro milliario. Millia enim passuum olim lapidibus signabantur.

Gentibus est aliis tellus data limite certo;
Romanæ spatium est Urbis et orbis idem.
Nunc dicenda mihi Regis fuga. Traxit ab illa
Sextus ab extremo nomina mense dies.
Ultima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna: vir injustus, fortis ad arma tamen.
Ceperat hic alias, alias everterat urbes;
Et Gabios turpi fecerat arte suos.
Namque trium minimus, proles manifesta Superbi,
In medios hostes nocte silente venit.
Nudarant gladios: Occidite, dixit, inermem.
Hoc cupiant fratres, Tarquiniusque pater,
Qui mea crudeli laceravit verbere terga.
(Dicere ut hoc posset, verbera passus erat.)

Terra data est aliis nationibus limite certo: idem est spatium Urbis Romanæ et Orbis.——Nunc Regifugium est referendum a me. Dies Sextus a mense extremo deduxit nomina ab illo. Tarquinius vir iniquus, sed tamen strenuus ad arma, tenebat novissima regna gentis Romanæ. Hic ceperat alias urbes, alias diruerat; et fecerat Gabios suos pudendo dolo. Namque minimus trium, filius manifestus Superbi, profectus est in medios hostes nocte tacita. Strinxerant gladios: Interficite, inquit, inermem: fratres istud vovcant, atque genitor Tarquinius, qui distrinxit suum dorsum sævo verbere. Passus erat verbera, ut posset istud dicere. Luna

---

682 P. *Sacr. jubet fier.* Voss. et tres alii cum pr. Ed. *vides.*—683 Arund. Maz. a man. pr. *tell. in lim.*—685 Alii *Nunc mih. dicenda est R.*—686 Pro *extremo* Fr. habet *externo* a man. sec. fuerat *æterno* a m. pr.—687 Sa. *T. Romano gent.*—688 *In* pro *ad* malebat Heins.—689 Excerpt. D. *aliasque everti.* Nonnulli *averterat:* Maz. *cum terreat.* V. *everterat arces.*—691 Be. et Med. unus *Jamque tr.*—693 Arund. et novem alii cum quibusdam Edd. vett. *Nudarunt glad.*—694 *Cupiant* ex Pet. et tribus aliis; ceteri *cupiunt.*—

NOTÆ

682 *Gentibus*] Veram causam dissimulat Naso quamobrem tam prope non longius ab Urbe Deo Termino sacrificarent: ut, scil. suo more, Romano Imperio faveat, et ingenio indulgeat.

685 *Nunc*] In sextum Kalendas Mart. seu 24. Febr. incidit Regifugium ex Kalendario Romano Augusti jussu in saxeis tabulis exarato.

Regis fuga] Quia eo die Tarquinius Superbus ultimus Rex Romanorum ejectus cum filiis.

686 *Injustus*] Qui regnum, occiso etiam Servio rege, socero suo, invasit.

690 *Gabios*] Volscorum fuit oppidum, non longe ab Urbe, Tarquinii fraude, quam narrat Poëta, sub Romanam ditionem coactum.

691 *Trium*] Quos filios habuit Tarquinius.

Manifesta] Ad mores referendum; quod superbus et injustus, sicut pater, hic fuerit, nomine Sextus.

692 *Hostes*] Gabinos, scil.

694 *Fratres*] Titus et Arruns.

696 *Hoc*] Quod verberatus esset:

Luna fuit. Spectant juvenem, gladiosque recondunt:
Tergaque, deducta veste, notata vident.
Flent quoque, et, ut secum tueatur bella, precantur.
Callidus ignaris annuit ille viris.
Jamque potens, misso genitorem appellat amico,
Prodendi Gabios quod sibi monstret iter.
Hortus odoratis suberat cultissimus herbis,
Sectus humum rivo lene sonantis aquæ.
Illic Tarquinius mandata latentia nati
Accipit, et virga lilia summa metit.
Nuntius ut rediit, decussaque lilia dixit;
Filius, Agnosco jussa parentis, ait.
Nec mora: Principibus cæsis ex urbe Gabina,
Traduntur ducibus mœnia nuda suis.
Ecce (nefas visu) mediis altaribus anguis
Exit, et extinctis ignibus exta rapit.

splenduit. Aspiciunt juvenem, et recondunt enses: atque amictu detracto cernunt terga signata. Lacrymantur etiam, atque orant, ut gerat bella secum. Ille versutus assentitur viris nesciis. Jamque potens, consulit patrem, amico misso, quam rationem sibi ostendat prodendi Gabios. Hortus cultissimus herbis odoratis junctus erat, habens solum divisum rivo aquæ leniter strepentis. Tarquinius ibi accipit secretos nuntios filii, atque excutit virga extrema lilia. Postquam nuntius rediit, atque retulit lilia decussa, filius dixit, Intelligo monita patris. Atque sine spatio, Proceribus ex urbe Gabina interfectis, muri produntur vacui suis ducibus. Ecce, visu horrendum, Serpens prodit ex mediis aris; atque aufert fibras ex ignibus

---

696 Alii *hæc* pro *hoc*.—698 R. unus, Mor. et alius *diducta vest*.—700 *Ann. ille vir*.—702 *Prodendi* ex Jun. rescripsit Heins. pro vulg. *Perdendi*. Mox Voss. *quod*, vel *quo*: in multis aliis etiam *quo*: in nonnullis *qui*: duo *ut*. Deinde Hamburg. *monstr. opem*.—703 P. et tres alii *odor. fuerat cult*. et Be. *quod erat*.—704 Ed. pr. Neapolis, et quædam priores *Septus hum*. et ita etiam pluriml scripti.—706 Tres libri *summ. petit*; duo *legit*.—707 Quatuor scripti *discussaque*; sex *decisaq*. Gottorph. *concisaq*. unus *diffusaq*.—708 Unus Heins. *A. verba par*.—709 Arnnd. Voss. Max. et sex alii *urb. Gabinis*.—711 Max. et

NOTÆ

atque hinc fidem Gabinis faceret, quos proderet.

Passus erat] Atque id publice in foro.

698 *Notatu*] Virgis signata.

699 *Flent*] Ex commiseratione.

700 *Ignaris*] Qui nescirent quantum scelus ille pararet.

701 *Potens*] Quippe Gabinorum dux.

704 *Sectus humum*] Habens humum divisam.

706 *Lilia*] Historici dicunt papavera decussisse ut validiores extinguendos esse inter Gabinos eo modo significaret. Quod quidem non im-

itur Phœbus. Sors est ita reddita: Matri
dederit princeps oscula, victor erit.
quisque suæ matri properata tulerunt,
intellecto credula turba Deo.
erat stulti sapiens imitator, ut esset
s ab insidiis, dire Superbe, tuis.
ens, pronus matri dedit oscula Terræ,
litus offenso procubuisse pede.

Phœbus consulitur: Responsum est ita redditum: Qui primus obtulerit tri erit victor. Agmen credulum obtulerunt quisque oscula accelerata non intellecto. Brutus erat providus simulator fatui, ut esset securus a crudelis Superbe. Ille prostratus pronus deosculatus est Tellurem ma-

ef. visum est med. Med. *nef. med. mersus alt.*—714 Ex præstantiori- s. recepit *princeps* pro vulg. *primus.*—715 In vett. quibusdam *prop.* —716 Mor. unus *sono* pro *Deo.*—717 Be. *sap. mutator, ut:* Pet. *mira-* Burm. cum Gryph. recepit *tacens;* Heins. conj. *cadens;* vulg. edi- s. Francius volebat *Ill. jacens primus matr.*—720 Fr. *Creditur eff.*—

NOTÆ

it Sextus, ad omne nefas ut Dionysius refert.

uribus] E columna lignea scripsit Livius: neque alia portenta. Verum poëtæ ra sunt concessa.

bus] Delphos ad Apollinis missi Titus et Aruns scisci- prodigiis. Quanquam aliter s.

Responsum.

s] Posteaquam enim de por- um interrogarunt Titus et jussu patris, Apollinem de- uluerunt, cui fato datum manum Imperium. Sed festi-

rinceps] Primus.

Imperio adeoque potietur.

sique] Composuisse inter se scribit Dionysius, ut una sculararentur, pariterque reg- Livius vero, sorti permisisse, i osculum primus redderet.

716 *Turba*] De duobus.

717 *Brutus*] Hujus patrem M. Junium Tarquinius Superbus clam occiderat ejus divitiis inhians, et cum eo alterum e duobus filiis majorem natu. L. Junius, de quo nunc sermo est, auxilii et cognatorum inops fatuum se simulavit, unde Bruti cognomen assumsit, atque in ea fatuitate perseveravit dum visus non est habere tempus opportunum. Hunc vero ademtis bonis omnibus Tarquinius sub se custodiebat, non honoris gratia, sed stulta dicens, stulta agens, ut adolescentibus risum moveret, Delphos cum Tito et Arunte petiverat.

719 *Terræ*] Quæ omnium communis mater.

720 *Creditus*] Quanquam de industria procubuerat, ut ex oraculo primus matrem deoscularetur, et regno potiretur. Sed sapienter oportuit stultum imitari.

nterea Romanis Ardea signis,
ur lentas obsidione moras.
t, et metuunt hostes committere pugnam,
in castris: otia miles agit.
s juvenis socios dapibusque meroque
, atque illis Rege creatus ait:
difficilis pigro tenet Ardea bello,
it ad patrios arma referre Deos;
officio torus est socialis? et ecquid
ibus nostris mutua cura sumus?
suam laudant. Studiis certamina crescunt;
ent multo linguaque corque mero.

cecidisse pede alliso. Interea Ardea cingitur signis Romanis; et pora obsidionis. Dum licet, atque hostes timent congredi, luditur in otiatur. Tarquinius accipit epulis et vino sodales adolescentes, s Regis dicit: Dum fortis Ardea moratur nos lento bello, neque pa- arma ad Deos patrios; anne lectus conjugalis manet in officio? anne mutua nostris uxoribus? Singuli efferunt suam laudibus: conten- r studiis; et lingua atque cor incalescunt multo vino. Is, *cui Colla-*

in uno Med. legitur *Interea cingi R.* sed tunc in vs. seq. lege Heins.—722 *Lentas* Heins. dedit ex Maz. Zulich. Voss. et sex *g. longas.*—723 Alii *host. omittere pugn.* et Pet. ac Excerpt. Voss.

Surgit, cui clarum dederat Collatia nomen;
Non opus est verbis, credite rebus, ait.
Nox superest: tollamur equis, Urbemque petamus.
Dicta placent: frænis impediuntur equi.
Pertulerant dominos. Regalia protinus illi
Tecta petunt: custos in fore nullus erat.
Ecce nurum Regis fusis per colla coronis
Inveniunt posito pervigilare mero.
Inde cito passu petitur Lucretia. Nebat:
Ante torum calathi, lanaque mollis, erant.
Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant;
Inter quas tenui sic ait ipsa sono:

illa imposuerat illustre nomen surgit, atque *inquit*, *Non opus est vocibus, fidem habete rebus. Nox restat: conscendamus equos, et tendamus in Urbem. Dicta probantur; immittunt habenas equis. Pertulerant dominos. Continuo illi feruntur ad domos regias: nullus erat custos ad januam. Ecce inveniunt nurum Regis pervigilare vino appositio, sertis sparsis per colla. Inde Lucretia invisitur veloci gradu: filia trahebat. Quasilli et lana mollis erant ante lectum. Ministræ carpebant pensa data ad tenuem lucernam; inter quas ipsa sic loquitur voce submissa:*

Max. Zulich. Voss. Arund. et octo aliis ex præstantioribus placet Heins. prm vulg. *fervet*.—733 Heins. suadet *Surgite, cui*. Deinde Fr. *cui dedat clar.*—737 P. *Protulerant dom.* et pro *dominos*, Max. et Voss. *montes*.—739 Plurimi scripti *coll. capillis*; Be. *catenis*.—740 Quatuor libri *Inv. multo perv.* et Voss. *prævigilare*.—741 *Nebat* Heins. profert ex Max. Zulich. duobus F. uno Med. et Voss. pro var. lect. alii habent *cujus*; scil. *Lucretia*; *cujus Ante tor. &c.*—742 *Erant* ex sex scriptis; vulg. *erat*.—744 Heins. rescripsit *ipsa* ex Max.

NOTÆ

Pigro] Lento.

730 *Torus*] Pro uxore.

731 *Studiis*] In laudandis suis uxoribus.

732 *Cui clarum*] Tarquinium dicit, Collatini Egerii filium, cui Dionysius ex multa in urbe Collatia, quæ prope Romam fuit, commoratione nomen datum scribit. Quanquam ex beneficiis in eam urbem collatis impositum magis, quod clarum esset nomen, crediderim.

734 *Rebus*] Postquam ad uxores veneritis.

736 *Dicta*] Collatini.

737 *Pertulerant*] Vide horum juvenum ut Naso impetum sequatur.

738 *In fore*] Ad fores. Atque adeo ad ignominiam nurum regiarum istud spectat.

739 *Nurum*] 'Nurus' scripsit Livius, qui tamen de vino, cujus potus ex Romuli lege grave crimen sexui muliebri, nihil dicit. In convivio luxuque cum æqualibus tempus terentes inventas fuisse testatur tantum.

Fusis] Quæ vinolentiæ nota tamen apud antiquos.

741 *Lucretia*] Quæ Collatini uxor, Spuriique Lucretii Tricipitini, nobilissimi civis Romani, filia, Collatiæ degebat.

743 *Data*] A Lucretia: namque hoc matrifamilias incumbebat.

Mittenda est domino (nunc, nunc properate, puellæ)
  Quamprimum nostra facta lacerna manu.
Quid tamen audistis? nam plura audire soletis.
  Quantum de bello dicitur esse super?
Postmodo victa cades: melioribus, Ardea, restas,
  Improba; quæ nostros cogis abesse viros.
Sint tantum reduces! Sed enim temerarius ille
  Est meus; et stricto quolibet ense ruit.
Mens abit, et morior, quoties pugnantis imago
  Me subit: et gelidum pectora frigus habet.
Desinit in lacrymas: intentaque fila remittit;
  In gremio vultum deposuitque suum.

Jam, jam festinate, puellæ, lacerna texta nostra manu brevi mittenda est domino. Quid tamen accepistis? nam soletis audire plura: quantum aiunt restare de bello? Brevi procumbes superata, Ardea improba, debita es fortioribus, quæ cogis maritos nostros abesse. Revertantur modo: sed enim ille meus est audax; et qualibet fertur nudato ense. Deficio animo, atque morior, quoties species certantis recurrit, et glacies occupat cor frigidum. Facit finem flendo; et laxat fila contenta, atque

Zulich. Arund. et quinque aliis pro vulg. *illa*.—746 In iisdem Codd. *vestra* pro *nostra*.—747 Plurimi *tam. auditis?* Tum Be. *jam plur.* unus Mor. *nam plus.* Deinde *soletis* est ex Læti Cod. et uno F. vulg. *potestis*.—749 Versus de mendo suspectus. Cogitabam aliquando, *Dummodo victa cadas, m. A. resta;* ut sit voventis. *Heins.* Nulla mihi hic mendi suspicio; neque codices variant, nisi quod in uno Petavii, Strozzæ et Patavino sit, *postea victa cades;* et *impia* in Læti codice. Sensum vero puto: certo cades postea, Ardea: de eo non dubito, sed mora me cruciat, per quam careo viro. Improba es, Ardea, quæ putas te resistendo evasuram; capieris certe; nam resistis melioribus, id est fortioribus, et qui te vincent: ut ita 'Tydides melior patre,' et passim. *Restare* vero hic positum est pro resistere. Vide Gronov. ad Liv. IV. 58. XXVI. 3. *Burm.*—751 Fr. *red. timeo temer.* Pro *ille* duo vett. *ultro:* in uno V. *esto:* Heins. conj. *est o.*—752 In Be. et octo aliis *Vir meus.* Mox vulg. *strict. qualibet;* unus Mor. *quemlibet:* at multi vett. dant *quolibet.* Nonnulli etiam *petit* pro *ruit.* Heins. conj. *strict. quamlibet ens. furit:* certe Ursin. *fruit.*—754 Alii *gel. frigora pectus hab.*—755 *Lacrymas* Heins. reposuit ex castigatioribus pro vulg. *lacrymis.* Mox *intentaque* est ex vett. multis: alii *inceptaque.*

NOTÆ

744 *Tenui*] Ut pudicas decet.

746 *Lacerna*] Vestis fuit ad arcendos imbres præsertim.

747 *Soletis*] Scilicet ancillæ patulas olim habuerunt, ut nunc habent, aures, et linguaces linguas.

748 *Quantum*] Temporis, scil. ex rei difficultate.

749 *Melioribus*] A quibus adeo vinceris.

Restas] Resistis.

750 *Quæ nostros*] Hæc summa improbitatis.

752 *Meus*] Collatinus, scil.

Quolibet] Etiam per hostes confertissimos.

755 *Desinit in lacrymas*] Non potuit melius pudica.

Hoc ipsum decuit: lacrymæ cecidere pudicæ;
Et facies animo dignaque parque fuit.
Pone metum, venio, conjux ait. Illa revixit,
Deque viri collo dulce pependit onus.
Interea juvenis furiatos regius ignes
Concipit, et cæco raptus amore furit.
Forma placet, niveusque color, flavique capilli;
Quique aderat nulla factus ab arte decor.
Verba placent, et vox; et quod corrumpere non est:
Quoque minor spes est, hoc magis ille cupit.
Jam dederat cantum lucis prænuntius ales;
Cum referunt juvenes in sua castra pedem.
Carpitur attonitos absentis imagine sensus
Ille: recordanti plura magisque placent.

demittit faciem suam in sinum. Hoc ipsum decuit: lacrymæ pudicæ defluxerunt, et vultus dignus et similis fuit animo. Omitte timorem, adsum, inquit maritus. Illa refecta est, et pependit suave pondus de collo mariti. Interea adolescens regius concipit flammas furiales, et rapitur insano amore. Pulchritudo, et color candidus, et flava coma, et elegantia nulla arte parata quæ inerat grata est. Dicta placent, et sonus, et quod non licet corrumpere: et quo spes est levior, hoc ille magis optat. Jam avis præsaga emiserat cantum diei, cum juvenes revertuntur in sua castra. Ille habet sensus stupefactos captos forma absentis: plura et magis placent animo re-

Fr. cum aliis *fil. remisit.*—756 Editi plurimi et scripti *deposuitq. suo.*—757 Multæ Edd. et scripti quidam *Hoc ipsum dec.* Mox Ursin. et octo alii dant *cecidere pudicæ;* nam vulg. editum *decuere pudicam:* nonnulli *decuere pudicæ.* —759 Fr. cum aliis *veni* pro *venio.*—761 *Furiatos* de suo dedit Heins. vulg. *furiales:* Max. Ursin. et sex alii *furiatus.*—762 Duo libri *et savo rapt.* Dein Arund. Voss. et octo alii *captus am.* Edd. et Codd. constanter *furit:* Heins. *dedit fuit:* in novem *fuit.*—763 Unus V. *vivensque col.* unde Heins. *vivusque.* Mox Burm. ex uno Heins. malebat *nigrique capill.*—764 Fr. Be. et alii *art. color.*—765 Pro *et quod* O. *quam tum:* Excerpt. Voss. et quatuor Codd. *et quam;* Venet. Ed. pr. *et quem;* tres *et qua.*—766 Pr. Med. *minus* pro *minor;* unde Heins. conj. *Quoq. spei minus est.* Mox quatuor libri *jam mag.* et Fr. *ipse cup.*—767 Alii *ded. cantus luc.*—768 Plurimi editi et scripti quidam *castr. pedes.* —769 In voc. *attonitos* pro var. lect. Fr. habet *attonitus.*—770 In quinque libris *Illa* pro *Ille;* et in totidem *Atque.* Unus Heins. *rec. pulchra mag.* unde

NOTÆ

758 *Facies animo*] Quia sicut animus pudicus, ita vultus pudicitiam præferebat.

759 *Conjux*] Collatinus, qui postquam Lucretiæ verba ante januam audivisset repente ingressus est, et consolatus uxorem.

761 *Juvenis*] Sextus Tarquinius.

765 *Quod*] Pudicitiam, scilicet.

767 *Ales*] Gallus, scil.

769 *Sensus*] Phrasis Græca. Carpitur per sensus. Sensus habet quasi consumtos.

770 *Ille*] Sextus.

Sic sedit: sic culta fuit: sic stamina nevit:
  Neglectæ collo sic jacuere comæ:
Hos habuit vultus: hæc illi verba fuere:
  Hic decor, hæc facies, hic color oris erat.
Ut solet a magno fluctus languescere flatu;
  Sed tamen a vento, qui fuit, unda tumet:
Sic, quamvis aberat placitæ præsentia formæ,
  Quem dederat præsens forma, manebat amor.
Ardet; et injusti stimulis agitatus amoris
  Comparat indigno vimque dolumque toro.
Exitus in dubio est: audebimus ultima, dixit.
  Viderit, audentes Forsne Deusne juvet.
Cepimus audendo Gabios quoque. Talia fatus
  Ense latus cingit; tergaque pressit equi.

volventi. Eo modo sedit: ita fuit ornata: sic traxit fila: capilli inculti sic sparsi sunt per collum: isto fuit vultu: hæc fuerunt ejus dicta: hæc erat elegantia, hæc species, hic color oris. Quemadmodum unda consuevit subsidere post vehementem ventum; sed tamen inflata est a vento qui prius flavit; ita, quanquam præsentia pulchritudinis probatæ longe erat, amor supererat, quem species præsens moverat. Uritur; atque stimulatus aculeis iniqui amoris struit vim et insidias lecto immerito. Eventus incertus est: audebimus extrema, inquit. Viderit, Fortunane an Deus opem ferat audentibus. Potiti sumus etiam Gabiis audendo. Postquam talia protulit accommodat gladium lateri, et conscendit equum. Collatia admittit juvenem

ille pro *plura* conj. *pulchra*, vel *plusque* scribendum.—772 *Neglectæ* reposuit Heins. ex Ursin. quatuor F. Max. Zulich. Arund. et aliis: multi tamen vett. cum vulg. habent *Injectæ*.—773 P. et duo alii *cultus* pro *vultus*. Fr. etiam *verb. fuerunt*.—774 Be. et multi alii cum Edd. plurimis *H. color, h. f. h. decor o.*—776 Sex scripti *ante* pro *unda*.—779 Heins. malit *et incesti stim.* Et Fr. *agitatur am.*—780 *Dolumq.* cum præstantioribus Heins. placet: alii cum vulg. *metumq.*—782 Unus R. *Vid. audaces F.* Dein tres V. cum vulg. *Forsq. Venusq. juvat:* alii *Forsq. metusq.* at Cod. Pal. et Læti lib. cum uno Voss. *Forsne Deusne;* cui et Voss. alludit, in quo *Forsve metusve*. Alii etiam habent *juvent.*—

NOTÆ

771 *Sic sedit*] Verba sunt Sexti, singula, de more amantium, animo revolventis, quæ in Lucretia viderat, aut ab illa audierat.

775 *Ut solet*] Vix ad rem aptius quicquam possit excogitari hac comparatione.

A magno] Post magnum ventum.

779 *Injusti*] Quia nuptam, quia cognati uxorem, amabat.

780 *Indigno*] Indignus uterque conjux, Collatinus et Lucretia, quibus vis et dolus pararetur.

781 *Exitus*] Verba sunt Sexti, qui inceptum difficile esse non ignorabat.

Ultima] Non preces ergo tantum, promissa, et minas, sed vim denique.

782 *Viderit*] Non Lucretia, uti interpretati sunt, sed Deus aut fors. Loquendi est formula solennis, ubi

Accipit ærata juvenem Collatia porta;
Condere jam vultus Sole parante suos.
Hostis, ut hospes, init penetralia Collatina:
Comiter excipitur: sanguine junctus erat.
Quantum animis erroris inest! parat inscia rerum
Infelix epulas hostibus illa suis.
Functus erat dapibus: poscunt sua tempora somni.
Nox erat; et tota lumina nulla domo.
Surgit, et auratum vagina liberat ensem;
Et venit in thalamos, nupta pudica, tuos.
Utque torum pressit; Ferrum, Lucretia, mecum est,
Natus, ait, Regis, Tarquiniusque loquor.
Illa nihil: neque enim vocem viresque loquendi,
Aut aliquid toto pectore mentis habet.
Sed tremit, ut quondam stabulis deprensa relictis,
Parva sub infesto cum jacet agna lupo.

porta ærata, cum jam Sol vellet occulere suam faciem. Hostis intrat domum Collatinam ut hospes: accipitur urbane; erat quippe *consanguineus. Quantum inest postis et cæcitatis mentibus! Illa misera ignara rerum instruit dapes hostibus suis. Epulatus erat: sopor petit sua tempora. Nox erat; neque ulla lucerna tota domo. Illa surgit, et stringit gladium auratum, et accedit ad cubiculum tuum, casta marita. Et postquam filius Regis institit lecto, inquit, Lucretia, gladium habeo, et vocor Tarquinius. Illa nihil; neque enim obtinet vocem et facultatem loquendi, aut aliquid animi toto pectore. Ast trepidat, ut olim parva agna correpta in præsepibus*

784 R. et novem alii *lat. cinxit; terg.*—787 Fr. *adit* pro *init.* Mox *Collatina* ex uno Med. recepit Heins. pro vulg. *Collatini.*—793 Quidam cum vulg. *et auratu vag.* ex melioribus Heins. profert *auratum;* et mox ex iisdem *deripit* pro vulg. *liberat.*—796 *Loquor* est ex emend. Burm. quod et extat in Pembrecio, R. Pet. et aliis quibusdam: vulg. *vocor:* O. *fero.*—799 V. *Sed fremit:* olim etiam edebatur *Sed tremuit quondam ut stab.* quod ex vett. Neapolis cor-

NOTÆ

quid difficile obversatur, cujus non satis est certus qui illud incipit.

784 *Pressit*] Ascendit equum, abscessit e castris, et Collatiam contendit.

785 *Ærata*] Ære enim aut ferro muniuntur ut plurimum portæ urbium.

786 *Condere*] Sub occasum Solis.

788 *Sanguine*] Tarquinius enim Collatinus Tarquinii Superbi nepos, Sexti filii consobrinus.

789 *Quantum*] Apposita certe exclamatio, et bonæ frugis plena.

791 *Functus*] Sextus comederat.

794 *Tuos*] Lucretiæ.

795 *Torum pressit*] Lecto incubuit.

Ferrum] Gladius. 'Moriere si emiseris vocem,' dixit, ut habet Livius.

800 *Agna*] Egregia comparatio.

Quid faciat? pugnet? vincetur fœmina pugna.
Clamet? at in dextra, qui necet, ensis adest.
Effugiat? positis urgetur pectora palmis;
Nunc primum externa pectora tacta manu.
Instat amans hostis precibus, pretioque, minisque;
Nec prece, nec pretio, nec movet ille minis.
Nil agis; eripiam, dixit, pro crimine vitam:
Falsus adulterii testis adulter erit.
Interimam famulum; cum quo deprensa fereris.
Succubuit famæ victa puella metu.
Quid, victor, gaudes? hæc te victoria perdet.
Heu quanto regnis nox stetit una tuis!
Jamque erat orta dies: passis sedet illa capillis;
Ut solet ad nati mater itura rogum.

destitutis, cum jacet sub lupo infesto. Quid agat? reluctetur? puella opprimitur luctu. Vociferetur? at gladius adest in dextra, qui perimat. Dilabatur? habet pectus oppressum manibus urgentibus: nunc primum pectus tactum manu aliena. Hostis amans urget precibus, pollicitationibus, et minis; ille neque precibus, neque pollicitationibus, neque minis tangit. Nihil promoves, inquit, adimam vitam per crimina: ero falsus testis adulterii. Interficiam ministrum; cum quo diceris correpta. Puella victa subacta est timore famæ. Quid triumphas, victor? ista victoria te perimet. Heu quanto una nox venit tuis regnis! Jamque dies illuxerat: illa sedet coma sparsa, quemadmodum consuevit genitrix itura ad rogum filii.

rexit.—801 Meliores, teste Heins. *pugna;* vulg. *pugnans.*—802 Ex octo scriptis Heins. profert *necet;* ceteri *vetet.* Ursini Cod. opt. cum tribus aliis *adest;* alii *erat.*—803 *Urgetur* ex veteri libro Modius in Novantiquis Lectionibus. cap. 63. eleganti Græcismo: sic supra: ‘ Carpitur attonitos absentis imagine sensus:’ atque ita passim Noster. *Heins.* Alii *urgentur.*—806 *Nec valet* Voss. V. et Strozzæ; forte recte. *Burm.*—807 In multis Edd. et scriptis *dix. per crimina vit.* Burm. præfert *pro crimine,* quod est in pluribus libris; et conj. *sub crimine.*—808 Plurimi *adult. ero.*—809 Liber opt. Læti *fam. quocum depr.* Heins. conj. *qui cum.*—810 Unus Cod. *fam. fœmina victa met.*—812 Unus Liber *quantum regnis obstitit un.* Quatuor *quantum nox dedit un.* tres *tulit.*—813 *Sparsis* multi pro *passis.*—814 Pr. Mor. *Ut sedet ad.*—816 Le-

NOTÆ

803 *Positis*] Eadem habet Livius.

804 *Primum*] Quia antea maritus solus tetigerat.

807 *Pro crimine*] Te occidam, deinde et meruisse dicam. Atque hæc maxime ad defendendam Lucretiæ pudicitiam spectant.

810 *Famæ*] Infamiæ.

811 *Quid, victor*] Convertit orationem ad Sextum Naso, cum exclamatione.

Perdet] Profligabit te et domum tuam.

812 *Quanto stetit*] Gall. dicimus, *Combien te coûta?*

Nox] Seu potius unius noctis fugitium. Metonymia est.

evumque patrem fido cum conjuge castris
:at: et posita venit uterque mora.
vident habitum; quæ luctus causa requirunt;
paret exequias, quove sit icta malo.
a reticet, pudibundaque celat amictu
: fluunt lacrymæ more perennis aquæ.
ater, hinc conjux lacrymas solantur, et orant
:et: et cæco flentque paventque metu.
nata loqui, ter destitit: ausaque quarto,
oculos adeo sustulit illa suos.
ioque Tarquinio debebimus? eloquar, inquit,
uar infelix dedecus ipsa meum.
ie potest narrat. Restabant ultima; flevit:
atronales erubuere genæ.
eniam facto genitor conjuxque coacto.
n, dixit, veniam vos datis, ipsa nego.

asit castris patrem ætate provectum cum marito fideli: et uterque adest eunctatione. Et cum vident habitum, petunt quæ sit causa luctus; qui lmera, vel quo sit malo turbata. Illa diu tacet, et verecunda occulit os rymæ cadunt ad modum aquæ jugis. Hinc genitor, hinc maritus sistunt que precantur ut loquatur: atque lacrymantur et timent cæco pavore. Ter oqui, ter repressa est; et quarto ausa, illa ergo non sustulit oculos suos. a istud etiam Tarquinio? proferam, inquit, proferam ipsa, misera, meum m. Atque memorat quæ potest: ultima supererant, flevit; et genæ e sunt rubore suffusæ. Pater et maritus ignoscunt facto coacto: Ipsa,

---

Convocat: et Heins. conj. *ut* pro *et*.—818 Fr. *quoque s. i. modo;* in m etiam aliis *modo*, et sic vulg. *malo* est ex quatuor vett. Nonnulli bent *acta* pro *icta*.—820 Sex libri *mor. fluentis aq.*—821 Pet. et R. *gnis sol.*—822 Tres libri *flentq. faventq.*—823 Quatuor *ter deficit: l Adeo* Heins. profert ex Ursin. et sex aliis; vulg. *ideo:* Zulich. as. et alii septem *ad eos:* Heins. censet *ab humo* etiam posse 9 In quibusdam est *facti* non *facto;* et *conjuxq. coactæ:* at plu- i *facto;* et meliores, teste Burm. *coacto:* Helm. *facto gen. facti-*

NOTÆ

vocat] Namque ambo, et La- t Collatinus, apud Ardeam nt.

crymas] Lacrymantem.

neo] Namque rem ipsam ig- .

en oculos] Præ pudore, adeo- l defixos tenebat.

825 *Hoc quoque*] Ad stuprum respicit; expugnatumque sibi quoque muliebre decus dicit, quod ipsa dedecus suum patefacere cogatur.

827 *Potest*] Hoc est, venisse Sextum, vim fecisse, ceteraque omnia, excepto dedecore ipso, quod ex aliis ultra quam sat erat intelligebatur.

; celato figit sua pectora ferro,
in patrios sanguinolenta pedes.
que jam moriens, ne non procumbat honeste,
t: hæc etiam cura cadentis erat.
r corpus communia damna gementes,
ecoris, virque paterque jacent.
est; tandemque animo sua nomina fallit:
e semanimi corpore tela rapit.
que tenens generoso sanguine cultrum,
mpavidos ore minante sonos:
go hunc juro fortem castumque cruorem,
tuos Manes, qui mihi numen erunt;
m pœnas profuga cum stirpe daturum.
is est virtus dissimulata diu.
s ad verba oculos sine lumine movit;
e concussa dicta probare coma.

veniam quam datis: et continuo transfodit suum pectus cultro occulto, procumbit ad pedes patris. Tunc etiam jam moriens, curat ne non hæc fuit etiam solicitudo morientis. Ecce maritus et genitor, imis, sternuntur super corpus flentes damna communia. Brutus adest, abjudicat sua nomina ingenio: et revellit cultrum immissum corpore Atque tenens telum madens sanguine nobili, protulit voces audaces ore o tibi juro per hunc sanguinem castum et generosum, et per tuam

in exequias animi matrona virilis:
cum lacrymas invidiamque trahit.
inane patet. Brutus clamore Quirites
itat, et Regis facta nefanda refert.
iius cum prole fugit. Capit annua Consul
Dies regnis illa suprema fuit.
UR? an veris prænuntia venit hirundo;
etuit, ne qua versa recurrat hyems?
amen, Procne, nimium properasse quereris;
ie tuo Tereus frigore lætus erit.
E duæ restant noctes de mense secundo,
que suos junctis curribus urget equos:

assentiri dictis, capillis motis. Matrona animi virilis effertur ad funus; cum fletus atque invidiam. Vulnus vacuum est detectum. Brutus irrisos, et memorat acta flagitiosa Regis. Tarquinius fugit cum liberis. mist jura annua: illa dies fuit ultima regnis.——Decipimur? an hirundo ris rediit; et timet, ne qua hyems mutata recurrat? Sæpe tamen quere, nimium festinasse; et maritus tuus Tereus gaudebit frigore.——Jam ctes supersunt de mense secundo; et Mars urget veloces equos curribus

vett. *jac. adversa oc.* quod Heins. placet. Dein Maz. alter *lum. ver-* Quatuor scripti, et ed. Neapol. *Convocat, et R.*—852 Pet. *Regna* Deinde Pat. unus *regn. ultimus ille fuit.*—853 Sa. *an veniat prænun-ir.* et sic duo alii, nisi quod *venit* habent pro *veniat.*—854 Quatuor

NOTÆ

mine] Oculorum acie; quia a.

rymas] Multitudinis, scil. : vide Dionys.

ne] Patens sanguine ex-

ert] Idque prolixa oratione, nysius integram habet.

le] Duo quidem patrem secu- Hetruscos ierunt, anno ab lita 245. Sextus vero Ga- am in suum regnum pro- ultoribus veterum simulta- sibi ipse cædibus rapinis- taverat, interfectus est. Non rex. Brutus et Colla- o creati.

it] Circa finem Februarii redire hirundines; quæ ta- tur metuere ne hyems re- deat, quia hoc ipsum metuunt homines.

855 *Procne*] Quæ Terei uxor in hirundinem mutata, ut dictum in Metam.

Properasse] Quia eo tempore asperum est quandoque frigus.

856 *Lætus*] Namque maxime infestus uxori suæ fuit propter appositum in dapes suum Itym.

858 *Marsque*] Tertio Kalendas Martias a Romulo instituta in Martis honorem Equiria celebrabantur, frequenti equorum cursu, in Campo Martio.

Junctis] Singulis enim missibus quatuor aut plures quadrigæ, laxato repagulo, certatim sese ad palmam fundebant.

Ex vero positum permansit Equiria nomen,
  Quæ Deus in Campo prospicit ipse suo.
Jure venis, Gradive; locum tua tempora poscunt,
  Signatusque tuo nomine mensis adest.
Venimus in portum, libro cum mense peracto.
  Naviget hinc alia jam mihi linter aqua.

junctis: nomen Equiria datum ex re ipsa permansit, quæ ipse Deus spectat in Campo suo. Merito ades, Gradive, tempora tua expetunt spatium; et mensis notatus tuo nomine advenit. Tangimus portum, libro absoluto cum mense. Jam navis hinc mihi currat alia aqua.

scripti *An met.*—858 Pembrocii liber *Mareq. citis junct.* tres *citus.*—859 Vet. Cod. habet *Equrria.*—861 Heins. *tua* in *sua* mutare volebat.—864 Modius Novant. Lect. cap. 68. malebat *hic* pro *hinc.* Mox Fr. et quatuor alii *jam mea lint.* Voss. *mea navis.*

NOTÆ

859 *Vero*] Ab equis, scil.

860 *Deus*] Mars.

Suo] Martio.

861 *Jure venis*] Istud ex Poëtæ ingenio, ut ad mensem Marti dicatum transeat.

Gradive] Martis illud est cognomen, a gradiendo ultro citroque cum in aciem itur.

863 *Venimus in portum*] Quia absolutus secundus Fastorum liber hoc dicit. Metaphora est a navigatione.

864 *Alia aqua*] Alia materia tractanda.

P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBER III.

ARGUMENTUM.

Invocatio Martis 1-8. Romuli et Remi fortuna inde a natalibus usque ad Urbis initia; Martis cultus; Martii mensis nomen 9-86. De ordine hujus mensis apud varios populos 87-98. De numero mensium apud priscos Romanos, et de auctione eorum per Numam; tum de Cæsaris anno solari 99-166. Matronalia, quorum descriptioni raptus Sabinarum insertus et verni temporis vis 167-258. Saliorum origo et festum, ancile de cœlo delapsum 259-398. Occasus alterius Piscis 399-402. Arctophylacis occasus et Vindemitoris ortus 403-414. Vestæ sacra et Augusti Pontificatus 415-428. Vejovis ædes dedicata 429-448. Pegasi collum oritur 449-458. Ortus Coronæ, Thesei et Ariadnes fabula 459-516. Altera Equiria 517-522. Annæ Perennæ sacra; Dido et Anna, et hujus adventus in Latio; secessio populi Romani 523-696. Nex Julio Cæsari illata 697-710. Scorpii medii occasus 711. 12. Liberalium origo et ritus, in quibus solennia togæ virilis; tum Bacchi laudes 713-790. Processio ad Argeos 791. 2. Milvi sideris origo et quædam ex Titanomachia 793-808. Quinquatria Minervæ 809-850. Solis ingressus in Arietem; Phrixi et Helles fabula 851-876. Æquinoctium vernum 877. 8. Festum Jani, Salutis, Concordiæ, Pacis 879-882. Lunæ cultus in Aventino 883.

Bellice, depositis clypeo paulisper et hasta,
Mars, ades; et nitidas casside solve comas.

Mars bellice, accede, scuto et cuspide paulisper emissis, et solve unctos capillos

NOTÆ

1 *Bellice*] Martem compellat belli Deum Poëta, eumque statim ab initio invocat; utpote cui mensis dicatus.

Forsitan ipse roges, quid sit cum Marte poëtæ
A te, qui canitur, nomina mensis habet.
Ipse vides manibus peragi fera bella Minervæ.
Num minus ingenuis artibus illa vacat?
Palladis exemplo ponendæ tempora sume
Cuspidis: invenies et quod inermis agas.
Tum quoque inermis eras, cum te Romana sacerdos
Cepit, ut huic Urbi semina digna dares.
Ilia Vestalis, (quid enim vetat inde moveri?)
Sacra lavaturas mane petebat aquas.
Ventum erat ad molli declivem tramite ripam:
Ponitur e summa fictilis urna coma.
Fessa resedit humi; ventosque accepit aperto
Pectore; turbatas restituitque comas.

galea. Forte ipse requiras, quid sit vati cum Marte. Mensis qui describitur habet nomen a te. Ipse cernis sæva bella geri manibus Palladis. Num illa minus det operam artibus ingenuis? Tempus sume omittendæ hastæ exemplo Palladis: atque reperies quod facias inermis. Eras etiam inermis tum cum Sacerdos Romana te cepit, ut faceres initium dignum huic Urbi. Ilia Vestalis, (namque quid prohibet inde incipere?) petebat mane aquas lavaturas sacra. Ventum erat ad declivem ripam tenero calle: urna fictilis deponitur summis capillis. Lassa resedit humi, et excepit auras diducto sinu, atque recomposuit capillos disjectos. Dum sedet, salices

1 Jun. *clyp. paulumper et.*—3 Alter P. *M. poëtis.*—6 Olim edebatur *Non minus.* 'Languet versiculus: erigo ex antiquo nostro cod. *Num minus.*' Neapol.—7 Gottorph. *Pallados exempl.*—8 In quibusdam *Cassidis: inv.* Mox *quod* cum melioribus; alii *quid:* Neapolis legebat *inv. ecquid inerm.*—9 Fr. *Tunc* pro *Tum.* Mox Heins. emend. *Trojana sacerd.*—10 Strozzæ liber *ut* pro *et;* et *dedit* pro *dares.* V. et Pat. *nomina magna;* plurimi etiam cum vulg. *magna:* Heins. recepit *digna* ex Ursin. et Pat.—11 Alii *Sylvia V.* Be. etiam et nonnulli alii *quis* pro *quid.*—13 Alii *mollem declivi;* et Be. *declivo:* unus F. etiam *molli declivam.*—15 *Humi* meliores, teste Heins. alii *humo.*

NOTÆ

5 *Ipse vides*] Ab exemplo arguit Palladis, quæ tametsi fera bella tractet, non ideo minus pacis studiis favet.

9 *Sacerdos*] Rhea, seu Ilia, aut Sylvia, Vestalis; de qua libro superiori.

10 *Cepit*] Amore ejus correptus es.

Semina] Romulum, scil. et Remum, a quibus principium duxit Urbs Roma.

11 *Inde moveri*] Hinc incipere.

12 *Petebat*] Ex more quotidiano Vestalium.

Aquas] Ex fonte fluminis Numici, qui olim ingens fuit, post paulatim decrescens in fontem redactus, qui et ipse siccatus est, sacris interceptus. Vestæ enim libare non nisi de hoc fonte licebat: ut docet Servius ad illa Æn. VII. 'Fontis stagna Numici.'

13 *Molli*] Quia herbosus.

Dum sedet, umbrosæ salices, volucresque canoræ
Fecerunt somnos, et leve murmur aquæ.
Blanda quies victis furtim subrepit ocellis,
Et cadit a mento languida facta manus.
Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupitam:
Et sua divina furta fefellit ope.
Somnus abit: jacet illa gravis. Jam scilicet intra
Viscera, Romanæ conditor Urbis, eras.
Languida consurgit, nec scit cur languida surgat:
Et peragit tales arbore nixa sonos:
Utile sit faustumque, precor, quod imagine somni
Vidimus: an somno clarius illud erat?
Ignibus Iliacis aderam: cum lapsa capillis
Decidit ante sacros lanea vitta focos.

umbrosæ, et aves canoræ, et exiguum murmur aquæ conciliaverunt soporem. Lenis somnus clanculum inducitur superatis ocellis; et manus facta languida cadit a mento. Mars spectat hanc, et exoptat spectatam, et potitur exoptata; atque celavit sua furta ope divina. Sopor exutitur: illa jacet gravida. Jam nimirum eras intra præcordia, ædificator Urbis Romanæ. Languida erigitur; neque novit quamobrem languida consurgat: atque profert tales voces inclinata ad arborem: Oro, sit felix atque commodum quod spectavimus imagine somni: an illud erat apertius somno? Astabam ignibus Iliacis; cum vitta lanea delapsa crinibus excidit ante

---

Mox Fr. *ventosq. recepit aport.*—16 Bonon. et Mor. *composuitque.*—17 Max. *volucresq. sonoræ.*—18 Fr. *Fec. somnum leneque murm.*—19 Alii *furt. victis subrepsit ocellis.* Pro *victis* Max. *blandis;* Strozzæ *captis.* Statii lib. *victos oppressit ocellos;* et Ma. *suppressit.* Opt. A. *victis furtim subrepsit ocellis;* Vat. *subrepit;* et sic Max. et quatuor alii; 'bene,' ait Heins. 'nisi Nasonem contendimus scripsisse, *victos obrepsit ocellos.*'—21 *Cupitam* ex opt. A. Læti, et uno F. dedit Heins. pro vulg. *cupita.*—23 Pat. *clam* pro *jam:* multi *nam.*—24 Duo F. *Visc. Romuleæ cond.* Mox *eras* ex Max. pr. Med. et Pal. Excerpt. vulg. *erat.*—25 *Nec scit* meliores, non *nescit:* Zulichemianus eleganter *L. cum surgat, nescit c. l. s.* Heins.—26 P. et Pet. *nix. preces.*—29 P. *cum sparsa capill.* Jun. Fr. Sa. et plurimi alii *collapsa.*—30 Max. a man. pr. *Deficit ant.* Mox Neapolis Cod. et Fr. *saer. linea vitt.* Be. *aurea,* et multi ex scriptis *laurea:* alii *vitt.*

NOTÆ

20 *Cadit*] Addidit istud Naso, ut honestius rem ipsam explicaret.

21 *Mars*] Crediderís Martem fuisse. Immo nequam quispiam habitu militari.

22 *Fefellit*] Occultavit. Sed poëtice loquitur.

23 *Gravis*] Quia gravida.

24 *Conditor*] Romulus.

27 *Somni*] Scilicet somni!

29 *Iliacis*] Ilio avecta Vestæ sacra et ignis.

30 *Decidit*] Quia, scil. virginitatem amiserat, ex seipsa cadit quæ mox a Pontifice adimenda.

Vitta] Quæ Vestalibus ita pro-

Inde duæ pariter (visu mirabile) palmæ
  Surgunt. Ex illis altera major erat:
Et gravibus ramis totum protexerat orbem,
  Contigeratque nova sidera summa coma.
Ecce meus ferrum patruus molitur in illas.
  Terreor admonitu, corque timore micat.
Martia Picus avis gemino pro stipite pugnant
  Et Lupa: tuta per hos utraque palma fuit.
Dixerat: et plenam non firmis viribus urnam
  Sustulit. Implerat, dum sua visa refert.
Interea crescente Remo, crescente Quirino,
  Cœlesti tumidus pondere venter erat.
Quo minus emeritis exiret cursibus annus,
  Restabant nitido jam duo signa Deo.

sacros focos. Inde (mirabile visu) duæ simul palmæ oriuntur: altera ex illis erat major: atque penitus velaverat totum mundum gravibus ramis; et contigerat suprema sidera nova fronde. Ecce meus patruus intentat illis ferrum. Trepido recordatione, et cor salit metu. Picus volucris Martia et Lupa certant pro duplici trunco: utraque palma fuit intacta per hos. Absolverat, atque sustulit non validis viribus urnam plenam: impleverat dum memorat sua visa. Interea Remo crescente, Quirino crescente, uterus turgebat onere cœlesti. Jam duo sidera supererant Deo splendido, quo minus annus finiretur cursibus absolutis. Sylvia fit genitrix: simu-

---

soluta, Heins. conj. pro *voluta*.—31 Pat. *vis. memorabile palm.* et duo libri *miserabile*.—33 Be. et tres alii *tot. pertexerat orb.* Arund. et octo alii *prætexerat*.—34 *Nova* Maz. Zulich. Voss. Arund. et quatuor alii; vulg. *sua*.—36 Fr. *Terreor admonitis*. Ex vett. Heins. profert *admonitu; a monitu* edd. Neapolis, et vulgatæ. Mox multi Codd. et editi *tim. pavet*; Voss. et Mor. *salit*; duo *tremit*; Gottorph. *vacat*.—37 Plurimi *stip. pugnat*: Jun. et pr. V. *pugnans*.—38 In voc. *his* Fr. habet *has* pro var. lect.—40 Pr. Med. *dum sata verba ref.* Heins. conj. *rata visa*: Pet. unus etiam *sua verba*.—44 P. F. et Voss. Excerpt. *sua* pro *duo*.—

NOTÆ

prium insigne, ut et aliis cuivis numini consecratis commune esset: itemque pudicitiæ documentum.

31 *Inde*] Ex vitta lapsa, adeoque virginitate rapta.

Palmæ] Victores intellige Remum Rómulumque.

32 *Major*] Romulus.

33 *Gravibus ramis*] Progenie fœcunda.

Totum] Quia in omnes gentes prolatum Romanum Imperium.

34 *Nova*] Miranda.

Sidera] Seu ad famam referas, seu de Romuli consecratione intelligas.

35 *Patruus*] Amulius, qui Remum atque Romulum studuit perdere.

37 *Martia*] Quia Marti sacer Picus avis, quem quidem infantibus Remo atque Romulo astitisse atque alimenta contulisse testatur Plutarchus.

Stipite] Palma, scil. utraque.

38 *Lupa*] Quæ infantibus ubera præbuisse dicitur.

Sylvia fit mater. Vestæ simulacra feruntur
  Virgineas oculis opposuisse manus.
Ara Deæ certe tremuit, pariente ministra;
  Et subiit cineres territa flamma suos.
Hæc ubi cognovit contemtor Amulius æqui,
  (Nam raptas fratri victor habebat opes,)
Amne jubet mergi geminos. Scelus unda refugit.
  In sicca pueri destituuntur humo.
Lacte quis infantes nescit crevisse ferino;
  Et picum expositis sæpe tulisse cibos?
Non ego te, tantæ nutrix Larentia gentis,
  Nec taceam vestras, Faustule pauper, opes.

lacra Vestæ dicuntur admovisse manus virgineas oculis. Certe altare concussum est Sacerdote pariente; et flamma territa se occultavit sub suos cineres. Postquam Amulius contemtor æqui intellexit hæc, (nam superior tenebat opes sublatas fratri,) imperat gemellos obrui flumine. Fluctus horret flagitium. Infantes relinquuntur in terra sicca. Quis ignorat pueros auctos esse lacte ferino, atque picum sæpe portasse escam expositis? Ego te non præteream silentio, Larentia nutrix tantæ sobolis,

45 Mor. et Fr. *Ilia fit mat.*—46 Mor. *oc. præposuisse man.*—50 Pet. *Nam raptos;* et multi *fratris.*—51 V. et duo alii *merg. pueros. Scel.*—55 Alii *Lau-*

NOTÆ

40 *Visa*] Per somnum: quæ secum animo revolvebat, atque sibi narrabat.

42 *Cælesti*] Quod ex Marte Deo.

43 *Emeritis*] Exactis. Metaph. est a militibus, qui Emeriti dicuntur postquam debita militiæ tempora absolverunt.

44 *Restabant*] Adeoque decimo mense Iliæ partus instabat.

Signa] Pro mensibus posuit signa cœlestia in Zodiaco, quæ motu suo Sol perlustrat.

Deo] Phœbo, qui Sol est.

45 *Fit*] Peperit gemellos, Remum atque Romulum.

Simulacra] Ficta hæc: nullum enim simulacrum in æde Vestæ. Verum simile quid evenisse dicunt scelestæ illi Tulliæ, viso parentis signo in fano Fortunæ.

46 *Opposuisse*] Ne scelus videret Vesta.

47 *Certe*] Ut distinguatur istud ab eo quod finxit Poëta de Vestæ simulacro.

Pariente] Dum pareret Ilia Vestalis.

48 *Subiit*] Fere extincta est: quod super omnia gravia et timenda Romani habebant.

49 *Hæc*] Peperisse Iliam, &c.

50 *Fratri*] Numitori.

51 *Refugit*] Non enim pueri hausti fluctibus.

53 *Ferino*] Lupæ.

55 *Larentia*] Faustuli, pastoris regii, uxor, scortum nobile, cui ideo Lupæ datum nomen. Ea vero infantibus Remo Romuloque quia ubera præbuit, a lupa nutriti dicti sunt.

56 *Opes*] Eas appellat opes, regios

Vester honos veniet, cum Larentalia dicam:
Acceptus geniis illa December habet.
Martia ter senos proles adoleverat annos;
Et suberat flavæ jam nova barba comæ.
Omnibus agricolis armentorumque magistris
Iliadæ fratres jura petita dabant.
Sæpe domum veniunt prædonum sanguine læti,
Et redigunt actos in sua rura boves.
Ut genus audierunt; animos pater editus auget:
Et pudet in paucis nomen habere casis.
Romuleoque cadit trajectus Amulius ense:
Regnaque longævo restituuntur avo.
Mœnia conduntur: quæ, quamvis parva fuerunt,
Non tamen expediit transiluisse Remo.

neque vestras opes, pauper Faustule. Vestra laus recurret cum dicam Larentalia: December gratus Geniis habet illa. Soboles Martia creverat ad annum decimum octavum, et prima lanugo jam addita erat flavis capillis. Fratres Iliadæ dicebant jura omnibus ruricolis, et magistris armentorum seu pastoribus. *Sæpe repetunt domum gaudentes nece latronum, et reducunt juvencos abactos in suos agros. Postquam cognoverunt de stirpe* sua, *parens cognitus addit animos: et pudet consequi famam in paucis tuguriis; atque Amulius sternitur transfixus gladio Romulea; atque regna redduntur avo seniori. Muri ponuntur; qui, tametsi humiles fuerunt,*

---

rentia; et mox vs. 57. *Laurentalia.*—59 Nonnulli *ter senis...annis.*—61 Quidam scripti, et ed. Neapol. *armentorumq. ministris.*—63 In vett. *redeunt* pro *veniunt.*—64 Statii liber, et quidam alii scripti, *raptos* pro *actos.* Deinde vulg. edebatur *sua jura bov.* at *rura* meliores, teste Heins. duo etiam *tecta;* et unus *castra.*—65 *Audierunt* ex Pat. *audierant* alii. Deinde Ursin. duo Pat. et duo Med. *pat. agnitus aug.*—66 *Paucis* Heins. profert ex Ursin. pr. F. Zulich. Maz. Nauger. Pet. et octo aliis; vulg. *parvis.*—69 Mor. *parv. feruntur;*

NOTÆ

pueros educasse.

57 *Larentalia*] Larentiæ festa, quæ quidem in veteri Kalendario ad mensem Decembrem remittuntur.

58 *Acceptus*] Gratus; quia eo mense Saturnalia, quibus, ceteris omissis, genio indulgebant, et voluptuosa convivia agitabant.

59 *Martia*] Romulus et Remus.

Ter senos] Ad decimum octavum annum creverant.

60 *Nova barba*] Lanugo prima.

61 *Magistris*] Pastoribus.

62 *Iliadæ*] Iliæ filii, Romulus et Remus.

63 *Prædonum*] Quos aut vulneraverant aut occiderant.

64 *Actos*] Abactos a prædonibus.

65 *Genus*] Unde originem ducerent. Quod quidem Faustulus edocuisse dicitur.

66 *Nomen*] Famam et laudem.

68 *Avo*] Numitori, quem Ilia patrem diximus.

69 *Mœnia*] Romana, scil.

Parva] Cum primo condita.

Jam, modo qua fuerant sylvæ, pecorumque recessus,
  Urbs erat: æternæ cum pater Urbis ait:
Arbiter armorum, de cujus sanguine natus
  Credor; et ut credar pignora certa dabo:
A te principium Romano ducimus anno:
  Primus de patrio nomine mensis eat.
Vox rata fit, patrioque vocat de nomine mensem.
  Dicitur hæc pietas grata fuisse Deo.
Et tamen ante omnes Martem coluere priores.
  Hoc dederat studiis bellica turba suis.
Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam,
  Vulcanum tellus Hypsipylea colit:

non tamen juvat Remum transiliisse. Jam Urbs erat, qua nemora et recessus pecorum fuerant; cum pater Urbis æternæ dicit: Arbiter armorum, de cujus sanguine credor ortus; atque exhibebo firma indicia, quibus credar; habemus initium a te anno Romano, primus mensis currat de nomine patrio. Dictum confirmatur: atque appellat mensem de nomine patrio. Ista pietas dicitur fuisse accepta Deo. Et tamen majores coluerant Martem ante omnes. Turba bellica dederat hoc suis studiis. Cecropidæ reverentur Minervam, Creta Minoia Dianam, terra Hypsipylæa

---

fuissent.—70 Fr. *transilienda;* et pro var. lect. *transiluisse.*—71 Max. aliique duo *pecudumque;* Heins. conj. pro *specumq.* Burm. placet *nemorumq.*—73 Unus lib. *cuj. semine nat.* In quibusdam aliis *credor Natus* inverso ordine.—74 *Certa* Heins. dedit ex quibusdam vett. pro vulg. *multa.*—75 *Ducimus* ex scriptis potioribus; ceteri *dicimus.*—76 *Eat* ex Zulich. Max. Voss. Arund. et aliis placet Heins. præ vulg. *erit:* Pat. etiam et duo alii *eris.*—80 Multi Codd. *Hæc ded.* Tum Ed. Janssoniana *dederant stud.* Heins. malebat *dederit.*

NOTÆ

70 *Non expediit*] Quia ideo interfectus, quod valli angustias saltu increpuisset.

71 *Pecorum recessus*] Quapropter pars quædam in Palatio 'Pecuscum' dicta, Festo auctore.

72 *Æternæ*] Ex opinione et votis Romanorum, aut etiam augurum declaratione.

Puer] Romulus.

73 *Arbiter armorum*] O Mars.

76 *De patrio*] A Marte Martius dicitur, qui ex Romuli sententia primus mensis fuit.

79 *Tamen*] Quamvis Romuli fuit institutum ut a Marte patre primus mensis appellaretur, ante Romulum tamen ab Italis utpote bellica gente cultum fuisse Martem constat.

Omnes] Deos, scil.

Priores] Latini, scil.

80 *Hoc*] Ut Martem colerent.

81 *Cecropidæ*] Athenienses, quibus a Cecrope rege illud nomen.

Minoia] In qua imperium tenuit Minos Jovis filius.

Creta] Insula in Mediterraneo mari nobilissima.

Dianam] Cui templum fuit in Dicteo Cretæ monte.

82 *Hypsipylea*] Lemnon dicit, insulam maris Ægæi, versus Thraciam,

Quis tunc aut Hyadas, aut Pleiadas Atlanteas
Senserat, aut geminos esse sub axe polos?
Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur
Sidoniis, Helicen Graia carina notet?
Signaque quæ longo frater percenseat anno,
Ire per hæc uno mense sororis equos?
Libera currebant, et inobservata per annum
Sidera: constabat sed tamen esse Deos.
Non illi cœlo labentia signa movebant;
Sed sua: quæ magnum prodere crimen erat.

jacere tela erat facundus. Quis tunc cognovit aut Hyadas, aut Pleiadas Atlanteas, aut duos esse polos sub axe? Esse duas Ursas, quarum Cynosura observatur a Sidoniis, navis Græca notet Helicen? Atque equos sororis percurrere uno mense ea sidera, quæ frater perlustret longo anno? Astra movebantur libera et inobservata per annum; sed tamen constabat esse Deos. Illi non movebant signa cadentia cœlo,

Quis tamen, Pat. *nunc. Pliadas* etiam in plurimis scribitur.—106 Multi *Noverat, aut*.—107 Plurimi C. *vocatur*.—108 Sæpe *car. vocat*; novem etiam scripti *tenet*.—109 R. et duo alii *F. præcenseat*; Fr. *persenserat*; unus *pertranseat*: F. *transcurrit in anno*.—111 *Et inobservata* Heins. dedit ex Ursin. opt. A. Max. Zulich. Voss. Arund. et sex aliis; vulg. *non observata*.—112 De Diis hæc præter rem videntur; censeo corrigendum: *et inobservata per annos Sidera constabat sed tamen esse suos:* certe in præstantissimo Zulichemiano codice τὸ *Deos* a manu secunda erat, erasa veteri scriptura: *constabant sed tamen esse Deo* veterrimus Petavianus. Posses et emendare: *et inobservata per annum Sidera, constabat sed tamen esse, diu*. Heins.—113 *Movebant* ex Max. Voss. et quinque aliis: R. et alii *notabant*: ceteri *tenebant*.—114 Multi *per-*

NOTÆ

105 *Hyadas*] Sidus in capite Tauri, quod fecerunt Athantis Mauritaniæ regis filiæ ex Æthra. A Græco ὕειν, a pluendo. Latine Suculæ ab eodem dictæ sunt.

Pleiadas] Atlantis ejusdem filiæ ex Pleione, quæ etiam in sidus abiverunt ad collum Tauri: dictæ a πλέω *navigo*, quod circa æquinoctium vernum orientes navigandi tempus opportunum indicent.

106 *Geminos*] Arcticum et Antarcticum.

Polos] Sunt poli vertices seu axis extrema, circa quem cœlum verti fingitur. Quanquam sæpe axis pro polo sumitur: deinde et videtur Poëta, non axis esse extrema polos credidisse, sed axis extrema super polos tanquam super cardines moveri.

107 *Duas*] Majorem et minorem, de quibus jam sæpius dictum.

Cynosura] Minor est Ursa, ad cujus observationem Phœnices atque adeo Sidonii navigationes suas dirigebant.

108 *Sidoniis*] Sidone Phœniciæ urbe in Syria antiquissima et opulentissima oriundis.

Helicen] Major Ursa est, quam Græci navigantes observabant.

109 *Signa*] Zodiaci duodecim illa intellige, quorum singula singulis mensibus Sol Lunæ frater pervadit seu percenset.

110 *Hæc*] Signa, scil.

Sororis] Lunæ.

Illaque de fœno. Sed erat reverentia fœno, 115
Quantam nunc Aquilas cernis habere tuas.
Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Unde maniplaris nomina miles habet.
Ergo animi indociles, et adhuc ratione carentes,
Mensibus egerunt lustra minora decem. 120
Annus erat, decimum cum Luna repleverat orbem.
Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus:
Seu quia bis quino fœmina mense parit.

ad sua; quæ amittere erat magnum crimen. Atque ea erant *de fœno: verum erat tunc fœno, quantum nunc vides Aquilas tuas habere nunc. Longa pertica ferebat manipulos suspensos; a quibus miles manipularis obtinet nomina. Adeoque mentes suæ, et adhuc destitutæ ratione peregerunt lustra minora decem mensibus. Annus erat cum Luna clauserat orbem decimum: hic fuit tunc nostris in magno honore. Seu quia tot* sunt *digiti, per quos consuevimus numerare; seu quia fœmina parit*

---

lere pro *prodere*.—115 *Illaque de fœno* Heins. censet legendum auctoritate unius V. et pr. Bonon. et sic Ed. Gryphian. Conj. etiam *Illa quidem e fœno*, quod aliter P. confirmat. In vulgatis legebatur *Illa quidem fœno*. Unus etiam Heins. *Illa quidem fœnum*: deinde Voss. Arund. et septem alii *rever. fœni*.—116 Pet. Thuan. Fr. et decem alii *Quantum*; scil. reverentiæ.—121 *Repleverat* Heins. reposuit ex Cod. Læti, et uno Med. quod et Fr. habet pro var. lect. vulg. *receperat*.—122 Voss. et Max. *Hic nostris magn.* et sic edidit Heins. Sed nos reduximus veterem lect. ut credimus, necessariam: nam aliter *hic* vobis videretur intelligendus. *In amore* etiam pr. Venet. Editio.' *Burm.*—123

NOTÆ

111 *Libera*] Quia inobservata pro nimi ratione.

113 *Movebant*] Illa non curabant.

114 *Sua*] Fœni seu straminis maniplos, scil.

Prodere] Immo et deserere nonnunquam, aut ab iis longius esse: nunque et ideo ignominia aliisque pœnis mulctati.

115 *Reverentia fœno*] Seu potius legi aut ordini. Sed ad Poëtæ scopum magis illud convenit.

116 *Quantum*] Majorem dixerit, qui veterum monumenta lustraverit.

Aquilas] Quæ legionum singularum fuerunt signa.

117 *Maniplos*] Ex fœno, scil.

118 *Maniplaris*] Pro, manipularis. Eo vero nomine dicebantur qui ejusdem essent manipuli seu signi: quod quidem signum primo centenis militibus præferebatur.

120 *Egerunt*] Pro, Transegerunt. Constituerunt.

Minora] Siquidem lustrum quinque annorum spatium comprehendat, (ut Nasoni visum,) singulisque annis decem menses tantum tribueris, decem omnino mensibus minus fuerit lustrum quam solet esse, cum singulis annis menses duodecim assignantur.

122 *Hic*] Annus, scil.

123 *Tot digiti*] Bardos admodum nobis obtrudit Naso, si qui usque adeo imperiti fuerunt ut ex digitis suis annorum menses constituendos

Seu quod adusque decem numero crescente venitur;
  Principium spatiis sumitur inde novis.
Inde pares centum denos secrevit in orbes
  Romulus: Hastatos instituitque decem.
Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat
  Corpora: legitimo quique merebat equo.
Quin etiam partes totidem Titiensibus idem,
  Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit.

decimo mense. Seu quod ascenditur usque ad decem, numero crescente; inde sumitur initium spatiis novis. Hinc Romulus divisit centum æquales in denos orbes; et instituit decem Hastatos. Atque Princeps habebat totidem corpora, Pilanus totidem; et qui militabat equo legitimo. Quinetiam idem assignavit totidem partes Titiensibus, et iis quos appellant Ramnes, atque Luceribus. Observavit ergo nu-

Med. et alius *per quot num.*—126 Liber Statii *Princ. numeris sum.*—127 *Pares* ex melioribus scriptis Heins. dedit pro vulg. *patres.*—128 V. *H. constituitque.*—129 Max. *tot. Pilumnus hab.*—130 Multi *quisque* pro *quique.*—131 Alii *Tatiensibus ille:*

NOTÆ

crediderint.

125 *Decem*] Quando enim in numerando ulterius progredimur, per reiterationem illud fit eorundem numerorum ab unitate ad decimum numerum.

126 *Spatiis*] Spatia vocat numeros omnes qui supra decem ad viginti, triginta, &c. excurrunt.

Inde] A numero decimo.

127 *Inde*] Ex ea denarii numeri ratione.

Pares] Ne referas ad denos, ut suadet Commentator, namque ineptum foret, et a Nasonis ratione alienum. Sed pares intellige ætate et robore æquales.

Denos orbes] Contubernia dixerunt. Gall. *Dizaine.*

128 *Hastatos*] Hastati dicti sunt primo qui hastis pugnabant, in quibus juvenes erant et adolescentes.

Decem] Qui singuli tamen novem sub se haberent ejusdem generis: namque hic capita tantum recenset Naso.

129 *Princeps*] Eo nomine appellati viri, qui a principio gladiis rem gerebant.

Pilanus] Pilani ‘ Triarii’ quoque dicti sunt qui tertio ordine pilis certabant, et subsidio, utpote matura ætate, servabantur.

130 *Legitimo*] Lege et de publico dato.

Quique] Qui, inquit, merebat equo, aut militabat, atque adeo decurio habebat decem corpora: neque tantum peditum genera in decem quæque partes distributa, sed et equitum eadem fuit divisio.

131 *Partes*] Quas Curias dixerunt.

Titiensibus] A Tito Tatio appellata est una ex tribus illis tribubus, in quas populum Romanum divisit Romulus.

132 *Ramnes*] Ramnenses a Romulo dictos voluerunt qui alteram tribum Romanam constituerunt; atque id quidem Tusca etymologia.

Luceribus] Tertia tribus a Lucumone quodam seu Lucere Ardeæ rege,

Assuetos igitur numeros servavit in anno:
Hoc luget spatio fœmina mœsta virum.
Neu dubites, primæ fuerint quin ante Kalendæ
Martis; ad hæc animum signa referre potes.
Laurea Flaminibus, quæ toto perstitit anno,
Tollitur: et frondes sunt in honore novæ.
Janua nunc Regis posita viret arbore Phœbi:
Ante tuas fit idem, Curia Prisca, fores.
Vesta quoque ut folio niteat velata recenti,
Cedit ab Iliacis laurea cana focis.
Adde, quod arcana fieri novus ignis in æde
Dicitur; et vires flamma refecta capit.

meros consuetos in anno. Conjux tristis flet maritum eo tempore. Neve dubites, quin primæ Calendæ fuerint prius Martis, potes revocare mentem ad hæc indicia. Laurea, quæ mansit toto anno flaminibus, demitur; et nova folia sunt in honore. Janua Regis nunc viret, arbore Phœbi admota: idem fit ante tuam januam, Curia Prisca. Ut etiam Vesta tecta fronde nova splendeat, laurea alba tollitur ab aris Iliacis. Adde, quod novus ignis dicitur excitari in templo secreto, et flamma de

---

Mäz. etiam in hoc loco *cupientibus*.—136 Strozzæ *hæc oculos sign.* A. *animos*.—137 Med. *Flamineo*: Helns. conj. *Flaminiæ*.—139 Fr. *tunc* pro *nunc*. Nonnulli etiam *pos. nitet arb.*—140 *Fit idem* Heins. dedit ex Ursin. pr. A. Zulich. Nauger. aliisque compluribus pro vulg. *itidem*.—141 Alii *nit. fol.* inverso ordine.—142 Alter Pet. *laur. vitta foc.*—144 Fr. *flamm. resecta cap.*—145 Multi scripti et

NOTÆ

qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium, Tuscum nomen habuisse videtur, si qua veterum monumentis fides: quanquam sunt quoque qui ab asyli loco appellatam volverint.

134 *Hoc*] Decem mensibus.

Virum] Ademtum, scil.

136 *Signa*] Indicia; ex quibus Kalendas Martis primas fuisse constet.

137 *Laurea*] Corona ex Lauro. 'Ingrediente Martio,' inquit Macrobius, 'in regia, curiisque, atque flaminum domibus laureæ veteres novis laureis mutabantur.'

139 *Arbore Phœbi*] Lauro, scil. Phœbo gratissima propter amatam Daphnen, in eam arborem mutatam;

140 *Curia*] Numero singulari posuit pro Curiis 30. seu ædibus, in quibus sacra sua peregerunt totidem Curiæ seu populi partes in quas universos Romulus distribuit.

Prisca] Ad distinctionem 30. novarum, quæ aucto populo deinde constructæ sunt.

141 *Vesta*] Vestalis ara.

142 *Iliacis*] Quia Vestæ sacra Ilio ab Æneа advecta.

Cana] Vetus, quæ certe albicat.

143 *Arcana*] Quia maribus ad illam non dabatur accessus.

Fieri] Eadem tradunt Solinus et Macrobius.

Si licet occultos monitus audire Deorum
Vatibus; ut certe fama licere putat;
Cum sis officiis, Gradive, virilibus aptus;
Dic mihi, matronæ cur tua festa colant.
Sic ego. Sic posita dixit mihi casside Mavors;
Sed tamen in dextra missilis hasta fuit:
Nunc primum studiis pacis, Deus utilis armis,
Advocor: et gressus in nova castra fero.
Nec piget incepti. Juvat hac quoque parte morari:
Hoc solam ne se posse Minerva putet.
Disce, Latinorum vates operose dierum,
Quod petis; et memori pectore dicta nota.

audire secreta documenta Deorum, ut quidem fama credit concedi, cum sis idoneus virilibus officiis, Gradive, dic mihi, quamobrem matronæ celebrent tua festa. Ita ego locutus sum: *Mars mihi sic respondit hasta posita; sed tamen hasta missilis fuit in manu: Nunc primum* ego *Deus aptus armis requiror ad studia pacis, et concedo in nova castra. Neque pœnitet: placet etiam hærere in hac parte negotii, ne Pallas credat se solam hoc posse. Accipe quod poscis, Poëta laboriose dierum Latinorum; atque observa* mea *verba mente sedula. Roma fuit exigua, si velis memi-*

Consummatur vetus est lectio, quam reduxit Burm. vulg. legebatur *consumatur*.—169 Pr. Ed. Venet. et multi scripti G. *et viribus apt*.—171 Pro *casside* Heins. scripsit *cuspide* ex pr. A. Zulich. et aliis: Burm. vulg. *cassside* placet.—173 Fr. *pac. stud.* inverso ordine.—174 Quatuor libri *Adv. egressus in:* et duo *nov. vota fer*.—175 Uterque Maz. Zulich. Gottorph. et alii *part. moveri;* Voss. *notari*.—176 In voc. *solam* Fr. habet pro var. lect. *solum*.—178 Fr. et

NOTÆ

brevius et obscurius dixit mox exponet.

165 *Hic*] Quem proposuit 365. dierum; addito tamen quarto quoque anno die intercalari.

Lustrum] Quod spatium est quatuor annorum inclusive, aut quinque exclusive: modo ut brevitatis causa ita loqui liceat.

166 *Partibus*] Senis, scilicet, horis cujusque anni.

167 *Si licet*] Verecunde a Marte petit Naso, quamobrem Kalendas Martias colant matronæ.

169 *Virilibus*] Bello; scil.

170 *Colant*] Matronalia enim Kalendis Martiis celebrabantur, quibus munuscula invicem missitare consueverant.

171 *Ego*] Naso, scil. locutus sum.

172 *Missilis*] Quæ longe mitti posset.

174 *Gressus*] Ad Gradivi alludit cognomen.

175 *Hac*] Pacis studiis, et arte poëtica.

176 *Hoc*] Literis, scil. se, positis armis, immiscere.

177 *Operose*] Materia namque difficilis.

Parva fuit, si prima velis elementa referre,
  Roma: sed in parva spes tamen hujus erat.
Mœnia jam stabant, populis angusta futuris:
  Credita sed turbæ tunc nimis ampla suæ.
Quæ fuerit nostri, si quæris, regia nati;
  Aspice de canna straminibusque domum.
In stipula placidi carpebat munera somni:
  Et tamen ex illo venit in astra toro.
Jamque loco majus nomen Romanus habebat:
  Nec conjux illi, nec socer ullus erat.
Spernebant generos inopes vicinia dives:
  Et male credebar sanguinis auctor ego.
In stabulis habitasse, boves pavisse, nocebat;
  Jugeraque inculti pauca tenere soli.

nisse primi principii; verum spes erat tamen hujus in exigua. Jam muri stabant arcti populis venturis; sed tunc crediti nimis vasti suo agmini. Si petis quæ fuerit augusta nostri filii, vide domum de juncis et stipula. Sumebat dona lenis somni in stramine: et tamen ascendit cœlum ex illo lecto. Jamque Romanus obtinebat famam prestantiorem loco; neque uxor neque socer ullus illi erat. Vicinia potens contemnebat generos pauperes; et ego vix credebar auctor sanguinis. Oberat mansisse in præcipibus, egisse armenta, et habere pauca jugera terræ immitis. Alites et feræ

---

alli vett. *diet. tene.*—179 Quatuor libri *elem. notare.*—180 *Hujus* Burm. dedit ex optimis libris pro vulg. *urbis.*—182 Sex libri *Condita* pro *Credita.* Mox liber Stroznæ *sed turbis jam satis a. suis:* et Statii *tunc satis.*—184 Thuan. *Inspice de canna.* Dein unus Cod. *stipitibusque.*—185 Ex quibusdam melioribus Heins. restituit *carpebat:* vulg. *capiebat.*—186 Mor. unus pro var. lect. *ex humili v. i. a. loco.*—187 Multi scripti et editi *Rom. nom.* inverso ordine.—188 Pro *illi* uterque Bonon. *ulli;* Arund. *illic;* Max. et A. *illis.*—189 *Spernebant* ex Ursin. Pet. Arund. et sex aliis Heins. rectum putat; alii *Spernebat.*—190 Læti liber et alii *mal. dicebar sang.* Tum Fr. *actor* a pr. man. *auctor corr.*—191 Heins. protulit *boves* ex altero A. et F. opt. pro var. lect. vulg. *et oves.*

NOTÆ

179 *Elementa*] Initia, aut urbis primordia.

180 *Hujus*] Magnificæ, scil.

181 *Futuris*] Postquam in tantum aucta fuit Res Romana ut totius prope orbis fata caperet.

182 *Nimis ampla*] Quia viri res erant tantum unius ætatis.

183 *Nati*] Romuli, scil.

184 *Domum*] Curiam Calabriam vocat Servius, quæ, sublato Romulo, summæ religionis Romanis fuit: quamque quoties de ea aliquid vetustate fœdabatur sacerdotes instaurabant, ut integra servaretur.

186 *Venit in astra*] Relatus est in Deos.

187 *Loco*] Quia urbs parva, et stramine tecta.

190 *Male credebar*] Quis enim crederet?

Cum pare quæque suo coëunt volucresque feræque.
  Atque aliquam, de qua procreet, anguis habet.
Extremis dantur connubia gentibus: at, quæ
  Romano vellet nubere, nulla fuit.
Indolui; patriamque dedi tibi, Romule, mentem.
  Tolle preces, dixi: quod petis, arma dabunt.
Festa para Conso: Consus tibi cetera dicet;
  Ipso festa die dum sua sacra canes.
Intumuere Cures, et quos dolor attigit idem.
  Tum primum generis intulit arma socer.
Jamque fere raptæ matrum quoque nomen habebant;
  Tractaque erant longa bella propinqua mora.

junguntur singulæ cum suo pare; et serpens habet aliquam de qua sobolem generet. Conjugia conceduntur ultimis nationibus; at nulla fuit quæ vellet jungi Romano. Intumui, et immisi tibi animum patrium, Romule: Mitte orare, dixi; arma prebebunt quod poscis. Adorna festa Conso: Consus docebit te reliqua ipso die quo celebrabis sua sacra festa. Cures, atque ii quos idem dolor invasit insurrexerunt: tum primum socer admovit arma generis. Jamque fere quæ sublatæ fuerant habebant etiam nomen matrum; et bella cognata erant ducta in longum spatium. Maritæ coëunt

—192 Quatuor libri *parva* pro *pauca*.—194 Jun. *Atq. aliquid d. quo procr.* Tum Voss. *avis hab.* Heins. conj. pro *ales*.—195 *Extremis* legendum, ut meliores libri. *Heins.* Alii *Externis*.—200 Olim legebatur *Illo festa* et *sacr. facis*. Dein Liber Stat. *canas*. Duo Vatic. et Ursin. *canes;* melius, ut puto. *Ciofan.* Scripti præstantioris notæ non pauci, *Illa*, vel *Illo facta*, et *cum canes:* quanquam nonnulli recentioris notæ, *canas, facis, coles*, et similia; quare possis, *illa gesta die*. Sed cum *facta* sit in vetustioribus, assentior Gronovio nostro, qui Observationum editionis iteratæ lib. II. 21. reponit, *canet*, pro *canes*. Scribe igitur arguto acumine: *Consus tibi cetera dicet, Illa facta die cum sua sacra canet:* nam ipsum Consum hæc narrantem introduxerat Sextili mense. *Heins.* *Canes* defendit Cl. Periz. ad Sanctii Minerv. II. 12. 1.—202 Fr.

NOTÆ

193 *Cum pare*] Addita hæc ad Romuli excusationem; ut ad rapiendas Sabinas necessitate compulsus videatur.

197 *Patriam*] Ut adeoque quod cuperet vi potius quam vanis precibus consequeretur.

199 *Conso*] Hunc Consum, quem et Neptunum equestrem vocaverunt, numen fuisse volunt consiliorum; cujus ara in Circo maximo, quod scilicet consilia debeant esse occulta, sub terra occultabatur. Festa vero ipsius seu ludi 18. Augusti mulis celebrabantur.

201 *Intumuere*] Dolore, scil. quod raptæ essent suæ puellæ.

Cures] Sabini Curibus oriundi.

Quos] Cenninenses, scil. Crustumerini, et Antennates, ut ex Livio apparet.

203 *Matrum*] Pepererant, scil.

204 *Longa*] Triennium enim duravit bellum priusquam raptarum precibus componeretur.

Propinqua] Quæ inter propinquos

Conveniunt nuptæ dictam Junonis in ædem :
  Quas inter mea sic est nurus orsa loqui :
O pariter raptæ, (quoniam hoc commune tenemus,)
  Non ultra lente possumus esse piæ.
Stant acies : sed utra Di sint pro parte rogandi,
  Eligite : hinc conjux, hinc pater arma tenent.
Quærendum, viduæ fieri malimus an orbæ.
  Consilium vobis forte piumque dabo.
Consilium dederat. Parent, crinemque resolvunt ;
  Mœstaque funerea corpora veste tegunt.
Jam stabant acies ferro mortique paratæ :
  Jam lituus pugnæ signa daturus erat :

in templum appellatum Junonis, inter quas nurus mea sic incipit : O simul sublatæ, (siquidem habemus hoc commune,) non amplius possumus esse segniter piæ. Agmina sunt in conspectu ; verum eligite pro utra parte Dii sint orandi : hinc maritus, hinc genitor movent arma. Videndum malimusne fieri viduæ an orbæ : dabo vobis consilium generosum et pium. Consulerat. Obsequuntur, atque pandunt comas, et velant tristia corpora veste lugubri. Jam consistebant acies accinctæ ferro et neci : jam cornicen erat daturus signa certaminis, cum raptæ feruntur inter geni-

---

Tunc prim.—204 Mor. unus et alius *long. tristia bella mor.*—205 Jun. *Nymphæ* pro *nuptæ*. Mox in voc. *dictam* alter P. pro var. lect. habet *ditem*.—206 *Orsa* ex multis vett. Heins. magis arridet, quam vulg. *ausa*.—207 Legebam aliquando *quod jam commune :* sed tres vett. *namque hoc ;* Maz. et tres alii *quæque hoc*. Lego *quæque hoc c. tenetis*. Heins.—208 Voss. Maz. Læti, A. et quatuor alii *ultr. certe poss*.—209 Τὸ *sint* abest a nonnullis. Maz. *Dei pro parte ;* alii tres *utraque Dei ;* unus *utra Divi*. Forte *sed utrane Dei pro parte*. At Strozzæ *sed qua Di sint pro p. r.* Heins.—210 Ex melioribus *tenent ;* vulg. *tenet :* Mor. et duo alii *movet*.—211 Fr. *Quær. est :* et mox cum vulg. *malitis* pro *malimus*, quod ex melioribus profert Heins.—212 Multi alii *Cons. nobis fort*.—213 In *quibusdam ded. plorant, crinesq. resolv*.—214 A. *Et sua funerea corp.* multi alii vett. *funerea ;* vulg. autem *funesta*.—215 Multi *steterant* pro *stabant*. Fr. etiam *morti ferroque*. Gottorph. et quinque alii *ferro Martique*.—216 Maz. a pr. man. *J. lituos tubicen sign*. Zulich. *lituo tubicen :* Heins. conj. *J. liticen*

NOTÆ

seu affines.

205 *Dictam*] Quo se conventuras constituerant.

206 *Mea*] Hersiliam dicit, Martis nurum, siquidem Romuli uxor fuit.

207 *Hoc*] Quod raptæ fuimus.

208 *Lente*] Quia interea confligent patres virique nostri.

209 *Utra*] Pro patribus anne pro maritis.

211 *Viduæ*] Maritis destitutæ.

Orbæ] Sine parentibus.

212 *Consilium*] Quodnam mox patebit.

213 *Resolvunt*] Ad movendam misericordiam laceris comis in medias acies prosilierunt.

215 *Stabant*] Ordinibus ad pugnam instructis in conspectu erant.

Cum raptæ veniunt inter patresque virosque;
  Inque sinu natos, pignora cara, ferunt.
Ut medium campi passis tetigere capillis,
  In terram posito procubuere genu:
Et, quasi sentirent, blando clamore nepotes
  Tendebant ad avos brachia parva suos.
Qui poterat, clamabat avum, tum denique visum:
  Et qui vix poterat, posse coactus erat.
Tela viris animusque cadunt: gladiisque remotis
  Dant soceri generis, accipiuntque, manus.
Laudatasque tenent natas; scutoque nepotem
  Fert avus: hic scuti dulcior usus erat.

teres et maritos, et ferunt in gremio liberos pignora dilecta. Postquam venerunt in medium planitiei laceris comis, sese immiserunt terræ flexo genu. Et quasi intelligerent, nepotes porrigebant parva brachia clamore amabili ad suos avos. Qui poterat, clamabat avum tum denique conspectum; et qui vix poterat erat coactus posse. Arma atque animus excidunt viris, et ensibus positis soceri dant manus generis, atque accipiunt. Et amplectuntur filias celebratas, atque avus portat nepotem

---

pugnæ sign.—218 Fr. cum multis aliis *car. tenent;* at meliores *ferunt.*—219 Pro *passis* vulgo legebatur *scissis;* Læti Cod. et alii *sparsis:* at Maz. Zulich. Ursin. Voss. et Arund. dant *passis.* Mox octo Codd. *pass. tenuere cap.*—220 Maz. *In terra pos.*—221 Fr. *magno* pro *blando:* et Be. cum octo aliis *sermone nep.*—224 Unus R. *velle* pro *posse;* duo Codd. *scire;* unus *flere;* alius *esse.*—225 *Animusq.* dedit Heins. ex Maz. et uno A. pro vulg. *animiq.*—228 Pro *scuti,* Maz. Zulich. Arund. pr. A. et quinque alii, *scutis.* Dubia lectio: sed et lib. II. 297. dixit, 'nullus adhuc erat usus equi:' et 500. 'nec facis usus erat:' et 'usus equorum,' Met. III. 554. ut et Livius XXVI. 38. et ita sæpissime Noster: adde quod hic elegantior singularis numerus *scuti,* propter præcedens *scuto,* ponatur: quare vulgatam reduxi, quam Fr. et alii optimæ notæ

NOTÆ

220 *In terram*] Illæ, ut habet Livius, 'crinibus sparsis, scissaque veste, victo malis muliebri pavore, ausæ se inter tela volantia inferre, ex transverso impetu facto, dirimere infestas acies, dirimere iras, hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri generique respergerent,' &c. Dionysius insuper humi prostratas permansisse ait, donec astantes erigerent, moderata omnia pro viribus se facturos polliciti.

221 *Sentirent*] Quid rerum ageretur, quove consilio in medias acies allati essent.

224 *Posse coactus*] Quia in tanto tumultu perturbatus clamabat, atque adeo avi primam saltem literam *a*, qui vagientium sonus est, proferebat.

225 *Cadunt*] Atque adeo jam Hersiliæ optimum consilium intelligis.

226 *Dant*] Atque adeo fœdus percutiunt.

227 *Laudatas*] Ob pietatem, et egregium consilium.

Inde diem, quæ prima, meas celebrare Kalendas
Œbalides matres non leve munus habent.
An, quia committi strictis mucronibus ausæ
Finierant lacrymis Martia bella suis?
Vel quod erat de me feliciter Ilia mater;
Rite colunt matres sacra, diemque meum.
Quid quod hyems, adoperta gelu, nunc denique cedit;
Et pereunt victæ Sole tepente nives.
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes;
Uvidaque e tenero palmite gemma tumet.
Quæque diu latuit, nunc se qua tollat in auras,
Fertilis occultas invenit herba vias.
Nunc fœcundus ager: pecoris nunc hora creandi:
Nunc avis in ramo tecta laremque parat.

clypeos: hic erat unus carior clypeorum. Inde matronæ Œbalides non ducunt parvum officium colere meas Kalendas, et diem quæ est prima. An, quia non veritæ exponi nudatis gladiis extinxerant Martia bella suis lacrymis? Vel quia Ilia erat feliciter mater de me, matronæ rite celebrant festa et diem meum. Quid quod hyems tecta glacie nunc denique laxatur, et nives liquefactæ Sole tepido diffluunt. Folia sublata frigore renascuntur arboribus; et oculus virens turget ex tenero palmite. Atque gramen fœcundum quod diu abditum fuit nunc invenit viam qua exsurgat in dirum. Nunc campus fertilis: nunc tempus pecoris gignendi, nunc ales adornat do-

confirmant.' *Burm.*—229 Sic Heins. ex melioribus: vulg. *diem, primasq. meas.*—230 Alii *Œbaliæ* vel *Œbalidæ;* et quatuor scripti *Italides.* Mox in vet. *munus* Fr. dedit pro var. lect. *numen.*—231 Olim *Aut quia:* Heins. placet *An* ex Ursin. Max. Voss. et Arund.—232 Heins. malebat *Finierunt lacr.*—235 Fr. habet *Aut...tum* pro *Quid...nunc.*—236 *Victæ* dant Ursin. pr. A. Voss. Arund. et pauci alii; reliqui *lapsæ*, et sic vulg. editum: Max. *mœstæ:* Heins. emend. *ictæ*, quod non placet Burm.—237 Pro *detonsæ* alii vett. *extensæ* vel *excusso.*—238 Alii *Humidaque:* pr. Ed. opt. A. Max. et plures alii *Vividaq.* quod Heins. rectum putat: Zulich. *Vivaque;* et Pet. *Nudaque.* Mox Excerpt. Voss. *in tumido palm.* alii etiam *gravido.*—240 Mor. *Fert. ignotas inv.*—241 Ursin. et unus V. *pecori est nunc;* unde Heins. *pecori nunc h. mundo est.*—242 Max. et Arund. *in ramos;* A. et tres alii *in ramis.* Dein

NOTÆ

229 *Meas*] Martis sacras.

230 *Œbalides*] Sabinæ, a Laconibus ortæ, quibus ab Œbalo suo rege illud nomen.

233 *Vel quod*] Ut, scilicet, et gratum animum testarentur, et tanta felicitate quanta Mars Iliam beaverat fruerentur, si Romulo similes viros eniterentur.

235 *Quid*] Tertiam addit rationem cur Kalendis Martiis matronæ Gradivi festa colerent; quia nempe eo mense terra fœcunda, qualis et matrona fieri cupit.

Cedit] Sole quippe redeunte.

236 *Victæ*] Liquefactæ.

238 *Gemma*] Oculos dicit turgescentes vitium.

242 *Tecta laremque*] Nidum sub frondibus.

Tempora jure colunt Latiæ fœcunda parentes:
Quarum militiam votaque partus habet.
Adde, quod excubias Regi Romanus agebat,
Qua nunc Esquilias nomina collis habet.
Illic a nuribus Junoni templa Latinis
Hac sunt, si memini, publica facta die.
Quid moror, et variis onero tua pectora causis?
Eminet ante oculos, quod petis, ecce tuos.
Mater amat nuptas: matris me turba frequentant.
Hæc nos præcipue tam pia causa decet.
Ferte Deæ flores: gaudet florentibus herbis
Hæc Dea: de tenero cingite flore caput.

mum et larem in fronde. Matres Latinæ merito celebrant tempora fertilia, quarum partus facit militiam et desideria. Adde quod Romani agebant excubias Regi, qui mons habet nunc nomen Esquilias. Illic ædes publica posita Junoni a matronis Latinis hac die, si recordor. Quamobrem cesso, et onero tuum animum diversis rationibus? Ecce quod postulas extat præ oculis tuis. Mater diligit maritas; agmen matris me celebrant. Hæc causa tam pia nos decet in primis. Offerte flores Deæ: hæc Dea lætatur herbis florentibus: redimite caput flore tenero. Di-

---

Strozzæ *laremq. parant.*—245 Sic Heins. corr. nam vulg. edebatur *excub. ubi Rex Romanus ageb.* Voss. pr. A. et octo alii *ibi* pro *ubi.* At Ursin. et Maz. *Regi Romanus habebat;* multi etiam alii *habebat.*—246 Fr. *Qui nunc.* Deinde Maz. *Esquiliæ nomine;* et sic sex alii: Zulich. pr. A. Læti et octo præterea *Esquiliæ nomina:* Heins. placet *Esquilias;* vel *Esquilius.*—248 Thuan. *sic* pro *si.*—249 Voss. pr. Med. et quidam alii *pect. curis.*—251 Vulgati habebant *matrum m. t. frequentat;* unde olim conjiciebat Heins. *matres me jure frequentant:* unus F. *matres tua vota frequentant:* in Maz. a pr. man. *matres me turba frequentant:* quod placet Heins. si legas *matris* pro *matres:* in Jun. erat *turb. fatigat,* quod nec displicet Burm.—252 Alii *Hæc vos præc.*—253. 254 Duo F. *flor. arvis;* Heins. conj. *aris.* In pr. A. et Læti Cod. legitur *F. D. flores:*

NOTÆ

243 *Tempora*] Kalendas Martias.

244 *Militiam*] Desiderat mulier partum, ut miles prælium.

245 *Adde*] Quartam rationem subnectit Naso.

246 *Esquilias*] Cum Tito Tatio parum fideret Romulus, in monte Esquilino excubias habuit; atque inde illi datum nomen volunt et Naso noster et nonnulli alii: quanquam a quisquiliis, aliunde etiam etymologiam repetiverunt quibus illa non arrisit.

248 *Hac*] Kalendis, scil.

Publica facta] 'Martias Kalendas matronæ celebrant,' inquit Festus, 'quod eo die Junonis Lucinæ ædes coli cœpta sit.'

251 *Mater*] Juno, scil. Martis mater.

Amat] Præest enim nuptiis et puerperiis.

252 *Decet*] Ut grato animo in Junonem matrem filium quoque ejus Martem colamus.

253 *Deæ*] Junoni, scil.

, Tu lucem nobis, Lucina, dedisti.
ite, Tu voto parturientis ades.
tamen gravida est, resoluto crine precetur,
olvat partus molliter illa suos.
mihi nunc dicat, quare cœlestia Martis
ıa ferant Salii, Mamuriumque canant?
ha, mone, nemori stagnoque operata Dianæ:
npha, Numæ conjux, ad tua festa veni.
Aricinæ sylva præcinctus opaca
lacus, antiqua religione sacer.

Lucina, præbuisti nobis lucem. Dicite, Tu faves voto parturientis. Si qua gravis, oret coma sparsa, ut illa resolvat leniter suos partus.——Quis jam riat, quamobrem Salii portent arma cœlestia Martis, et cantent Mamurium? operata nemori et stagno Dianæ, doce: Nympha, uxor Numæ, accede ad. Est lacus sacer veteri religione circumdatus sylva obscura vallis Aricinæ.

flore coronas Nectite: de ten. &c.—255 Alii *nob. luc.* inverso ordine. At Pet. *vatis;* Heins. volebat *natis.*—256 Fr. *Tu votis part.*—257. 258 In ich. Heins. malebat *es...preceris...tuos.*—259 *Dicat* ex Voss. et tribus liqui *dicet.*—260 Alii *Mamuriumq. vocant:* Gott. *sonant;* alter Pet. 261 Voss. et quædam Edd. *mon. nemoris stagn.* Mox Excerpt. D. et et quinque alii cum pr. Venet. ed. *stagnoq. adoperta D.*—262 Alii *tua* l *sacra ven.*—263 Tres scripti *præc. acuta;* unus *apica,* Burm. conj.

NOTÆ

olvat] Atque adeo leniter et ore mater onere levetur.

'alestia] Scutum æneum dicit, lo missum in Urbis peste la- salutem ab Egeria sua Nu- idit.

'erant] Immo et pugionibus ılsabant eleganter saltantes. Eo nomine a saliendo dicti ırtis Sacerdotes.

rium] De eo sic Festus: ii Veturii nomen frequenter bus Romani frequentabant eansa. Numa regnante cœlo : fertur ancile, id est, scutum uod ideo sic appellatum est, utroque latere erat recisum, ium infimumque ejus latius ateret, unaque edita vox, potentissimam fore civita- amdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt ejus generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cœleste posset. Probatum est opus maxime Mamurii, qui præmii loco petiit, ut suum nomen inter carmina Salii canerent.'

261 *Nympha*] Egeriam dicit, de qua superius.

Operata] Operari est quandoque rem divinam facere, ut hoc loco.

262 *Tua*] Tuo consilio instituta. Omnia enim quasi monitu Deæ Egeriæ Numa faciebat, quo magis barbari acciperent.

263 *Aricinæ*] Erat in sinistra viæ parte qua Ariciam descendebatur, quæ quidem Aricia ab Alba 20. stadiis distabat.

Opaca] Nam lucus fuit, atque fanum in eo.

264 *Antiqua*] Illuc ex Taurica re-

Hippolytus, furiis direptus equorum:
emus nullis illud initur equis.
endent, longas velantia sepes,
ta est meritæ multa tabella Deæ.
ens voti, frontem redimita coronis,
a lucentes portat ab Urbe faces.
ient fortesque manu, pedibusque fugaces:
t exemplo postmodo quisque suo.
certo lapidosus murmure rivus:
sed exiguis haustibus, inde bibes.
t, quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis.
mæ conjux, consiliumque fuit.

ceratus furore equorum hic est abditus: quare illud nemus nullis equis cia dependent tegentia longas sepes, et multa tabella affixa est Deæ e fœmina compos voti cinctam habens frontem sertis fert tædas splen- e. Qui manu strenui, et pedibus leves obtinent regna; et quisque ulo suo exemplo. Rivus saxosus decurrit murmure incerto: potabis ed parvis haustibus. Egeria est quæ dat aquas, Dea accepta Musis.

264 Voss. et plurimi alii *Est locus, ant.*—265 Alii cum Ursin. nd. *Hic jacet H.* Mox Ed. Neapol. *fur. distractus eq.* quod et Fr. var. lect.—266 *Initur* Heins. placet præ vulg. *aditur.*—269 Voss. . *vot. multis red.*—271 *Fortesq. manu* Heins. profert ex Voss. h. et Maz. alii *fortes manibus.*—274 *Bibes* Maz. et Zulich. *bibis*

Principio nimium promtos ad bella Quirites
Molliri placuit jure, Deumque metu.
Inde datæ leges, ne firmior omnia posset:
Cœptaque sunt pure tradita sacra coli.
Exuitur feritas, armisque potentius æquum est:
Et cum cive pudet conseruisse manus.
Atque aliquis, modo trux, visa jam vertitur ara,
Vinaque dat tepidis salsaque farra focis.
Ecce Deum genitor rutilas per nubila flammas
Spargit, et effusis æthera siccat aquis.
Non alias missi cecidere frequentius ignes.
Rex pavet; et vulgi pectora terror habet.
Cui Dea, Ne nimium terrere; piabile fulmen
Est, ait: et sævi flectitur ira Jovis.

Illa fuit uxor et consilium Numæ. Initio placuit Romanos nimium paratos ad certamina leniri jure, et timore Deorum. Inde leges latæ, ne potentior posset omnia; et sacra indicta cœpta sunt celebrari pure. Sævitia omittitur, et quod justum validius armis: et pudet concertasse cum cive. Atque aliquis nunc terribilis jam mutatur conspecto altari; atque offert merum et molam aris calidis. Ecce pater Deorum mittit ignes coruscos per nubes, et exsiccat cælum aquis sparsis. Non alias fulgura excussa ceciderunt crebrius. Rex territus, et pavor invadit corda plebis. Cui Dea, Ne nimium expavescas, fulmen, inquit, est placabile; et ira in-

---

lim, *bibunt*. Heins. *Bibet* Be.—279 *Firmior* Heins. dedit ex plerisque vett. alii *fortior*.—280 *Merito* pro *pure* exhibent Maz. A. Læti, et octo alii.—281 Pro *Exuitur* Burm. malit *Exigitur* cum F. et A. quod putat verbum efficacius.—282 Excerpt. D. *pudor* pro *pudet*. Mox Maz. et Voss. *conser. manum*.—284 Fr. *farraq. salsa*: et Pat. *fracta*; unde Heins. faciebat *fricta*.—291 Non-

NOTÆ

275 *Egeria*] Nympha de qua jam toties.

Camenis] Musis. Sed Livium audi: 'Lucus erat quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua. Quo quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deæ, inferebat, Camœnis eum lucum sacravit, quod Dearum sibi consilia cum conjuge sua Egeria essent.'

277 *Nimium*] Namque veri latrones.

279 *Ne firmior*] Ne omnia in potentioris et fortioris arbitrio essent.

281 *Potentius*] Quia æquitati vires suas submiserunt.

283 *Vertitur*] Mutatur ac mitescit. Sed ad morem forte antiquum alludit: namque soliti in adorationis ritu corpus dextroversum circumagere. Hinc Plautus in Curculione: 'Ph. Quo me vertam nescio. Pa. Si Deos salutas dextroversum censeo.'

284 *Salsaque*] Molam ex sale et farre molito.

Focis] Aris.

285 *Ecce Deum*] Jam propius ad ancilium descendit enarrationem.

Rutilas] Fulgura.

Sed poterunt ritum Picus Faunusque piandi
  Prodere, Romani numen uterque soli.
Nec sine vi tradent: adhibeto vincula captis.
  Atque ita, qua possint, erudit, arte capi.
Lucus Aventino suberat niger ilicis umbra,
  Quo posses viso dicere, Numen inest.
In medio gramen, muscoque adoperta virenti
  Manabat saxo vena perennis aquæ.
Inde fere soli Faunus Picusque bibebant.
  Huc venit, et Fonti rex Numa mactat ovem.
Plenaque odorati Dis ponit pocula Bacchi;
  Cumque suis antro conditus ipse latet.
Ad solitos veniunt sylvestria numina fontes:
  Et relevant multo pectora sicca mero.

fensi Jovis lenitur. Ast Picus et Faunus poterunt docere morem placandi; uterque est numen terræ Romanæ. Neque docebunt sine vi: admoveto laqueos captis. Atque ita ostendit quo dolo possint capi. Lucus opacus umbra ilicis junctus erat Aventino, quo viso posses dicere, Deus ibi habitat. In medio herba, et vena aquæ jugis tecta musco virenti fluebat per saxa. Faunus et Picus propemodum soli potebant de ea. Rex Numa huc venit, et immolat ovem Fonti. Atque apponit Diis pocula plena vini: et ipse se abdit cum suis tectus spelunca. Dii sylvestres accedunt ad solitos fontes, et reficiunt pectora arida multo vino. Somnus sequitur vinc.

nulli Codd. *Sed poterant*, vel *poterit*: et mox Fr. *ritus P.*—292 *Prodere* Heins. recepit ex Ursin. Voss. Maz. Zulich. et aliis; vulg. *Tradere*. Deinde in plurimis *num. utrumque sol.*—293 *Adhibeto* rectius Ursin. Maz. Zulich. Voss. Arund. pr. A. Læti et multi alii: quatuor tamen, *adhibe tua*. Redde Ovidio suas elegantias et scribe, *adhibe sua vincula captis*. Trist. Eleg. IV. 7. ex fide membranarum, 'Cur quoties alicui chartæ sua vincula demsi, Illam speravi nomen habere tuum:' et Art. Am. III. 273. 'Arida nec vinclis crura resolve suis.' *Heins.* Hæc vero Ovidius imitatione Virgilii Geo. IV. 396. composuit. *Burm.* Vulg. edebatur *adhibe tu vinc.*—294 *Erudit* ex Voss. Arund. Maz. Zulich. Nauger. pr. A. Ursin. et aliis; vulg. *edidit*; Fr. *tradidit*.—299 Fr. inverso ordine *Pic. Faunusq.*—301 *Dis ponit* suadet Heins. pro vulg. *disponit*. Dein Maz. Voss. et Arund. *vini* pro *Bacchi*.—303 Unus R. *Invocat ad sol. sylv.*

NOTÆ

286 *Effusis*] Atque adeo multos imbres sparsos intelligas.

287 *Ignes*] Fulmina.

289 *Dea*] Egeria, scil.

291 *Picus*] Rex Latinorum, Saturni filius, Fauni pater, auguriorum peritissimus, a Circe in avem sui nominis mutatus.

293 *Vincula*] Dormientibus vincula erant injicienda.

296 *Posses*] Ex loci horrore et solitudine.

299 *Inde*] Ex ea aqua.

301 *Odorati*] Adeoque optimi.

303 *Conditus*] Ne Picum Faunumve a vini gustu absterrerent.

Vina quies sequitur. Gelido Numa prodit ab antro,
  Vinclaque sopitas addit in arcta manus.
Somnus ut abscessit; tentando vincula pugnant
  Rumpere: pugnantes fortius illa tenent.
Tum Numa, Di nemorum, factis ignoscite nostris,
  Si scelus ingenio scitis abesse meo.
Quoque modo possit fulmen, monstrate, piari.
  Sic Numa. Sic quatiens cornua Faunus ait:
Magna petis; nec quæ monitu tibi discere nostro
  Fas sit: habent fines numina nostra suos.
Di sumus agrestes, et qui dominemur in altis
  Montibus: arbitrium est in sua tela Jovi.
Hunc tu non poteris per te deducere cœlo:
  At poteris nostra forsitan usus ope.
Dixerat hæc Faunus: par est sententia Pici.
  Deme tamen nobis vincula, Picus ait;
Jupiter huc veniet, valida deductus ab arte:
  Nubila promissi Styx mihi testis erit.

Numa egreditur frigida spelunca, et immittit laqueos strictos manibus sopitis. Postquam sopor abiit, contendunt violare funes nitendo, illi coërcent acrius contendentes. Tum Numa, Dii sylvarum, inquit, *date veniam factis nostris, si cognoscitis flagitium abesse ingenio meo. Atque docete quo ritu fulmen possit piari. Ita Numa: Faunus agitans cornua sic ait: Flagitas magna, nec quæ liceat tibi cognoscere dictis nostris: nostra numina habent suos terminos. Sumus Dii sylvestres, et qui habeamus potestatem in excelsis montibus: Jupiter habet jus in sua tela. Tu non poteris evocare illum cœlo per te; at forte poteris usus auxilio nostro. Faunus dixerat hæc: eadem est sententia Pici. Ceterum, inquit Picus, tolle nobis laqueos. Jupiter huc accedet evocatus potenti arte. Styx obscura erit mihi testis promissi. Nefas est*

Quidam scripti et editi *solitum...fontem.*—306 Voss. Maz. Arund. et duo alii *subjectas* pro *sopitas.*—307 *Tentando...pugnant*, ex pr. A. Lœti, et plurimis aliis, Heins. arridet, sed mavult *luctando...pugn.* ceteri *pugnando...tentant.*—309 Fr. *Tunc N.*—313 Fr. *tib. dicere nostr.*—314 Pal. *nostr. suos.*—315 Neapolis ex suo Cod. suadet *dominemur* pro vulg. *dominamur*: bellius autem putat, quod in alio vet. *dignemur*: nonnulli etiam *dominantur*, vel *dominentur.*—316 *Vra* vulg. *tecta*, Heins. dedit *tela*, ex Maz. Zulich. Voss. Arund. et [illegible], ut de fulmine agatur: A. et Lœti *regna.*—317 Sa. *pot. cœlo deduc.*—319 *At* ex vet. Cod. alii *Sed.*—321 Vulg. scribebatur *vel. perductus ab arce*; et [illegible] plurimi scripti: ex vet. Cod. Scaliger profert *summa deductus ab arce*, et [illegible] plures

NOTÆ

305 *Quies*] Obdormiverunt.

306 *Arcta*] Non rides hos nexus cum Arnobio?

310 *Si*] Pro, siquidem.

312 *Cornua*] Cornutum, scil. et capripedem hunc agrestem Deum, [illegible] dæmonem superum, finxerunt.

314 *Tela*] Fulmina.

Emissi quid agant laqueis, quæ carmina dicant,
  Quaque trahant superis sedibus arte Jovem;
Scire nefas homini. Nobis concessa canantur,
  Quæque pio disci vatis ab ore licet.
Eliciunt cœlo te, Jupiter. Unde minores
  Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.
Constat Aventinæ tremuisse cacumina sylvæ:
  Terraque subsedit pondere pressa Jovis.
Corda micant Regis: totoque e pectore sanguis
  Fugit; et hirsutæ diriguere comæ.
Ut rediit animus, Da certa piamina, dixit,
  Fulminis, altorum Rexque Paterque Deum:
Si tua contigimus manibus donaria puris;
  Hoc quoque, quod petitur, si pia lingua rogat.

homini cognoscere quid faciant levati vinculis, quæ carmina proferant, et qua arte deducant Jovem domo ætherea. Licita dicentur a nobis, et quæ possunt palam fieri ab ore pio poëtæ. Jupiter eliciunt te cœlo; unde minores colunt te atque appellant Elicium. Certum est vertices nemoris Aventini tremuisse; atque tellus onusta pondere Jovis subsedit. Cor Regis trepidat, et sanguis fugit ex toto pectore, et hispidi capilli exhorruerunt. Postquam mens rediit, Doce, inquit, certa piamina fulminis, Rex et Genitor sublimium Deorum: si admovimus manus puras tuis aris; si etiam pia lingua orat hoc quod petitur. Assentitur roganti: verum ambage

---

alii ab Heins. collati: Fr. *summ. productus ab arc.* Voss. Arund. pr. A. Maz. et multi alii *valida veniet ded. ab arte*, vel *arce*.—322 Maz. *N. promissis S. A. test. ait*.—323 Fr. *Emiss. laq. q. ag.* mutato ordine.—324 Fr. *Qua trah. a sup.*—325 Alii *hom. est*: et mox *conc. canentur*.—326 Libri vett. cum vulgatis *pi. dici vat.* An *dici* satis apte hic legatur dubito: *duci* unus Vossianus, multo rectius; nisi *disci*, ut olim conjecerat Heinsius, quis malit; quæ verba modo vs. 313. et semper fere permutata. Et sæpe Poëta, qui Deorum discipulum se aliquando profitetur, in his libris aliorum doctorem agit: ut inf. 436. 'Disce quis iste Deus.' iv. 140. 'Causaque cur subeat (discite) certa subest.' et alibi: vid. inf. vs. 408. *ab ore queunt* Gryph. et Excerpt. Scaligeri. *Burm.*—331 Fr. cum quibusdam scriptis et editis *e corpore sang.*—332 Sa. et Mor. unus *Effugit, hirs.*—333 Plurimi *rediitque anim.* et mox Fr. *cert. piacula, dix.*—335 Pat. unus *man. sacraria pur.*—336 Sa. *quod petimus.*—337 Alii *oran. verumque*

NOTÆ

322 *Nubila*] Atra.

327 *Unde*] Ex eo quod cœlo Jovem eliciunt. Illi vero ad elicienda consilia aram in Aventino dicasse Numam testatur Livius.

Minores] Posteri.

330 *Jovis*] Qui descendit, scil. arte deductus Fauni.

331 *Micant*] Tremunt, tanti numinis horrore, scil.

Regis] Numæ.

333 *Piamina*] Quibus te possim placare sacrificia edoce, ne mittas fulmina, et fulgurita procurentur.

335 *Si*] Pro, siquidem, ut supra.

Donaria] Altaria, seu aras, in qui-

Annuit oranti: sed verum ambage remota
Abdidit, et dubio terruit ore virum.
Cæde caput, dixit. Cui Rex, Parebimus, inquit:
Cædenda est hortis eruta cepa meis.
Addidit hic, Hominis: Summos, ait ille, capillos.
Postulat hic animam: cui Numa, Piscis, ait.
Risit: et, His, inquit, facito mea tela procures,
O vir colloquio non abigende meo.
Sed tibi, protulerit cum totum crastinus orbem
Cynthius, imperii pignora certa dabo.
Dixit, et ingenti tonitru super æthera motum
Fertur, adorantem destituitque Numam.
Ille redit lætus, memoratque Quiritibus acta.
Tarda venit dictis difficilisque fides.

omissa texit veritatem, et incussit metum viro ore ambiguo. Cæde caput, inquit; cui Rex dixit, Obsequemur: Cepa eruta meis hortis est cædenda. Hic adjecit, Hominis; ille refert, extremos crines. Hic poscit animam; cui Numa dicit, Piscis. Risit: atque, His, ait, fac pies mea fulmina, o vir non arcende a colloquio meo. Verum, cum Cynthius crastinus patefecerit tibi totum orbem, dabo firma pignora imperii. Dixit, et perhibent latum super ætherem magno fragore; atque reliquit Numam adorantem. Ille revertitur gaudens, et refert acta Romanis. Fides lenta

---

amb. et Strozzæ Cod. *amb. remissa.*—341 Max. *Add. hoc omen: sum.* Deinde Heins. recepit *summos* ex quatuor suis pro vulg. *sumes.*—343 Tres scripti *tel. repellas;* unus *reponas.*—344 Vulg. edebatur *abig. Deum:* sed '*meo* rectius pro var. lect. Arund. quomodo et duo alii.' *Heins.* Fr. etiam pro var. lect. *meo.*—346 Max. *pign. cara dab.* unus liber *multa.*—347 *Motum* scribe cum Voss. Arund. pr. A. Zulich. Max. aliisque nonnullis. *Heins.* Ceteri *notum.*

NOTÆ

bus dona ponuntur.

337 *Ambage*] Breviter et sine circuitione verborum verum Jupiter aperuit; sed obscuritas fuit in ipso oraculo. Nihil moratus ille quin loqueretur, et quæ ad rem essent proferret: verum quod dixit dubium sensum habuit, uti quidem Numæ visum.

339 *Cæde*] Incide.

Cui] Jovi, scil. respondit Numa.

341 *His*] Jupiter, scil.

Hominis] Caput, scil. cædes.

Ille] Numa.

342 *Hic*] Jupiter.

Piscis] Mænæ pisciculi potius quam alius capite procurari et piari fulgurita quamobrem crediderint plane non scio.

343 *Procures*] Cepa, capillis, et pisce cæsis expies.

345 *Protulerit*] Ostenderit. Patefecerit.

346 *Cynthius*] Phœbus, a Cyntho Deli monte.

350 *Tarda*] Quia res incredibilis.

At certe credemur, ait, si verba sequatur
  Exitus. En, audi crastina, quisquis ades.
Protulerit terris cum totum Cynthius orbem,
  Jupiter imperii pignora certa dabit.
Discedunt dubii, promissaque tarda videntur;
  Dependetque fides a veniente die.
Mollis erat tellus rorata mane pruina;
  Ante sui populus limina Regis adest.
Prodit, et in solio medius consedit acerno.
  Innumeri circa stantque silentque viri.
Ortus erat summo tantummodo margine Phœbus:
  Solicitæ mentes speque metuque pavent.
Constitit, atque caput niveo velatus amictu,
  Jam bene Dis notas sustulit ille manus.
Atque ita, Tempus adest promissi muneris, inquit:
  Pollicitam dictis, Jupiter, adde fidem.

et difficilis adhibetur dictis. At certe, inquit, fides adhibebitur, si eventus sequatur voces. Ecce audi die *crastina quisquis ades. Cum Cynthius patefecerit totum cœlum terris, Jupiter præbebit indubitata pignora imperii. Abeunt incerti, et promissa videntur lenta, atque fides dependet a die futuro. Terra erat tenera pruina mane sparsa; plebs stat ante ostia sui Regis. Exit, et medius sedit in solio acerno. Viri innumeri sunt circumfusi et tacent. Phœbus prodierat tantum extrema ora; animi anxii tremunt spe et metu. Constitit, et habens caput tectum alba tiara ille sustulit manus jam bene notas Diis: atque sic ait, Tempus adest doni promissi, Ju-*

—349 Fr. *Ille venit læt.*—351 *Credemur* Burm. arridet ex Sa. et duobus aliis; vulg. *credamus:* scripti etiam plerique *credemus:* liber vetus, ab Neapol. prolatus, *credetis.* Meliores etiam, teste Heins. *sequatur;* alii *sequetur.*—352 Puto scribendum *crastine*, pro, Quisquis crastinus aderis. *Heins.*—353 Unus Mss. *Protinus extulerit cum tot.* unus etiam Heins. *totos...orbes.*—354 Unus *pign. multa dab.*—356 Scripti plurimi *fid. adveniente die.*—357 *Roratæque* plurimi ex melioribus, et pr Ed. ut ita *rorare* dicitur active. *Burm.*—359 Pr. F. et A. cum tribus aliis *consed. eburno:* at *acerno* simplicitati et paupertati temporis, quo Numa regnavit, melius convenire videtur.—360 Multi *stantq. sedentq.*—364 Francius pro *Jam* conj. *Tam.*—365 V. et F. *prom. pignoris*, quod Heins.

NOTÆ

351 *Si verba*] Si verba eventu comprobentur.

355 *Tarda*] Quia in crastinum diem dilata: namque impatientes quæ magna sunt expectamus.

361 *Summo*] Extremo. Nondum totus ortus Sol erat.

363 *Niveo*] Tiara, quæ per malas veniens mento subligatur; uti quidem veterès glossæ Juvenalis.

364 *Notas*] Quia religiosus Numa fuit et pius.

Dum loquitur, totum jam Sol emerserat orbem :
  Et gravis æthereo venit ab axe fragor.
Ter tonuit sine nube Deus, tria fulgura misit.
  Credite dicenti ; mira, sed acta, loquor.
A media cœlum regione dehiscere cœpit :
  Submisere oculos cum duce turba suo.
Ecce levi scutum versatum leniter aura
  Decidit. A populo clamor ad astra venit.
Tollit humo munus cæsa prius ille juvenca,
  Quæ dederat nulli colla premenda jugo.
Idque ancile vocat ; quod ab omni parte recisum est,
  Quaque notes oculis, angulus omnis abest.
Tum, memor imperii sortem consistere in illo,
  Consilium multæ calliditatis init.

piter, fac fidem verbis. Dum loquitur jam Sol exruerat totum orbem, et ingens tonitru factum est a polo æthereo. Deus ter tonuit sine nube, misit tria fulgura. Fidem adhibete loquenti : dico mira, sed facta. Cœlum cœpit discedere seu dividi a media regione : agmen cum Rege demiserunt suos oculos. Ecce clypeus delapsus leniter versatus tenui vento : clamor sublatus ad sidera a plebe. Ille levat donum de terra bove prius mactata, quæ nulli jugo præbuerat cervicem urendam. Atque illud vocat ancile, quia est recisum ab omni latere ; et qua lustres oculis, omnis angulus abest. Tum, recordans fata imperii stare in illo, capit consilium multæ astutiæ.

præferebat.—367 Heins. ex uno V. et Thuan. reposuit *emerserat* : vulgo edebatur *emoverat*, et sic lib. Statii, et Ma. at Ursini, cum aliis vett. *evolverat*. —368 A. et Læti *ab igne frag.* alius *ætherea...ab arce*.—369 Fr. *tr. fulmina mis.* —371 Arund. *E* pro *A*. Maz. et Voss. *A med. subito cœl. discedere visum est.* Servii Cod. et Fr. *reg. rubescere cœp.* Alii etiam vett. *visum est*.—372 In uno Pet. erat *Surrexere manus c. d. t. suas* ; quod nec ab imperito librario profectum putat Burm. Meliores, teste Heins. *suos* pro *suo* : at *suo*, judice Burm. vindicat alter locus, Trist. IV. 2. 6.—376 P. *nullo* pro *nulli*. Mox tres libri *tergo prem.* Francius volebat *colla terenda*.—377 Fr. *Atque anc.*—378 *Quaque* ex Nauger. Zulich. Maz. Ursin. Pet. et quinque aliis recepit Heins. pro vulg. *Quæque*.—380 Pet. *mira* pro *multæ*. In voc. *init* Fr. pro var. lect. ex-

NOTÆ

367 *Emerserat*] Extulerat se totum.

368 *Gravis*] Tonitru ingens.

Axe] Cœlo.

369 *Sine nube*] Cœlo sereno ; ut hinc Deum adesse intelligeretur.

371 *Dehiscere*] Divisum est cœlum.

372 *Submisere*] Reverentiæ causa.

373 *Versatum leniter*] Ne si majori impetu rueret, aut frangeretur, aut quempiam læderet.

375 *Munus*] Scutum, scilicet, cœlo delapsum.

Ille] Numa.

377 *Ancile*] Ab ancisu quoque deduxit Varro, quod ea arma ab utraque parte, ut peltæ Thracum, incisa.

379 *Memor*] Ex Jovis monitu ; de quo supra.

Plura jubet fieri simili cœlata figura;
  Error ut ante oculos insidiantis eat.
Mamurius morum fabrœne exactior artis,
  Difficile est, illud, dicere, clausit opus.
Cui Numa munificus, Facti pete præmia, dixit.
  Si mea nota fides, irrita nulla petes.
Jam dederat Saliis (a saltu nomina ducunt)
  Armaque, et ad certos verba canenda modos.
Tum sic Mamurius: Merces mihi gloria detur,
  Nominaque extremo carmine nostra sonent.
Inde sacerdotes operi promissa vetusto
  Præmia persolvunt, Mamuriumque vocant.
Nubere siqua voles, quamvis properabitis ambo,
  Differ: habent parvæ commoda magna moræ.
Arma movent pugnam, pugna est aliena maritis.
  Condita cum fuerint, aptius omen erit.

Imperat parari plura cælata simili forma; ut error obversetur oculis insidiantis. Mamurius absolvit illud opus, qui *moribus an artis fabræ dexteritate melior* fuerit, *difficile est dicere. Cui Numa liberalis ait, Posce mercedem operæ. Si fides mea perspecta, nihil frustra petiveris. Jam dederat Saliis (habent nomina a saltu) et arma, et verba cantanda ad certos modos. Tum ita Mamurius, Laus detur in præmium; atque nomina nostra audiantur in ultimo carmine. Hinc sacerdotes persolvunt mercedem promissam operi antiquo, et citant Mamurium. Siqua cupies nubere, quamvis uterque festinabitis, cunctator, levis cunctatio habet amplum præmium. Arma cient certamen, certamen non est aptum maritis. Postquam fuerint reposita,*

---

hibet *habet.*—383 Multi Codd. *Marmurius;* nonnulli *Mammurius.* Dein Sa. *mor. fabricœne exact.*—384 Heins. ex Ursin. Cod. recepit *illud,* ut referatur ad τὸ *opus:* vulg. *ulli,* vel *illi.* Mox Sa. *dic. sculpsit op.* Pet. *culsit.*—385 Pet. *N. magnificus, F.* Tum Fr. *Fati:* et Pet. idem *pet. munera, dix.*—386 P. Mor. et Excerpt. D. *vera* pro *nota.*—387 Ita Zulich. a pr. man. quod Heins. verum putat: Voss. *quæ s. n. ducunt,* et Sa. cum aliis nonnullis *qui s. n. ducunt:* plurimi autem vett. *n. dicta.*—388 Thuan. *can. sonos.*—389 Fr. *Tunc sic.*—390 Sa. *æterno* pro *extremo.*—395 Maz. V. A. et duo alii *mov. pug-*

NOTÆ

Sortem] Imperii fata. Dixerat enim Jupiter: 'imperii pignora certa dabo.'

381 *Plura*] Ut inter omnia, undecim quæ magis ad cœlestis formam accederent retinerentur.

382 *Insidiantis*] Quisquis denique ea imperii pignora, seu ancile delapsum cœlo, surripere conaretur.

383 *Morum*] Incertum, inquit, morum probitate an artis peritia præstantior fuerit Mamurius, qui ancilia cœlavit.

386 *Si mea*] Si fidis.

388 *Ad certos*] Non has nugas modo, sed et habitum Saliorum, apud

His etiam conjux apicati cincta Dialis
Lucibus impexas debet habere comas.
TERTIA NOX emersa suos ubi moverit ignes,
Conditus e geminis Piscibus alter erit.
Nam duo sunt: Austris hic est, Aquilonibus ille
Proximus. A vento nomen uterque tenet.
CUM croceis rorare genis Tithonia conjux
Cœperit, et quintæ tempora lucis aget;

men erit magis idoneum. His quoque diebus uxor cincta Dialis apicati debet habere rines impexos.——Postquam nox tertia orta moverit suas stellas; alter ex geminis Piscibus erit depressus. Nam duo sunt: hic est propior Notio, ille Aquilonibus: terque habet nomen a vento.——Cum uxor Tithonia cœperit rorare genis croceis,

as pugn. et Voss. *pugnæ*.—397. 402 abfuerant a Cod. Fr. sed in marg. le- untur a recentiore manu.—397 Vulg. edebatur *conj. apicalis c. D.* 'Miras enno turbas libri veteres hic excitant. Sed nos, omissis ceteris, ad fidos otissimum convertamur. Vulgatam tuetur Ursini codex et Nauger. *capitis istincta dialis* Pet. *apicatis cura* Maz. prim. A. et plurimi alii: *capitis distincta* runnd. aliique tres: *apicalis cincta* Voss. *apicali cincta:* Zulich. Excerpt. Pol. t duo Med. *apicati cincta*, recte: vides etiam τὸ *cincta* in omnibus fere ve- ustioribus apparere.' *Heins.*—399 *Emersa* dedit Heins. ex V. et Edd. vett. ed Codd. variant; quidam *de mense, demensa, dimensa, dimersa, demissa, di- missa, immissa, demersa.* Fr. *dimissa duos ub.* Dein multi vett. *mov. ortus.*— 01 Fr. *hic est Austr.*—402 Unus Heins. cum tribus aliis et Ed. pr. Gryph. t aliis *a ventis nom.* Dein R. et Pet. *utrumque*: Burm. conj. *a vento n. utroque enent.*—403 Zulich. Maz. et unus V. pro var. lect. *croc. rutilare gen.* neque ali- ar Sa. et unus Heins. Duo *rorare comis.* Si quid mutandum, Heins. libenter re- ocuerit *rutilare comis.*—404 Duo libri *quartæ*, pro *quintæ*. Pet. *temp. noctis erunt:*

NOTÆ

Dionys. et Plutarchum invenies.

394 *Differ*] In tempus aliquod pro- fer.

397 *Apicati*] Apice tecti: apex enim, qui proprie virga fuit lanata, (hoc est in cujus extremitate modica lana,) in summo flaminis pileo, sy- necdochice pro ipso sæpe sumitur.

Cincta] Flaminica veste velata. Festus.

Dialis] Sacerdotis Jovis.

398 *Debet*] Ut etiam per dies 14. mense Junio, donec stercus ex æde Vestæ delatum, ut videbimus in sexto Fast.

399 *T- tia*] De mense Martio, quin- to adeoque Nonas.

Ignes] Stellas.

400 *Conditus*] Occasu Acronyco mersus fuerit.

Geminis] Qui quidem sidus in Zo- diaco constituunt: namque hic virum magnum deceptum fuisse non du- bito.

401 *Austris*] Alter ex geminis, qui sunt in Zodiaco, magis ad Austrum spectat.

Aquilonibus] Alter magis in Sep- temtrionem versus.

402 *A vento*] Notius enim alter; alter Boreus appellatur.

403 *Croceis*] Quia mane crocei co- loris cœlum apparet sæpius.

Rorare] Rorem effundere. Matu- tino quippe tempore ros decidit.

Tithonia] Aurora Tithoni conjux.

Sive est Arctophylax, sive est piger ille Bootes,
  Mergetur, visus effugietque tuos.
At non effugiet Vindemitor. Hoc quoque causam
  Unde trahat sidus parva referre mora est.
Ampelon intonsum, Satyris Nymphaque creatum,
  Fertur in Ismariis Bacchus amasse jugis.
[Tradidit huic vitem pendentem frondibus ulmi;
  Quæ nunc de pueri nomine nomen habet.]
Dum legit in ramo pictas temerarius uvas,
  Decidit: amissum Liber in astra vehit.
Sextus ubi Oceano clivosum scandit Olympum
  Phœbus, et alatis æthera carpit equis;

atque excitabit tempora quintæ diei, sive est Arctophylax, sive ille est Bootes, condetur, atque subducetur oculis tuis. At non subducetur Vindemitor. Breve est etiam tempus narrare unde hoc signum ortum sit. Bacchus dicitur dilexisse in montibus Ismariis Ampelon intonsum ortum Satyro et Nympha. Dedit huic vitem alligatam ramis ulmi, quæ vitis nunc habet nomen de nomine pueri. Dum imprudens colligit uvas versicolores in ramo, decidit; Liber transtulit extinctum ad sidera. ——Cum sextus Phœbus petit cœlum arduum ab Oceano, et scandit ætherem equis

quinque etiam *lucis erunt*.—408 Nonnulli *sid. dicere parva mor.* Maz. Zulich. Voss. et sex alii *parv. referre mor.*—409 *Satyris* habent Arund. Fr. et optimus quisque, teste Burm. vulg. *Satyro*.—411 Multi cum Fr. *pend. e*, vel *ex frond.* Jun. *e frontibus*.—414 *Vehit* est ex Voss. Arund. Zulich. Maz. et pr. F. vulg. *tulit*.—415 *Oceano* Heins. profert ex Ursin. Voss. Arund. Zulich. Maz. Nauger. et tribus aliis pro vulg. *e terra*. Mox meliores *scandit* non *scandet*.—416 Pr. A. Maz. Zulich. et tres alii *et elatis æth.* Dein *carpit* ex me-

NOTÆ

405 *Arctophylax*] Custos Ursæ, qui et Bootes dicitur.

Piger] Quia hujus occasus quatuor Zodiaci signorum tempus absumit, ut docet Hygin.

Bootes] Rector boum, qui plaustrum regere videtur. Utroque enim nomine idem sidus et Ursa et Plaustrum dicitur.

406 *Mergetur*] Occidet, atque id quidem cosmice, descendente eo infra horizontem occidentalem quo tempore Sol ascendit s p a orientalem.

407 *Vindemitor*] Stella est quæ 'Trygeter' vel 'Protrygeter' Græcis dicitur, in dextra Virginis ala, quæ nostro acronyce 3. Non. Martias oritur; Columellæ sexto; Plinio octavo Idus. Vindemitor ideo dicitur, quod mane seu cosmice exoriens septimo vel undecimo Kal. Septembres, ut diversis placet auctoribus, vindemiæ maturitatem promittat.

410 *Ismariis*] Ismari Thraciæ montis.

411 *Tradidit*] Distichon adulterinum esse hoc non sine causa credidit cl. Heins.

Ulmi] Ulmis junguntur vites a quibus sustineantur.

412 *Nomen*] Ἄμπελος enim Græce dicitur.

413 *Ramo*] Ulmi, scil. In ulmo ramosa.

uis ades, canæque colis penetralia Vestæ,
era Iliacis thuraque pone focis.
is innumeris, quem maluit ille mereri,
essit titulis Pontificalis honos.
s æternis æterni numina præsunt
aris: imperii pignora juncta vides.
eris Trojæ dignissima præda favilla,
gravis Æneas tutus ab hoste fuit;

isquis ades, et frequentas adyta antiquæ Vestæ, gratulare, et admove thura is. Honos Pontificalis, quem Cæsar maluit mereri, additus est laudibus neris. Numina æterni Cæsaris præsunt ignibus æternis: aspicis pignora onjuncta. Præda dignissima de cineribus antiquæ Trojæ, qua Æneas

alii *carpet.*—417 *Canæq.* Heins. recepit ex Zulich. et Maz. a pr. vulg. *castæq.* A. *gratæq.*—418 *Cratera* ex Ursin. Zulich. et Maz. Heins. præ vulg. *Gratare:* unus *Lætare;* alius *Gratatæ.* Deinde duo et totidem *donaque pon.*—419 *Quem* ex Maz. Zulich. et Strozzæ; —420 Alii scribunt *honor.*—422 Voss. et sex alii *C. imperiis.* Dein ar. lect. in voc. *pignora,* dedit *culmina.* Tum Gottorph. *Vesta videt; ta videt.* Scripti omnes vetustiores, teste Heins. *vident,* vel *videt;* m conj. *viden'.*—423 Heins. ita constituit vs. ex Ursin. Nauger. et Pol. Vulg. legebatur *Di v. T. d. p. ferenti;* et sic Fr. nisi quod *ve- veteris.*—424 Voss. et duo alii *Qua pius Æn.*—426 Heins. conj. *Lu-*

NOTÆ

| Rubro colore distinctas.

ceano] Ex quo prodire Sol xoriens.

um] Cœlum.

næ] Antiquæ.

iacis] Ilio ab Ænea advectos Vestæ ignes jam sæpe dictum.

numeris] Quibus enim titulis noribus Augustum prosequeertamen fuit inter Patres.

maluit] Honorem Pontifica- ut Diis gratus sanctusque r.

ntificalis] Die sexto Martii, i defuncti locum subrogatus ustus, et Pontifex max. creo ab Urbe cond. 740. vel iis placet.

nibus] Vestæ focis inextinc- similitudinem siderum cœlestium custos imperii flamma vigilaret.

Æterni] Quia in Deos relatus.

Præsunt] Judex enim atque arbiter fuit rerum divinarum atque humanarum Pontifex maximus; qui Vestalibus etiam verbera aliasque pœnas, si quid deliquissent, pro jure suo infligebat.

422 *Pignora*] Ignes dicit Vestales, et Pontificem Augustum; atque hunc per summam adulationem.

423 *De veteris*] Vestam, ut vides, alloquitur.

Præda] Æneæ, scil. qui Deos Penates tanquam prædam e mediis hostibus sustulit.

424 *Tutus*] Illi enim tela et hostes fecere locum, cum Diis atque Parente onustus Troja excessit.

Ortus ab Ænea tangit cognata sacerdos
  Numina: cognatum, Vesta, tuere caput.
Quos sancta fovet ille manu, bene vivitis ignes.
  Vivite inextincti, flammaque, Duxque, precor.
Una nota est Marti: Nonis sacrata quod illis
  Templa putant lucos Vejovis ante duos.
Romulus ut saxo lucum circumdedit alto;
  Cuilibet, Huc, inquit, confuge; tutus eris.
O quam de tenui Romanus origine crevit!
  Turba vetus quam non invidiosa fuit!
Ne tamen ignaro novitas tibi nominis obstet,
  Disce quis iste Deus, curve vocetur ita.
Jupiter est juvenis: juveniles aspice vultus.
  Aspice deinde manum: fulmina nulla tenet.

onustus securus fuit ab hoste; sacerdos natus ex Ænea junctus est tuo numini: Vesta, serva caput consanguineum. Ignes, quos ille fovet sancta manu, bene vivitis. Vivite, oro, inextincti, et flamma et Imperator.——Unum est signum Marti, quia credunt ædem Vejovis dicatam illis Nonis ante duos lucos. Postquam Romulus cinxit lucum excelsis muris, dixit cuilibet, Huc confuge, eris securus. O quam de parvo initio Romanus auctus est! Quam antiquus populus non fuit invidiosus! Ne tamen novitas nominis moretur te nescium, accipe quis iste Deus, et quamobrem sic appelletur. Jupiter est juvenis: cerne faciem juvenilem. Intuere præterea manum;

---

mina, cogn. P. et Excerpt. D. *N. sacratum V.*—427 Fr. *Quos sacra fov.*—429 Alii *est Martis: N.*—430 Excerpt. D. et Sa. *T. patet luc.* et duo alii *patent.*—431 Jun. *aux. muros circ.*—432 Ex uno Mor. ac Jun. Heins. dedit *Cuilibet;* alii *Quilibet.* Idem etiam ex melioribus *inquit* pro vulg. *dixit* reposuit.—435 Sa. *tam. ignoti nov.*—437 V. *juv. juvenales asp.* Nonnulli etiam *respice;* Læti *inspice.*—438 Sic Heins. ex melioribus scriptis; vel, *manus,* ut nonnulli alii

NOTÆ

425 *Ortus ab Ænea*] Quia Augustus Julii filius per adoptionem, Julia vero gens ad Æneam per Iulum seu Ascanium natales suos referebat.

426 *Cognatum*] Quia a Venere gens Julia gens Deum.

427 *Fovet*] Quippe max. Pontifex.

Bene] Inextincti Augusti cura.

428 *Dux*] Imperator. Augustus.

429 *Nota*] Inscriptio in Fastis. Pridie Nonas factus Augustus Pontifex max. Nonis ipsis templum Vejovis dedicatum.

Marti] Pro, Martio, qui Marti sacer mensis.

430 *Vejovis*] Id est, *parvi Jovis,* ut Naso est interpretatus; vel Jovis qui, detracta juvandi facultate, vim habet nocendi, ut voluit Agellius. Namque, ut idem docet, *Ve* particula ut augendæ, sic etiam minuendæ, rei valet: solebantque etiam antiqui quosdam Deos ne obessent placare.

Duos] Locum septum densis sentibus inter duos lucos docet quoque Livius Asylo fuisse. Ædicula Vejovis in octava assignatur Urbis regione inter Arcem et Capitolium.

434 *Invidiosa*] Summa quippe petit livor.

Fulmina, post ausos cœlum affectare Gigantas,
  Sumta Jovi: primo tempore inermis erat.
Ignibus Ossa novis, et Pelion altior Ossa
  Arsit, et in solida fixus Olympus humo.
Stat quoque Capra simul: Nymphæ pavisse feruntur
  Cretides. Infanti lac dedit illa Jovi.
Nunc vocor ad nomen. Vegrandia farra colonæ,
  Quæ male creverunt, vescaque parva vocant.
Vis ea si verbi est; cur non ego Vejovis ædem,
  Ædem non magni suspicer esse Jovis?
Jamque, ubi cœruleum vallabunt sidera cœlum,
  Suspice: Gorgonei colla videbis equi.

nulla tractat fulmina. Tela accepta a Jove postquam Gigantes aggressi ascendere in cœlum: et primo tempore erat inermis. Ossa, et Pelion sublimius Ossa, atque Olympus fixus in terra solida flagravit. Est etiam juncta capra: Nymphæ Cretenses creduntur eum *aluisse: illa præbuit lac Jovi puero. Jam transeo ad nomen. Colonæ dicunt vegrandia farra quæ non bene aucta sunt, atque vesca quæ tenuia. Si ea est vocis significatio, cur ego non conjiciam templum Vejovis esse templum parvi Jovis? Jamque ubi astra cingent cœlum cæruleum, tolle oculos, aspicies colla*

---

cum pr. Ed. Ceteri *Asp. deinde: manu fulm. &c.*—439 Unus liber *cœl. tentare G.* Aliquot libri *affectasse.* Ursin. Læti, Erfurt. et tres alii dant *Gigantas;* vulg. *Gigantes.*—441 *Altior* ex plerisque vett. pro vulg. *altius.* Maz. *et P. ignibus Ossæ.* —442 Gottorph. et duo alii *in solita fix.* Fr. *solida est fix.*—445 A. et Læti *N. coloni ed.* et duo *venio.* Mox ex Erfurt. Heins. suadet *colonæ;* multi Codd. *etiam colone;* et quidam *colono:* vulg. autem *coloni.*—449 Vulg. edebatur *cær. variabunt sid.* Sed '*vallabunt* quatuor Farnesiani et tres alii cum Zulichemiano. Nec audiendi Bersmannus et Gruterus, *vacuabunt* reponentes. Sic Ep. IV. de Sole, *Frontem radiis vallatus acutis.*' Heins. Pro *cæruleum* etiam *siderum* Putean. sed *variabunt* mihi non displicet, ut flores enim prata variant et

NOTÆ

440 *Inermis*] Sagittas tamen, atque eas ad nocendum paratas, habuisse in manu testatur Agellius.

441 *Ossa*] De istis Thessaliæ montibus tædet toties verba facere.

Novis] Quos tunc Jupiter adversus suos cœlum affectare Gigantes primum misit.

443 *Capra*] Juxta Vejovis simulacrum capræ fuit figmentum, ut loquitur Agell. quæ videlicet Jovem aliquando parvum fuisse, et Amaltheæ capræ lacte nutritum, significaret.

444 *Cretides*] Cretenses: de quibus in v.

446 *Vesca*] Quæ parva, imbecilla, et exsucca, Vesca dicuntur.

447 *Ea*] Ut minuat.

449 *Ubi cærul.*] Ubi nox aderit.

450 *Gorgonei*] Pegasi alati equi, ex Medusæ Gorgonis sanguine orti; qui quidem in sidera relatus Nonis Martiis oritur heliace.

nic cæsæ gravida cervice Medusæ
ne respersis prosiluisse jubis.
ra nubes et subter sidera lapso
pro terra, pro pede penna fuit.
ndignanti nova fræna receperat ore,
vis Aonias ungula fodit aquas.
tur cœlo, quod pennis ante petebat:
lus stellis quinque decemque micat.
s aspicies venienti nocte Coronam
a. Theseo crimine facta Dea est.
perjuro mutarat conjuge Bacchum,
edit ingrato fila legenda viro.
gaudens, Quem flebam rustica, dixit,
nobis perfidus ille fuit.

. Hic dicitur prodiisse ex cervice gravida Medusæ interfectæ, jubis ine. Cœlum fuit pro terra, et penna pro pede huic currenti supra stellas. Jamque receperat fræna ore repugnante, cum levis ungula Aonias. Nunc gaudet cœlo, in quod prius contendebat alis, et splendi-ndecim stellis.—— Continuo videbis Coronam Gnossiam nocte sequente. a crimine Theseo. Jam quæ tradidit fila revolvenda viro ingrato feli-at Bacchum marito perjuro. Læta sorte lecti, Quamobrem lacrymabar it. Ille fuit nobis perjurus cum fructu. Interea Liber subigit Indos

Interea Liber, depexus crinibus, Indos
  Vincit, et Eoo dives ab orbe redit.
Inter captivas facie præstante puellas
  Grata nimis Baccho filia Regis erat.
Flebat amans conjux, spatiataque littore curvo
  Edidit incultis talia verba comis:
En iterum similes, fluctus, audite querelas:
  En iterum lacrymas accipe, arena, meas.
Dicebam, memini, Perjure et perfide Theseu!
  Ille abiit: eadem crimina Bacchus habet.
Nunc quoque nulla viro, clamabo, fœmina credat.
  Nomine mutato causa relata mea est.
O utinam mea sors, qua primum cœperat, isset!
  Jamque ego præsenti tempore nulla forem!

depexos crinibus, et redit opulentus ab orbe Eoo. Filia Regis egregia forma erat nimis grata Baccho inter puellas captivas. Uxor amans atque ambulans in sinuoso littore, protulit hujusmodi voces capillis sparsis: En undæ, accipite denuo similes questus: en arena, excipe denuo meas lacrymas. Dicebam, recordor, perjure et perfide Theseu! Ille excessit: Bacchus habet eadem crimina. Nunc etiam vociferabor, Nulla fœmina confidat viro. Causa mea est repetita nomine mutato. O utinam mea sors cucurrisset qua primum instituerat! Jamque ego nulla essem tempore præ-

---

'Codices septem, *quid fles ah rustica?* Lege, *quid flebas rustica?* vide Notas Epist. x. 75.' [Not. Var.] *Heins.* Optimi Francofurtensis codicis lectionem, *quem flebam rustica, dixit, utiliter, &c.* non potui non amplecti, quæ sensum rotundiorem efficit: et *flere aliquem* eleganter dictum. Epist. xx. 199. 'Cur modo te dubiam pavidi flevere parentes?' et ipsa Ariadna Epist. x. 45. 'Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent?' apud Propert. III. 6. 39. 'Theseæ perjuria linguæ Flet' eadem Ariadna. *Burm.*—465 Alii habent *L. depexos c. Indos;* et plurimi *depexis crinibus:* Heins. placet *Liber depexus.* —466 Alii cum Fr. *Vincit.*—468 Unus liber *G. minus B.* Heins. malebat *animis.*—469 Nonnulli *litt. parvo.*—470 Duo libri *verb. modis;* tres *sonis.*—471 Pro *En*, tam hic quam vs. seq. *Heu* Heins. opinatur legendum.—472 A. Læti, et duo alii *lacr. suscipe, aren.* duo *decipe;* Francius volebat *combibe*, vel *inhibe.*—476 Zulich. *caus. novata;* duo *iterata;* alius *necata.*—477 Pro *qua* plurimi *quo;* Arund. *cum.* Deinde Max. *primo inceperat, esset.*—478 Alii *Jamq.*

NOTÆ

462 *Fila*] Quorum beneficio ex Labyrintho sese extricavit.

463 *Gaudens*] Postquam Baccho melioribus avibus juncta fuit.

Flebam] Vide in ejus epistola in Heroidibus.

464 *Utiliter*] Quia ex Thesei perfidia nacta est Bacchum, cui nupsit.

465 *Interea*] Dum gaudet Ariadne Baccho conjuge.

466 *Eoo*] Scilicet ad Solem et partes Orientis porrecti sunt Indi, quos Bacchus vicerat.

471 *Similes*] Quales prius audistis, cum a Theseo fui relicta.

474 *Eadem*] Fidei violatæ, scil.

Creditur hic cæsæ gravida cervice Medusæ
  Sanguine respersis prosiluisse jubis.
Huic supra nubes et subter sidera lapso
  Cœlum pro terra, pro pede penna fuit.
Jamque indignanti nova fræna receperat ore,
  Cum levis Aonias ungula fodit aquas.
Nunc fruitur cœlo, quod pennis ante petebat:
  Et nitidus stellis quinque decemque micat.
Protinus aspicies venienti nocte Coronam
  Gnosida. Theseo crimine facta Dea est.
Jam bene perjuro mutarat conjuge Bacchum,
  Quæ dedit ingrato fila legenda viro.
Sorte tori gaudens, Quem flebam rustica, dixit,
  Utiliter nobis perfidus ille fuit.

* *equi Gorgonei. Hic dicitur prodiisse ex cervice gravida Medusæ interfectæ, jubis infectis sanguine. Cœlum fuit pro terra, et penna pro pede huic currenti supra nubes et sub stellas. Jamque receperat fræna ore repugnante, cum levis ungula aperuit aquas Aonias. Nunc gaudet cœlo, in quod prius contendebat alis, et splendidus fulget quindecim stellis.—— Continuo videbis Coronam Gnosiam nocte sequente. Facta est Dea crimine Theseo. Jam quæ tradidit fila revolvenda viro ingrato feliciter mutaverat Bacchum marito perjuro. Læta sorte lecti, Quamobrem lacrymabar inepta? inquit. Ille fuit nobis perjurus cum fructu. Interea Liber subigit Indos*

distinguunt, ita stellæ cœlum. *Burm.*—452 *Jubis* ex Ursin. Nauger. Maz. Zulich. et tribus aliis; vulg. *comis:* in O. pro var. lect. *jugis.*—454 Voss. *Cui lev.* Mox *fudit* Heins. reposuit ex Maz. Zulich. pr. A. Læti, Voss. et quatuor aliis pro vulg. *fodit:* Pet. et alius *fecit;* unus *fovit.*—461 Pro *perjuro* Voss. *pro juro;* quod Heins. putat *pro duro.*—462 *Legenda* Nauger. Maz. Zulich. Arund. Ursin. Helm. et alii; vulg. *regenda.*—463 Vulg. *quid* pro *quem:*

NOTÆ

451 *Creditur*] Bene, 'creditur:' namque idem est prope ac si dicas 'fabulosum est.' Fuit vero Pegasus navis nomen, qua vectus Bellerophon.

454 *Penna*] Quia alatus.

456 *Levis*] Utpote alati.

Aonias] Bœotias: montana enim ejus regionis pars Aonia dicitur, in qua mons Helicon, Musis sacer, ubi fons Hippocrene seu Caballinus, quem pedis pulsu Pegasus equus aperuit.

458 *Quinque decemque*] Plures habet Hyginus; quem vide.

459 *Venienti*] Octavo adeoque Idus.

460 *Gnosida*] Ab Ariadne, Gnoso, Cretæ urbe, oriunda, Minois filia, nomen habuit hæc Corona, quam a Libero patre, vel a Venere, ut quibusdam, nostro etiam placet, dono acceperat.

Dea] Ariadne ipsa facta est Dea Thesei crimine; quam Liberam Bacchus appellavit. Prolixe habes in Epistolis Heroidibus totam prope ejus historiam.

461 *Bene*] Quia pro homine perfido, fidelem Deum, Bacchum, scil. invenerat.

Interea Liber, depexus crinibus, Indos
  Vincit, et Eoo dives ab orbe redit.
Inter captivas facie præstante puellas
  Grata nimis Baccho filia Regis erat.
Flebat amans conjux, spatiataque littore curvo
  Edidit incultis talia verba comis:
En iterum similes, fluctus, audite querelas:
  En iterum lacrymas accipe, arena, meas.
Dicebam, memini, Perjure et perfide Theseu!
  Ille abiit: eadem crimina Bacchus habet.
Nunc quoque nulla viro, clamabo, fœmina credat.
  Nomine mutato causa relata mea est.
O utinam mea sors, qua primum cœperat, isset!
  Jamque ego præsenti tempore nulla forem!

depexos crinibus, et redit opulentus ab orbe Eoo. Filia Regis egregia forma erat nimis grata Baccho inter puellas captivas. Uxor amans atque ambulans in sinuoso littore, protulit hujusmodi voces capillis sparsis: En undæ, accipite denuo similes questus: en arena, excipe denuo meas lacrymas. Dicebam, recordor, perjure et perfide Theseu! Ille excessit: Bacchus habet eadem crimina. Nunc etiam vociferabor, Nulla fœmina confidat viro. Causa mea est repetita nomine mutato. O utinam mea sors cucurrisset qua primum instituerat! Jamque ego nulla essem tempore præ-

---

' Codices septem, *quid fles ah rustica?* Lege, *quid flebas rustica?* vide Notas Epist. x. 75.' [Not. Var.] *Heins.* Optimi Francofurtensis codicis lectionem, *quem flebam rustica, dixit, utiliter, &c.* non potui non amplecti, quæ sensum rotundiorem efficit: et *flere aliquem* eleganter dictum. Epist. xx. 199. ' Cur modo te dubiam pavidi flevere parentes?' et ipsa Ariadna Epist. x. 45. ' Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent?' apud Propert. III. 6. 29. ' Theseæ perjuria linguæ Flet' eadem Ariadna. *Burm.*—465 Alii habent *L. depexos c. Indos;* et plurimi *depexis crinibus:* Heins. placet *Liber depexus.* —466 Alii cum Fr. *Vincit.*—468 Unus liber *G. minus B.* Heins. malebat *animis.*—469 Nonnulli *litt. parvo.*—470 Duo libri *verb. modis;* tres *sonis.*—471 Pro *En*, tam hic quam vs. seq. *Heu* Heins. opinatur legendum.—472 A. Læti, et duo alii *lacr. suscipe, aren.* duo *decipe;* Francius volebat *combibe*, vel *inhibe.*—476 Zulich. *caus. novata;* duo *iterata;* alius *necata.*—477 Pro *qua* plurimi *quo;* Arund. *cum.* Deinde Max. *primo inceperat, esset.*—478 Alii *Jamq.*

NOTÆ

462 *Fila*] Quorum beneficio ex Labyrintho sese extricavit.

463 *Gaudens*] Postquam Baccho melioribus avibus juncta fuit.

Flebam] Vide in ejus epistola in Heroidibus.

464 *Utiliter*] Quia ex Thesei perfidia nacta est Bacchum, cui nupsit.

465 *Interea*] Dum gaudet Ariadne Baccho conjuge.

466 *Eoo*] Scilicet ad Solem et partes Orientis porrecti sunt Indi, quos Bacchus vicerat.

471 *Similes*] Quales prius audistis, cum a Theseo fui relicta.

474 *Eadem*] Fidei violatæ, scil.

Quid me desertis perituram, Liber, arenis
Servabas? potui dedoluisse semel.
Bacche levis, leviorque tuis, quæ tempora cingunt,
Frondibus; in lacrymas cognite Bacche meas;
Ausus es ante oculos adducta pellice nostros
Tam bene compositum solicitare torum?
Heu! ubi pacta fides? ubi, quæ jurare solebas?
Me miseram, quoties hæc ego verba loquor!
Thesea culpabas, fallacemque ipse vocabas:
Judicio peccas turpius ipse tuo.
Ne sciat hoc quisquam, tacitisque doloribus urar:
Ne toties falli digna fuisse puter.
Præcipue cupiam celari Thesea; ne te
Consortem culpæ gaudeat esse suæ.
At, puto, præposita est fuscæ mihi candida pellex.
Eveniat nostris hostibus ille color.

senti! Cur, Liber, servabas me morituram in solis arenis? potui semel dedoluisse. Bacche levis, atque levior foliis tuis, quæ redimiunt tempora, Bacche cognite in meas fletus; non veritus es turbare lectum tam bene compositum, pellice adrecta ante oculos nostros? Heu! ubi fides promissa? ubi quæ consueveras jurare? Me infelicem, quoties ego fundo has voces! Incusabas Theseum, et ipse appellabas deceptorem: ipse peccas turpius judicio tuo. Nullus istud intelligat, atque percellar secretis doloribus; ne credar fuisse merita toties decipi. Vovcam præsertim latere Theseum; ne lætetur te esse socium peccati sui. At, credo, pellex nivea anteposita est mihi nigræ. Ille color eveniat nostris hostibus. Quid tamen istud interest, si ma-

****

in præs.—479 Fr. *me in des. morituram, L.*—483 Fr. *oc. deducta pell.*—484 Plurimi *Jam ben.*—485 Fr. *Heus! ub. est p. f. u. qui j. s.*—486 Ursin. Pet. Fr. et alii nonnulli *rerb. loquar:* unus Pat. *queror;* unde Heins. *ego vera,* vel *sera queror.*—487 Alii *fullentemque.*—488 Pet. *pecc. tutius ips.* et nonnulli *turpiter.* —489 *Ne sciat* ex emend. Heins. vulg. *Nesciat.*—494 P. *ill. pudor.*—495 Quidam *refero* pro *refert.* Ex uno A. Heins. reposuit *si* pro vulg. *tibi;* et *ipse*

NOTÆ

475 *Nunc quoque*] Ex nuptiis Catullianis, Pelei et Thetidos.

477 *Primum*] Cum me Theseus prodidit.

479 *Arenis*] Diæ insulæ, ubi relicta a Theseo.

482 *Frondibus*] Pampinis, scil. quibus coronatur Bacchus.

484 *Tam bene*] Jugali jure et amore, ut videbatur, reciproco, tam pulchre munitum.

487 *Thesea*] Qui me in Dia insula destituerat.

488 *Turpius*] Alios quippe qui damnat, legem figit sibi.

489 *Hoc*] Me a Baccho deceptam, quam sciunt omnes a Theseo fuisse.

493 *Puto*] Ironice loquitur: nam qui a sole veniunt fusco sunt colore.

494 *Ille*] Qualis est pellicis.

Quid tamen hoc refert, vitio si gratior ipso est? 495
Quid facis? amplexus inquinat illa tuos.
Bacche, fidem præsta; nec præfer amoribus ullam
Conjugis, assuetæ semper amare virum.
Ceperunt matrem formosi cornua tauri;
Me tua: at hic laudi est, ille pudendus amor. 500
Né noceat quod amo: neque enim tibi, Bacche, nocebat,
Quod flammas nobis fassus es ipse tuas.
Nec, quod nos uris, mirum facis: ortus in igne
Diceris, et patria raptus ab igne manu.
Illa ego sum, cui tu solitus promittere cœlum. 505
Hei mihi, pro cœlo qualia dona fero!
Dixerat: audibat jamdudum verba querentis
Liber, ut a tergo forte secutus erat.

io placet ipso vitio? Quid agis? illa inficit tuos amplexus. Bacche, præsta fidem; neque antepone ullam amoribus uxoris solitæ semper amare maritum. Cornua pulchri tauri placuerunt matri meæ, tua mihi: at hic amor est honori, ille fuit erubescendus. Ne noceat quod amo: neque enim, Bacche, nocebat tibi, quod ipse agnoscebat amores tuos. Neque mirum facis, quod nos incendis. Crederis natus in igne, et sublatus ex flammis manu patria. Ego illa sum cui tu solitus polliceri cœlum. Hei mihi, qualia munera habeo pro cœlo! Absolverat: Liber jamdiu audiebat voces dolentis, ut forte secutus erat a tergo. Repente amplectitur, et

---

ipso.—498 Plurimi *Conj. assuevi semp.* F. *assuetum*; unde Heins. *assuetæ.* —500 Ita corr. Heins. nam olim legebatur *Me tua: sed lædit ille pud.* Ursin. pr. A. Læti, pr. Med. Voss. aliique plurimi *Me juvat et lædit:* Pet. *Me viat et ædit:* Sa. *Me tua me lædit*, vel, pro var. lect. *laudat:* Arund. Zulich. et Maz. *Me tua me laudant.* ex hisce vestigiis Heins. vs. refingit.—501 Voss. *en. hoc ib.* et unus Heins. *nocebit.*—502 Voss. *Qui fi.*—506 Duo libri *qual. damna er.*—507 Heins. dedit *audibat* ex Ursin. Pet. Voss. Maz. Zulich. pro vulg.

NOTÆ

495 *Vitio*] Colore fusco.

499 *Matrem*] Pasiphaën, quæ Tauri amore capta; ut dictum jam sæpe.

Cornua] Pro Tauro. Synecdoche est.

500 *Tua*] Baccho cornua affinxerunt imperiti ex lumine quo splendebat Mosis facies a congressu Dei, vocis Hebraeæ ambiguitate decepti. Mosen namque in Bacchum etiam deformasse Ethnicos nihil est certius; ut multis asseruit in Demonstrat. sua Evang. nobilis. Huetius.

Ille] Pasiphaës intelligo in taurum. Ne dubites.

501 *Neque enim*] Ratio est cur Ariadnæ non debeat nocere quod amorem suum confiteatur.

Nocebat] Quia non minus ideo ab Ariadne redamatus.

503 *Uris*] Jocus est in verbis. 'Urere' enim de igne et de amore dicitur.

In igne] Cum Jovis ad Semelen Bacchi matrem accessu fulmine ipsa exanimata esset; infans vero immaturus adhuc in patris femur receptus, ubi debita tempora explevit. Quam

Occupat amplexu, lacrymasque per oscula siccat:
Et, Pariter cœli summa petamus, ait.
Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula sume.
Jam tibi mutatæ Libera nomen erit.
Sintque tuæ tecum faciam monumenta coronæ;
Vulcanus Veneri quam dedit, illa mihi.
Dicta facit: gemmasque novem transformat in ignes.
Aurea per stellas nunc micat illa novem.
Sex ubi sustulerit, totidem demerserit orbes,
Purpureum rapido qui vehit axe diem;
Altera gramineo spectabis Equiria campo,
Quem Thybris curvis in latus urget aquis.

siccat lacrymas per oscula; et, Simul, inquit, ascendamus in cælum. Tu mihi juncta lecto, obtine nomina mihi cognata: jam Libera erit nomen tibi transformatæ. Atque præstabo monumenta coronæ tuæ sint tecum, quam Vulcanus dedit Veneri, illa tibi. Exequitur dicta; et mutat novem gemmas in stellas. Illa aurea nunc fulget per novem stellas.—Postquam ille *qui trahit diem purpureum curru fervido sustulerit sex orbes, et totidem condiderit; aspicies altera Equiria in campo herboso, quem Thyberis premit a latere aqui*

audierat.—509 R. *Occ. amplexum, lacr.*—511 Fr. *modo* pro *mihi.* Mox *sume* est ex altero Pet. vulg. *sumes:* Voss. et Arund. *sumis.*—512 Plurimi *Nam tib.* —514 Alter Pet. *Neptunus Thetidi quam ded. ill. tibi:* vulgati etiam *tibi:* sed *mihi* ex uno Mor. placet Burm.—515 Med. unus *nov. Mars signat in ign.*— 517 Plurimi legunt *totidemque omiserit orbes:* sed '*totidem cum deseret*, vel *deserit*, libri multi; quos inter Ursin. et Pet. quidam, *cum demserit*, vel *quot demserit;* alii aliter. Maz. Zulich. Voss. *dimiserit:* pr. A. Læti aliique nonnulli *demiserit;* Strozz. *totidemque remiserit: totidem dimerserit* Arund. Scribe, *totidem demerserit orbes.*' Heins.—518 A. *purpureo rapidum;* et unus *tepidi.*

NOTÆ

fabulam habes in Metam.

506 *Qualia*] Pellicem, scil.

508 *Secutus*] Ariadnen, scil. conquerentem.

511 *Juncta*] Liberam appellavit; ut paulo ante ex Hygino etiam monuimus.

515 *Gemmas*] Ex auro et Indicis gemmis a Vulcano factam scripsit idem Hyginus.

Ignes] Stellas. Nam totidem constat Corona.

517 *Sex ubi*] Tertio Idus, seu decimo tertio Martii mensis Equiria altera, nam prima acta mense Februario.

Orbes] Orbes Solis pro Sole ipso de novo prodeunte, atque adeo pro diebus, posuit.

518 *Purpureum*] Rubicundum.

Qui vehit] Phœbus, scilicet, seu Apollo aut Sol.

Axe] Pro curru posuit, quo Apollinem donarunt munifici Poëtæ.

519 *Campo*] Martio, scil. nisi Tiberis exundatio obstet.

520 *In latus urget*] Ab uno obit latere.

nen ejecta si forte tenebitur unda;
us accipiat pulverulentus equos.
est Annæ festum geniale Perennæ,
d procul a ripis, advena Thybri, tuis.
renit, ac virides passim disjecta per herbas
t, et accumbit cum pare quisque sua.
ve pars durat: pauci tentoria ponunt:
, quibus e ramo frondea facta casa est:
i pro rigidis calamos statuere columnis:
ıper extentas imposuere togas.
nen vinoque calent: annosque precantur,
: sumant cyathos; ad numerumque bibunt.

Qui tamen si forte tenebitur aqua exsuperante, Cælius aridus accipiat ·Idibus est festum geniale Annæ Perennæ, non longe a ripis tuis, Thybri ᵖopulus adest, et passim stratus per gramina virentia bibit, et quisque ım sua socia. Pars manet sub dio; pauci ponunt tentoria: sunt quibus frondeum paratum est ex ramis: pars fixerunt ibi arundines pro firmis imposuerunt desuper togas extentas. Incalescunt tamen sole et mero; ınt annos, quot ducant pocula; et potant ad numerum. Reperias illic,

---

moret ax.—521 P. *tam. erepta si:* Burm. conj. *erecta*, vel *adjecta. fort. movebitur und.*—522 Alii C. *accipiet.*—524 Fr. cum aliis *Non l.*—525 Pro *disjecta* A. *disjuncta;* Voss. *dissecta;* Pat. *indigesta; ·. digesta.*—526 Heins. malebat *et accumbunt cum.* Mox Jun. et *ıæque su.*—527 Unus V. *pars durant.* Dein unus Med. *tent. tendunt; ·. figunt.*—528 Heins. placet *ramo* præ vulg. *ramis.*—529 *Ubi* est ex mend. vulg. *sibi;* at vett. plurimi *ibi:* Fr. habet *sibi;* sed a pr. m. Dein pro *rigidis* Heins. conj. *Phrygiis.*—530 Quidam *Des. extensas*

NOTÆ

ɟecta] Inundatione Tibe-

rlinus] Unus ex septem Urbis ubi Campus qui minor dicıo, si Martius forte exundaerina esset inaccessus, Equintur.

ibus] Decimo quinto adeoii.

] Quo genio indulgetur. im eo die, Annæ Perennæ facta, mero pro vitæ perenecari, ut, scilicet, quot calicarent tot annos viverent: ita ut vix quisquàm non ebrius discederet.

524 *Haud procul*] Ubi Annæ Perennæ nemus, inter Anienis confluentem et pontem Milvium. De quo Martialis.

Advena] Quia ex Hetruria, unde et Tuscus amnis dictus.

527 *Sub Jove*] Sub dio: ad arboris cujusque truncum.

529 *Calamos*] Arundines.

532 *Ad numerum*] Quia, scil. pro annis suis ad eorum numerum bibebant, cyathos accurate numerabant.

Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos:
Quæ sit per calices facta Sibylla suos.
Illic et cantant, quicquid didicere theatris;
Et jactant faciles ad sua verba manus:
Et ducunt posito duras cratere choreas,
Multaque diffusis saltat amica comis.
Cum redeunt, titubant; et sunt spectacula vulgo:
Et fortunatos obvia turba vocant.
Occurri nuper. Visa est mihi digna relatu
Pompa: senem potum pota trahebat anus.
Quæ tamen hæc Dea sit (quoniam rumoribus errant)
Fabula proposito nulla tacenda meo.

qui hauriat annos Nestoris; quæ sit facta Sibylla per suos cyathos. Illic et canunt quicquid didicerunt in theatris; et movent manus faciles ad suas voces: et agitant agrestes choreas omisso poculo, atque amica comta tripudiat sparsis capillis. Cum revertuntur, vacillant; et sunt spectacula plebi: et turba occurrens dicit felices. Nuper factus sum obvius: pompa mihi visa est digna narrari: anus ebria trahebat senem ebrium. Quoniam vero falluntur rumoribus, nulla fabula prætereunda instituto meo, ne nesciatur *quæ sit hæc Dea. Flebilis Dido incensa fuerat amore*

imp.—532 Alii *Q. sumunt cyath.* Pat. *sumas.*—534 P. alter *victa* pro *facta;* unde Heins. *Cui sit p. c. victa S. s.*—535 Fr. *et captant quicq.*—537 Pro *duras* multi vett. *longas;* alii *lætas,* vel *lentas,* vel *junctas.*—538 *Multaque* ex uno Pat. alii *cultaque.* Mox duo libri *cantat* pro *saltat.*—539 *Vulgo* ex pr. A. et Læti Cod. ceteri *vulgi.*—540 Pr. Med. *vocant;* vulg. *vocat.*—541 *Occurri* Zulich. et Maz. probe; modo distinctio adhibeatur commoda. *Heins.* Alii *Occurrit.*—543 Maz. *hæc dixi quon. sermonibus errat.* Vulg. etiam *errat:* Heins. recepit *Errant* ex sex scriptis.—544 *Tacenda* est ex Zulich. et pr. A. cum

NOTÆ

533 *Nestoris*] Quem Poëtæ trecentos annos vixisse fabulati sunt, quia ad tertiam ætatem seu nonagesimum annum pervenit.

534 *Sibylla*] Cumæam intelligas, quæ in Metam. septem sæcula vixisse Æneæ refert, victuramque insuper annos 300. dicit. *Merobibas* autem fœminas tacite carpit Naso, qui bibendo Sibyllæ annos æquare posse, quanquam hyperbolice, suadet.

536 *Jactant*] Saltant, uno verbo, eo tamen modo ut motus corporis ad cantilenam, seu festiva seu gravior esset, componeretur. Hyporchemata dixerunt hujuscemodi saltationes.

Faciles] Quæ molliter ad numeros moveantur.

537 *Duras*] Rustico atque incomposito more; qui molli atque facili opponitur.

539 *Titubant*] Quia ebrii.

540 *Fortunatos*] Pauper vero tum etiam, cum vino madidus, sumit cornua, ut loquitur Flaccus.

542 *Senem potum*] Rem vero lepidam.

543 *Hæc*] Anna Perenna.

Rumoribus errant] Aliis in alias sententias abeuntibus.

Arserat Æneæ Dido miserabilis igne: 545
Arserat exstructis in sua fata rogis.
Compositusque cinis, tumulique in marmore carmen
Hoc breve, quod moriens ipsa reliquit, erat:
Præbuit Æneas et causam mortis et ensem:
Ipsa sua Dido concidit usa manu. 550
Protinus invadunt Numidæ sine vindice regnum;
Et potitur capta Maurus Iarba domo.
Seque memor spretum, Thalamis tamen, inquit, Elissæ
En ego, quem toties repulit illa, fruor.
Diffugiunt Tyrii, quo quemque agit error; ut olim 555
Amisso dubiæ rege vagantur apes.

Æneæ; incensa fuerat rogis exstructis in suam mortem. Atque cinis erat conditus, et hoc breve carmen insculptum *in marmore sepulcri, quod* quidem carmen *ipsa moriens reliquit: Æneas dedit causam necis et gladium; ipsa Dido procubuit usa sua manu. Continuo Numidæ irruunt in regnum sine defensore; et Iarba Maurus obtinet domum captam. Atque recordans se contemtum, Ecce ego tamen, ait, quem Elissa toties rejecit, potior ejus thalamis. Tyrii dilabuntur, quo error trahit singulos; ut quondam apes incertæ errant rege sublato. Tertia area acceperat messes*

decem aliis pro vulg. *tegenda:* Maz. *timenda;* Be. *regenda.*—546 Heins. malebat *Ars. et structis:* quidam Codd. *instructis* vel *extinctis.*—547 Fr. cum aliis *Compositusq. ignis, tum.* et Strozzæ *titulique.*—550 Servii Cod. *conc. ieta*

NOTÆ

545 *Arserat*] Fabulam inceptat.

Igne] Amore Æneæ. Res nota ex carmine Virgiliano.

546 *In sua fata*] Exstructo enim alto in rogo sibi mortem conscivit.

547 *Compositus*] In urnam collectus.

Tumuli] Aggestus terræ, quæ in urnam depositam jaciebatur.

Marmore] Cippo lapideo, qui in tumulo statuebatur.

548 *Breve*] Ut a prætereunte viatore majusculis insuper literis exaratum epitaphium legi posset.

550 *Ipsa*] Scilicet ipsa! Distichon, seu Epitaphium istud, ex epistola quam Didonis nomine scripsit, repetiit Naso. Vide in Heroidibus.

551 *Numidæ*] Afri, Mauri, Iarba duce, Didone extincta, Carthaginem, fugatis Tyriis, ejus conditoribus, invadunt. Numidia pars Africæ.

Vindice] Defensore: quippe mortua regina Dido.

552 *Iarba*] Hic Iarba, seu Iarbas potius, Getulorum rex fuit, qui Didus frustra nuptias ambivit.

Domo] Didus regia.

553 *Elissæ*] Didus, cui illud primum fuit nomen.

555 *Tyrii*] Qui Tyro Phœniciæ urbe profugam Elissam comitati fuerant.

556 *Dubiæ*] Incertæ quo potissimum se conferant.

Tertia nudandas acceperat area messes;
  Inque cavos ierant tertia musta lacus;
Pellitur Anna domo: lacrymansque sororia linquit
  Mœnia. Germanæ justa dat ante suæ.
Mixta bibunt molles lacrymis unguenta favillæ;
  Vertice libatas accipiuntque comas.
Terque, Vale, dixit: cineres ter ad ora relatos
  Pressit; et est illis visa subesse soror.
Nacta ratem comitemque fugæ pede labitur æquo,
  Mœnia respiciens, dulce sororis opus.
Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ
  Insula, quam Libyci verberat unda freti.
Hanc petit hospitio Regis confisa vetusto.
  Hospes opum dives Rex ibi Battus erat.

spoliandas; et tertia musta deciderant in profundas cupas; Anna fulgatur domo, atque flens deserit muros sororios: persolvit prius justa germanæ suæ. Leves cineres bibunt unguenta mista lacrymis, et accipiunt capillos dereptos capite. Atque ter Vale dixit: ter amplexa est cineres admotos ori: atque soror visa est subesse illis. Postquam invenisset navem et comitem exilii dilabitur pede æquo, respiciens muros dilectum opus sororis. Melite est insula ferax proxima sterili Cosyræ, quam fluctus maris Libyci quatit. Ad eam contendit credens hospitio antiquo Regis.

man.—557 Vulg. legebatur *Tert. nudatas acc.* pr. A. *mandatas*, quod Heins. placet: Burm. autem arridet lectio Maz. et Zulich. Codicum *nudandas.*—558 Pro *ierant* Servii, Maz. A. et F. *steterant*; unus etiam *inerant*; et duo *suberant.*—559 Fr. *soror. liquit.*—560 Pro *justa* Arund. *exta*; Fr. cum tribus aliis *busta*; quatuor *vota*; duo *jura.* Duo etiam *dat Anna suæ.*—564 Scripti fere omnes *et est illi* vis. nisi quod Pet. *illa*: Heins. putat *et his illi.*—565 *Comitemq.* ex sex libris; vulg. *comitesq.*—567 Scaliger legebat *Melitæ...Cosyra*: pro hoc etiam unus liber *Cyrenæ.*—569 Pro *confisa* in Fr. erat a pr. man.

NOTÆ

557 *Tertia*] Tertius annus præterierat a Didonis funere.

559 *Anna*] Didonis soror.

Domo] Carthagine.

Sororia] Quæ soror Elissa condiderat.

560 *Justa dat*] Lacrymas præsertim offert inferias, et quæ subjiciet Naso.

562 *Libatas*] Solenne fuit in gravi funere crines etiam in rogum mittere; aut ad compositos cineres vellere.

563 *Vale*] De more.

Cineres] Urnam, ubi compositi.

565 *Pede labitur*] Proverbio dixit pro, Navigatione utitur secunda.

566 *Mœnia*] Carthaginiensia, quæ posuerat Dido.

567 *Melitæ*] Insula maris Libyci inter Siciliam et Africam, quæ vulgo Malta dicitur.

Cosyræ] Parva est insula, quæ non ultra sex septem leucas patet.

570 *Ibi*] Longe diversa habent alii, qui Cyrenen confugisse Annam dicunt, ad Battum quidem ejus urbis,

Qui postquam didicit casus utriusque sororis;
Hæc, inquit, tellus quantulacumque tua est.
Et tamen hospitii servasset ad ultima munus,
Sed timuit magnas Pygmalionis opes.
Signa recensuerat bis Sol sua: tertius ibat
Annus; et exulibus terra petenda nova est.
Frater adest, belloque petit. Rex arma perosus,
Nos sumus imbelles, tu fuge sospes, ait.
Jussa fugit, ventoque ratem committit et undis.
Asperior quovis æquore frater erat.
Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes
Purus ager: Cameren incola turba vocant.

Rex Battus ibi erat hospes pollens divitiis. Qui ubi accepit vices utriusque sororis; Hæc terra, ait, quantulacumque est tua. Atque certe asseruisset jus hospitii ad extrema; sed metuit magnam potentiam Pygmalionis. Sol bis perlustraverat sua signa, tertius annus currebat; et terra nova petenda est profugis. Frater venit, et petit bello. Rex refugiens arma, Nos, inquit, sumus imbelles, tu abi incolumis. Admonita excedit, et credit navem ventis et fluctibus. Frater erat asvior quovis mari. Est campus vacuus ad flumina piscosa Crathidis saxosi; populus accola ap-

confusa.—573 Quidam *tam. æternum serv.* et pro *munus* unus Cod. *fœdus.* Heins. hoc distichon ita legebat: *Ne tam. hosp. servaret ad ult. mun. Extimuit magn. &c.*—575 *Recensuerat* Heins. dedit ex melioribus pro vulg. *recensebat.*—576 Plurimi editi *et exilio t. paranda novo.* Maz. alter etiam *auxilio* pro *exilio.*—577 Maz. alter *belloq. ferox. R.* quod et Burm. placet.—579 V. Be. Fr. et alii *Jussa. facit; vent.*—581 Scribitur etiam *Cratidis*; vel ut Fr. *Cradicis.*—582 *Purus* ex Voss. et Arund. vulg. *Parvus.* Legitur etiam *Camaren* vel *Cre-*

NOTÆ

oraculi jussu, conditorem. Sed hic quanquam Cyrenes conditor, non patitur ratio temporum, ut multo posterior Didonem unquam aut Annam viderit.

Battus] Rex fuit mitissimus, 'Lacrymasque dedisse Casibus humanis facilis;' lingua tamen impeditissima, cui inde cognomen: Polymnesti fuit ex Phronime pellice filius, Aristoteles nomine.

571 *Utriusque*] Didus et Annæ.

572 *Ultima*] Usque ad finem.

574 *Pygmalionis*] Tyriorum rex fuit, Didus atque Annæ frater, sororum exitio semper imminens.

575 *Recensuerat*] Duo adeoque anni effluxerant.

Sua] Duodecim illa dicit Zodiaci, quæ singulis annis Sol perlustrat.

576 *Petenda*] Annæ, scil. et comitibus; cum Batti non possent diutius hospitio frui.

577 *Bello*] Bellum illaturus illi quisquis sororem Annam defenderet.

Rex] Battus.

578 *Sospes*] Priusquam a fratre injuriam novam patiaris.

581 *Crathidis*] Calabriæ est fluvius, de quo jam in Metam.

Illuc cursus erat. Nec longius abfuit inde,
  Quam quantum novies mittere funda potest.
Vela cadunt primo, et dubia librantur ab aura.
  Findite remigio, navita dixit, aquas.
Dumque parant torto subducere carbasa lino,
  Percutitur rapido puppis adunca Noto:
Inque patens æquor, frustra pugnante magistro,
  Fertur: et ex oculis visa refugit humus.
Assiliunt fluctus, imoque a gurgite pontus
  Vertitur, et canas alveus haurit aquas.
Vincitur ars vento: nec jam moderator habenis
  Utitur, at votis: hic quoque poscit opem.
Jactatur tumidas exul Phœnissa per undas;
  Humidaque opposita lumina veste tegit.

pellant Cameren. Illuc tendebant; neque longius inde abfuit, quam quantum funda potest jacere novies. Vela primo cadunt, et hærent ex vento incerto. Nauta dixit, Pulsate aquas remigio. Atque dum intendunt demittere vela funibus tortis, puppis curva quatitur furente Austro; atque impellitur in apertum mare, nauclero nequiquam renitente; atque terra conspecta recedit ab oculis. Undæ incurrunt, et mare eruitur a profundo gurgite, et carina ducit albas aquas. Ars superatur vento; neque jam gubernator utitur gubernaculo sed precibus: hic etiam petit auxilium. Profuga Phœnissa agitatur per fluctus turgidos, et velat oculos madidos amictu

meren. Alii etiam, ut alibi, *turb. vocat.*—585 *Tò et* abest a Voss. Arund. Zulich. Maz. et tribus aliis. Iidem *dub. vibrantur ab.* Thuan. *in aura.* Heins. distichon sic constituit *V. cadunt: primo d. l. ut a. F. r. &c.* Burm. conj. *V. cadant, et ne d. librentur ab a. F. r. &c.*—587 Gottorph. *tort. submittere carb.* Deinde in voc. *lino* pro var. lect. Fr. habet *malo.*—589 Fr. *Terq pat.* et *Inq.* pro var. lect.—592 Olim conj. Heins. *Verritur, et can.* P. *et calras alv.*—594 Sic vs. refingit Heins. vulg. legebatur *Utitur: at votis is quoq.* Ursin. *aut votis Dis quoq.* Nauger. *at v. Dis:* Voss. etiam, Arund. Pet. pr. A. et multi alii *aut v.* Zulich. a pr. man. *a votis;* alii *ac,* vel *et.* Pro *is* sex libri *his;* Maz. et unus Med. *hic.* Unde Heins. nostram lectionem protulit; vel, *vix quoq.* Burm. conj. *hic quoque;* nisi, quia *Dis* est in multis, malit *Utitur: a votis Disque reposcit opem.* Heins. etiam conjecerat *ut votis usque reposcit opem.* Fr. habet *a ventis*

NOTÆ

583 *Cursus*] In eum agrum contendebant.

584 *Funda*] Aut ea funditor. Metonym. est.

585 *Cadunt*] Quia desierat ventus.

Dubia] Incerta; ut fieri solet cum ventus mutatur.

587 *Torto*] Funibus, quibus vela laxantur, aut in altum panduntur.

590 *Refugit*] Refugere videtur, cum retrocedit navis.

592 *Canas*] Albas; cujusmodi sunt quando ventis agitantur.

Alveus] Curva navis, alveo similis.

593 *Habenis*] Pro gubernaculo posuit.

594 *Quoque*] Cum jam, scilicet, ceteri pavidi Deorum suorum quisque opem implorarent.

595 *Exul Phœnissa*] Anna, scilic.

Tum primum Dido felix est dicta sorori,
  Et quæcumque aliquam corpore pressit humum.
Figitur ad Laurens ingenti flamine littus
  Puppis: et, expositis omnibus, hausta perit.
Jam pius Æneas regno nataque Latini
  Auctus erat; populos miscueratque duos.
Littore dotali, solo comitatus Achate,
  Secretum nudo dum pede carpit iter;
Aspicit errantem, nec credere sustinet Annam
  Esse. Quid in Latios illa veniret agros?
Dum secum Æneas: Anna est, exclamat Achates.
  Ad nomen vultus sustulit illa suos.
Quo fugiat? quid agat? quos terræ quærat hiatus?
  Ante oculos miseræ fata sororis erant.
Sensit, et alloquitur trepidam Cythereius heros:
  Flet tamen admonitu mortis, Elissa, tuæ.

admoto. Tum primum Dido, et quæcumque tetigit aliquod solum corpore, dicta est beata a sorore. Puppis est impacta forti vento ad littus Laurens, et, omnibus eductis, absorpta perit. Jam pius Æneas auctus erat regno et filia Latini, et miscuerat duos populos. Dum calcat viam secretam nudo pede in littore dotali, stipatus solo Achate, conspicit Annam errantem, nec potest credere eam esse: quid illa peteret campos Latinos? Dum secum Æneas; Achates exclamat, Anna est. Illa erexit faciem suam ad nomen. Quo dilabatur? quid faciat? quos quærat hiatus terræ? Mors infelicis sororis erat præ oculis. Heros Cythereius advertit, et compellat timidam: lacrymatur tamen recordatione tui obitus, Elissa. Anna, ego juro per

---

his quoq. et pro var. lect. *at votis.*—596 Quatuor libri *Humidaq. apposita.*—599 *Figitur* Heins. reposuit pro vulg. *Ducitur* ex Maz. Zulich. pr. A. Læti, Voss. Arund. et sex aliis.—602 Voss. *miscueratq. suos.*—607 Fr. *Hæc sec.* Mox Heins. malebat *Ann. en, excl.*—608 Pro *sustulit* Lib. Ursin. *sustinet;* Statii *retulit.* In codd. Heins. eadem est varietas; sed Burm. putat vulgatam retinendam esse.—608 *Quo* Heins. recepit ex pr. A. Maz. Voss. Arund. et multis aliis pro vulg. *Heu:* Zulich. *Quid.*—612 Nonnulli *tamen admonitus;*

NOTÆ

ex Phœnicia oriunda.

596 *Tegit*] Ne periculum videret.

599 *Figitur*] Illisa atque afflicta est.

600 *Expositis*] In terram delatis.

Hausta] Demersa.

601 *Nata*] Lavinia, quæ Latini patris regnum denique in dotem Æneæ tradidit.

602 *Duos*] Trojanum atque Latinum.

603 *Achate*] Qui assiduus Æneæ comes.

605 *Quid in Latios*] Istud apud se reputabat Æneas.

609 *Quærat*] Ne virum aspiciat, qui Didus sororis mortem acceleravit, Carthaginis occupatæ, exilii, quo ipsa

Anna, per hanc juro, quam quondam audire solebas
  Tellurem fato prosperiore dari;
Perque Deos comites, hac nuper sede locatos;
  Sæpe meas illos increpuisse moras.
Nec timui de morte tamen: metus abfuit iste.
  Hei mihi! credibili fortior illa fuit.
Ne refer. Aspexi non illo pectore digna
  Vulnera, Tartareas ausus adire domos.
At tu, seu ratio te nostris appulit oris,
  Sive Deus; regni commoda carpe mei.
Multa tibi memores, nil non debemus Elissæ.
  Nomine grata tuo, grata sororis, eris.

hanc terram, quam olim consueveras audire dari fato lætiore, et per Deos comites, nuper positos in hac sede, illos sæpe damnasse meas procrastinationes. Neque tamen metui de morte: iste timor abfuit. Hei mihi! illa fuit cordatior credibili. Ne memora. Vidi plagas non dignas illo pectore, non veritus ingredi domos infernas. At tu, seu ratio seu Deus admovit te nostris littoribus sume commoda mei regni. Debemus tibi multa non ingrati, nihil non debemus *Elissæ. Eris accepta*

sic etiam Ursin. Pet. et alii, et mox *motus E. tui.* Quidam alii quoque *admonitu motus, E. tui,* vel *tuo.*—617 Fr. *met. affuit iste.*—618 Duo libri *cred. certior illa.*—619 Alii *illo corpore digna.*—622 Sa. *comm. sume mei.*—623 Sa. Fr.

NOTÆ

afflicta, et naufragii causa fuit.

610 *Sororis*] Quæ, ut modo dictum, Æneæ causa sibi mortem conscivit.

611 *Sensit*] Quæcumque Annæ animo volvebantur.

Cythereius] Æneas; cui a Venere matre, quæ Cytherea a Cytheris insula dicta, illud datum nomen.

612 *Flet*] Æneas, scil. ut pium decuit.

613 *Per hanc*] Optime, ut in re tanta, Deos a primo exordio testes facit suæ innocentiæ Æneas sese excusans.

Quam] De Italia loquitur, quam si ex Marone cognoveris, tantum non pro divinitate quadam suspexeris.

615 *Deos comites*] Vestam et Deos Penates, quos secum in Italiam profugus Æneas advexit.

616 *Illos*] Deos, scil. Quos quidem Æneam objurgasse ex Virgilio didiceris.

617 *Timui de*] Hoc est, Didonem sibi manus violentas illaturam. Optima excusatio.

Metus abfuit] Optime reduplicatione utitur.

618 *Hei mihi*] Commiseratio apposita.

Fortior] Quæ sibi mortem conscivit.

619 *Ne refer*] Non tantum quia nota omnia, ut bene quidem observaverant; sed quia præsertim nimio dolore torqueretur. Atque hoc cautissimum ad gratiam comparandam.

620 *Ausus*] Ne pigeat de eo Æneæ ad Inferos descensu Maronem ipsum audire, Æn. VI.

623 *Multa tibi*] Vide quam apposita, quamque composita oratio. De-

Talia dicenti (neque enim spes altera restat) 625
Credidit; errores exposuitque suos.
Utque domum intravit Tyrios induta paratus,
Incipit Æneas: (cetera turba silet:)
Hanc tibi cur tradam, pia causa, Lavinia conjux,
Est mihi: consumsi naufragus hujus opes. 630
Orta Tyro, regnum Libyca possedit in ora:
Quam precor ut caræ more sororis ames.
Omnia promittit, falsumque Lavinia vulnus
Mente premit tacita, dissimulatque fremens.
Donaque cum videat præter sua lumina ferri 635
Multa palam; mitti clam quoque multa putat.
Non tamen exactum, quid agat. Furialiter odit;
Et parat insidias, et cupit ulta mori.

nomine tuo, eris accepta nomine *sororis. Credidit narranti talia; (neque enim spes alia superest;) atque retulit errores suos. Et postquam subiit domum, ornata cultibus Tyriis, Æneas incipit, cetera turba tacet. Lavinia uxor, est mihi pia causa quamobrem tibi hanc tradam: passus naufragium exhausi hujus facultates. Orta Tyro obtinuit regnum in regione Libyca, quam oro ut diligas tanquam caram germanam. Lavinia pollicetur omnia, et tegit mente secreta falsum vulnus, atque furens dissimulat. Et cum cernat munera portari sub suis oculis, arbitratur multa mitti palam, multa etiam secreto. Non tamen certum quid incipiat. Odio habet insano; molitur dolos, et optat occidere ulta. Nox erat: Dido infecta sanguine,*

et nonnulli alii *multum* pro *nil non*.—625 Fr. *nec enim*.—629 Sa. cum tribus aliis *cur credam, pia*.—631 Fr. *T. est Lib. regn. pos*.—633 Duo Med. *tacitumque; unus captumque:* Heins. conj. *cautumque*.—634 Max. *gerit* pro *premit*. Be. *premit: dissimulatq. metus. Fremens* Heins. profert ex Ursin. Max. Zulich. Nauger. et tribus aliis; vulgo legebatur *metus*.—635 Zulich. Max. Pol. et tres alii *cum vidit prat*. Tum Læti Cod. et sex alii *sua limina*. Denique *ferri* vett. omnes, teste Heins. ceteri *mitti*.—636 Plurimi *Multa tamen mitt*. et mox Fr. *timet* pro *putat*. Heins. distichon ita distinguit: *sua lumina ferri: Multa palam mitti, clam quoq. &c*.—637 *Tamen* ex Max. pr. A. et tribus aliis Heins. arridet, ut τὸ *est* subintelligatur; alii *habet*.—638 Ursin. Zulich. Max. Voss. Arund. et alii quidam *Præparat insid*. vulgata Heins. placet.—

NOTÆ

bemus, inquit, tibi multa; Elissæ omnia. Memores adeoque erimus, &c. Ad singulas voces ipse attende.

636 *Neque enim*] Optime istud ad decorum.

637 *Tyrios*] Purpureos; atque auro intextas vestes, quales apud Virgil. Æn. IV.

639 *Pia*] Quia exul, bene merita, &c. Quanquam pius Æneas, credo, non omnia retulit.

633 *Falsum*] Falso quippe adductam sibi pellicem credidit.

637 *Agat*] Lavinia, scil. quæ quidem aliquid insigne adversus Annam moliebatur; quid tamen illud esset nondum invenerat.

Nox erat: ante torum visa est astare sororis,
  Squalenti Dido sanguinolenta coma;
Et, Fuge, ne dubita, mœstum, fuge, dicere, tectum.
  Sub verbum querulas impulit aura fores.
Exsilit; et velox humili super arva fenestra
  Se jacit. Audacem fecerat ipse timor.
Quaque metu rapitur, tunica velata recincta,
  Currit, ut auditis territa dama lupis.
Corniger hanc cupidis rapuisse Numicius undis
  Creditur, et stagnis occuluisse suis.
Sidonis interea magno clamore per agros
  Quæritur. Apparent signa notæque pedum.
Ventum erat ad ripas: inerant vestigia ripis.
  Sustinuit tacitas conscius amnis aquas.

capillis fœdis, visa est adesse sorori ante lectum, atque dicere, Vita, ne hæreas, vita tristem domum. Ventus agitavit januam stridentem, sub ipsam *vocem. Prorumpit: et celeriter se mittit in campum ex depressa fenestra: ipse pavor fecerat audentem. Et tecta tunica recincta, fugit qua abstrahitur timore sicuti dama tremefacta lupis auditis. Numicius corniger creditur abstulisse hanc fluctibus fervidis: atque abdidisse suis gurgitibus. Interea Sidonis quæritur ingenti clamore per campos: vestigia atque indicia pedum cernuntur. Accesserant ad ripas: signa impressa erant ripis: fluvius conscius repressit aquas silentes. Ipsa visa est dicere,*

639 Liber Ursin. et duo alii *ante oculos visa.* Mox Pet. unus *sorori*, quod non facile abjecerit Burm.—641 Vulg. legebatur *Effuge*, *n. d. m. soror*, *effuge t.* Ursin. dedit *Et fuge.* Deinde idem Cod. cum Maz. Zulich. Pet. Arund. et plurimis aliis *mœstum*, *fuge*, *dicere*, *tectum.* Hac auctoritate Burm. suum construxit. Jun. habet *mœstum dimittere tectum:* pr. Med. *mœsto discedere tecto;* alius *mœstum tibi linquere tectum:* duo libri *fuge*, *me duce*, *tect.* Læti Cod. et alius *fuge*, *desere tect.* et Voss. *ducere.* Ex hisce vestigiis Heins. vs. constituit: *Heu fuge*, *n. d. funestum*, *ait*, *heu fuge tectum:* et ita quidem corr. Francius.—643 Sic vett. teste Neapoli: at vulg. *vel. illinc s. ausa f.* et sic Fr. nisi quod *illi* pro *illinc* exhibet: F. *s. altæ f.*—644 Alii *ille* pro *ipse.*—645 *Quaque* Heins. dedit ex plurimis opt. Codd. pro vulg. *Cumque.*—647 *Cupidis* ex Arund. Maz. Zulich. pr. F. et tribus aliis Heins. placet præ vulg. *tumidis:* pr. A. et Voss. *rapidis;* et duo *timidis.*—650 Ursini Cod. et pr. V. *sign. notata ped.*—651 Pr. A. et Læti *rip. instant vest.* et mox Pet. *ripæ.*—652 Zulich. Maz. pr. A. et duo alii *Sust. tenues consc.* et duo alii *rapidas.*—

NOTÆ

639 *Sororis*] Annæ, scil.

641 *Mœstum*] In quo triste facinus te adversum paratur.

642 *Sub verbum*] Quo tempore Annam sororem Dido per somnum alloquebatur.

647 *Numicius*] Latii parvus fluvius, in quo et repertum Æneæ cadaver.

649 *Sidonis*] Anna, cui a Sidone Tyro vicina urbe illud nomen.

652 *Sustinuit*] Ne murmur ederent, atque Annæ vox audiri posset.

Ipsa loqui visa est, Placidi sum Nympha Numici:
  Amne perenne latens Anna Perenna vocor.
Protinus erratis læti vescuntur in agris,
  Et celebrant largo seque diemque mero.
Sunt quibus hæc Luna est, quia mensibus impleat annum:
  Pars Themin, Inachiam pars putat esse bovem.
Invenies, qui te Nymphen Atlantida dicant;
  Teque Jovi primos, Anna, dedisse cibos.
Hæc quoque, quam referam, nostras pervenit ad aures
  Fama: nec a vera dissidet illa fide.
Plebs vetus, et nullis etiamnum tuta Tribunis,
  Fugit; et in Sacri vertice montis abît.

Sum Nympha lenis Numici; delitescens amne perenne, appellor Anna Perenna. Continuo læti epulantur in campis lustratis, atque celebrant se atque diem multo vino. Sunt quibus hæc est Luna, quod conficiat annum mensibus, pars credit esse Themin, alii vaccam Inachiam. Reperies qui asserant te esse *Nympham Atlantidem; teque, Anna, præbuisse Jovi prima alimenta. Hic etiam rumor, quem proferam, tetigit nostras aures; neque is procul est a certa fide. Antiquus populus, neque adhuc satis securus suis Tribunis, secessit; et fugit in cacumen sacri montis. Jam*

653 Pro *placidi* Zulich. Maz. Arund. pr. A. Voss. Nanger. et tres alii *rapidi*; sed male: posset tamen *placiti* legi; quomodo Met. I. 702. ' placitum Ladonis in amnem' pro *placidum* reposuimus. *Heins.*—654 Unus liber *P. loquor.*—655 A. *Prot. errantes læt.* Tum Mor. *vescuntur*; et sex *in arvis.*—657 Sa. *quæ* pro *quia.* Dein Voss. et V. *impl. orbem.*—659 Alii *Athalantida*; et nonnulli *Nilanida.* Mox Fr. *dicat.*—662 Ursin. Zulich. Maz. pr. A. Læti, pr. Med. et septem alii dant *vera:* vulg. *veri.*—663 *Et* Gottorph.: quatuor *a:* Med. et Thuan. *ex.* Deinde *etiamnum* est ex Heins. emend. vulg. *etiam nunc*; quinque *tum tuta*; multi et editi quoque *tunc*; Maz. *sat*; Voss. *etiam tutata T.*—664 *Abit* ex Cod. Ursin. pr. A. Maz. pr. F. et aliis nonnullis Heins. dedit

NOTÆ

Conscius] Quippe qui Annam sustulerat.

653 *Placidi*] Seu potius rapidi, qui fugientem hauserit.

654 *Perenna*] A perenni aquarum fluxu.

655 *Erratis*] In quibus erraverant Annam quærentes.

656 *Se*] Qui quæsivissent et invenissent Annam.

657 *Hæc*] Anna Perenna, scil.

658 *Themin*] Quæ Dea quid fas sit docens vetustissimam in Bœotia dicitur habuisse oraculum.

Inachiam] Isidem, scil. quæ quidem prius Inachi filia Io nomine: de qua plura in superioribus.

Bovem] In vaccam mutatam Junonis zelotypia dictum sæpius.

659 *Atlantida*] Unam ex Atlantis filiabus, quam Jovis fuisse volunt nutricem.

662 *A vera*] Ut ipse adeoque maximus fabularum consectator ceteras minus probet.

663 *Tuta*] In terga enim debito-

Jam quoque, quem secum tulerant, defecerat illos
  Victus, et humanis usibus apta Ceres.
Orta suburbanis quædam fuit Anna Bovillis
  Pauper, sed mundæ sedulitatis, anus.
Illa, levi mitra canos redimita capillos,
  Fingebat tremula rustica liba manu.
Atque ita per populum fumantia mane solebat
  Dividere. Hæc populo copia grata fuit.
Pace domi facta signum posuere Perennæ,
  Quod sibi defectis illa tulisset opem.
Nunc mihi, cur cantent, superest, obscœna puellæ,
  Dicere: nam coëunt, certaque probra canunt.

etiam cibi quos secum portaverant atque triticum idoneum usibus humanis illis deerat. Fuit quædam Anna orta Bovillis suburbanis, anus pauper, sed nitidæ sedulitatis. Illa habens comam albam tectam levi rica fingebat liba rustica manu tremente: atque sic consueverat spargere mane in plebem ea fumantia. Hæc abundantia fuit accepta plebi. Pace domi restituta, statuerunt simulacrum Perennæ, quia illa auxilio fuisset sibi destitutis. Jam mihi restat aperire, quamobrem puellæ canant turpia: nam conveniunt atque cantant certa probra. Facta erat nuper

pro vulg. *erat.*—665 *Illos* Ursin. Voss. Pet. Sa. et tres alii: plurimi etiam cum Fr. *illis.*—666 Pro *usibus* Heins. margini ascripserat *esibus.*—667 Pro *quædam* quatuor Codd. *quondam:* et mox quidam cum Nonio Marcello scribunt *Bohillis.*—668 *Mundæ* ex Maz. et Zulich. a pr. m. et uno suo Heins. placet præ vulg. *multæ:* duo scripti *miræ.*—669 Mor. *Illa brevi:* et alius liber *vitta can. Redimita* etiam meliores, teste Heins.; alii *incincta,* vel *succincta.*—670 Duo libri *Frangebat tr.* et duo *Scindebat:* Mor. *Cingebat.* Dein *tremula* est ex tribus V. Ursini, et Statii libris; alii cum vulg. *trepida.*—671 Volebat Francius *Atq. ea per p.*—673 Heins. suadet *Perennæ* ex pr. a. et quatuor aliis: plurimi autem *Perenne.*—674 *Tulisset* cum melioribus Heins.

NOTÆ

rum sæviebant etiam fœneratores.

Tribunis] Hos juris sui vindices, ob impotentiam maxime fœneratorum, anno ab Urbe 260. sibi per secessionem a Patribus paravit plebs Romana.

664 *Fugit*] Secessit a Patribus, atque in Monte Sacro per hyemem totam permansit, donec Menenii Agrippæ sapientia et auctoritate, postquam etiam de superbia sua aliquid remisisset nobilitas, tandem revocata est.

Sacri] Hic tumulus, qui ad tertium milliarium trans Anienem primus occurrit, via Nomentana, Sacer ideo appellatus quod ibi Jovi Fauno post reditum in Urbem plebs aram posuerit.

666 *Ceres*] Deam pro inventis frugibus tritico seu frumento posuit.

667 *Bovillis*] Suburbanum dixit istud oppidum, quia aliud fuit in Campania.

668 *Mundæ sedulitatis*] Duobus verbis elogium quo opus erat absolvit.

669 *Mitra*] Pileum fuit aut palliolum muliebre Lydio more.

672 *Copia*] Pro anus tamen tenuitate.

673 *Pace*] Postquam in Urbem

Nuper erat Dea facta; venit Gradivus ad Annam;
Et cum seducta talia verba facit.
Mense meo coleris: junxi mea tempora tecum:
Pendet ab officio spes mihi magna tuo.
Armifer armiferæ correptus amore Minervæ
Uror: et hoc longo tempore vulnus alo.
Effice, Di studio similes coëamus in unum.
Conveniunt partes hæ tibi, comis anus.
Dixerat. Illa Deum promisso ludit inani;
Et stultam dubia spem trahit usque mora.
Sæpius instanti, Mandata peregimus, inquit:
Evictas precibus vix dedit illa manus.
Gaudet amans, thalamosque parat. Deducitur illuc
Anna tegens vultus, ut nova nupta, suos.

Dea. Gradivus accessit ad Annam, et hujusmodi voces profert ad semotam. Sacra sunt tibi meo mense: junxi mea tempora tecum; spes magna mihi pendet ab officio tuo. Ego armifer ardeo incensus amore Palladis armiferæ: atque gero istud vulnus a longo tempore. Fac, ut Dii similes studio jungamur. Anus comis, hæ partes tibi conveniunt. Absolverat: illa imponit Deo vana pollicitatione, et usque producit spem ineptam incerta mora. Cum frequentius urgeret, Jussa, ait, absolvimus: illa ægre præbuit manus victas precibus. Amans lætatur, atque adornat thalamos. Anna velans faciem suam ut nova nupta perducitur illuc. Mars libaturus sua-

monet scribendum; alii *ferebat*.—676 In Fr. a m. pr. *non* pro *nam*. Dein A. et septem alii *cunctaque;* Med. et duo *multaque*.—678 R. et alius *tal. voce refert:* nonnulli etiam *verba refert*.—679 Duo Med. *numina* pro *tempora*.—681 Multi cum pr. Ed. et Aldin. et aliis *Armiger armigeræ*.—682 Pet. *Vulneror; et long*. Plurimi etiam *Uror et in long*. et unus *a* pro *in*.—683 Jun. *nos* pro *Di*. Mox Heins. volebat *simili* pro *similes*. Dein Pet. *jaceamus;* et alter Maz. et sex alii *in uno*.—684 Pat. *Conveniant part*.—686 Pr. A. Maz. et Servii *Et stultum d. speque moraque trahit*.—688 *Evictas* ex R. et Sa. plurimi *Evicta*, vel *Et victa est prec*.—689 *Gaudet* Heins. recepit

NOTÆ

plebs rediit.

Signum] Statuam, cum ara.

677 *Gradivus*] Mars.

680 *Pendet ab*] In te spes est. Pendet a te quod voveo.

682 *Hoc*] Amoris, scil.

683 *Di*] Mars, scil. et Minerva bellorum præsides.

In unum] Per conjugium, scil.

684 *Hæ partes*] Ut Minervam ad conjugium flectas.

685 *Inani*] Quia tametsi sese promisisset cum Minerva acturam, et ad connubium pellecturam, nequaquam illud curavit.

686 *Stultam*] Martis stultæ Minervæ nuptias ambientis.

Dubia] Qua modo rem bene, modo male sese habere anus Marti referebat.

688 *Dedit manus*] Votis annuit.

Illa] Minerva, scil.

689 *Amans*] Martem intellige.

Illuc] In Martis thalamos.

Oscula sumturus subito Mars aspicit Annam;
  Nunc pudor elusum, nunc subit ira, Deum.
Ridet amatorem caræ nova Diva Minervæ:
  Nec res hac Veneri gratior ulla fuit.
Inde joci veteres obscœnaque dicta canuntur:
  Et juvat hanc magno verba dedisse Deo.
Præteriturus eram gladios in Principe fixos;
  Cum sic a castis Vesta locuta focis:
Ne dubita meminisse: meus fuit ille Sacerdos:
  Sacrilegæ telis me petiere manus.
Ipsa virum rapui, simulacraque nuda reliqui.
  Quæ cecidit ferro, Cæsaris umbra fuit.

via videt repente Annam: jam verecundia, jam ira corripit Deum deceptum. Nova Diva irridet amatorem dilectæ Palladis: neque res ulla fuit gratior Veneri. Inde joci antiqui, et verba salacia cantantur: atque conducit huic fefellisse magnum Deum. Omissurus eram enses adactos Principi, cum Vesta ita locuta est a castis altaribus: Ne cunctator mentionem fecisse: ille fuit meus sacerdos: manus impiæ irruerunt in me gladiis. Ipsa sustuli virum, et reliqui inanem figuram. Umbra fuit Cæsaris quæ afflicta ferro. Ille quidem cælo receptus ser-

ex Ursin. Maz. Voss. Arund. pr. A. et duobus aliis pro vulg. *Credit;* at hoc minime displicet Burm. Plurimi etiam habent *deduc. istuc.*—691 Bonon. *M. inspicit A.*—693 *Ridet* ex pr. A. Voss. Arund. Maz. Zulich. et sex aliis Heins. placet præ vulg. *Ludis:* nam 'elusum' præcesserat. Be. *Ludis a. quare nov.* et unus Heins. *canæ nov.* Burm. conj. *castæ*, ut Francius volebat. Dein Fr. a pr. m. *dira M.*—694 Be. *Nec Veneri res hac gr.*—695 Plurimi pro *dicta* habent *verba:* et tres Codd. *feruntur.*—697 Pr. A. et Læti in *Cæsare fix.* unus liber *corpore.*—698 Jun. *Diva* pro *Vesta.*—700 Unus *me*

NOTÆ

690 *Tegens*] Flammeo, scil. quo nova nupta velatur cum ad virum deducitur.

691 *Subito*] Postquam Annæ vultus detexisset.

697 *Præteriturus*] Atque equidem data opera, rei, scilicet, atrocis odio permotus.

Principe] Julio Cæsare, qui tribus et viginti vulneribus anno ab Urbe condita 709. in curia confossus est. Dies 'Parricidium' dictus, ac decretum ne eodem Senatus unquam cogeretur.

698 *Castis*] Quia casta ipsa Dea, quæ in focis colebatur.

699 *Sacerdos*] Pontifex quippe fuit Maximus, ad quem sacrorum suprema cura pertinebat.

700 *Me*] Siquidem carissimum sibi Sacerdotem ferro violaverunt.

701 *Virum*] Julium Cæsarem, scil. quem in cœlum Vesta transtulisse dicit.

Simulacra] Corpus dicit Cæsaris, quod ipsius tantum quasi species aut umbra quædam. Atque equidem istud verissimum, et mente altissima omnibus perscrutandum.

le quidem cœlo positus Jovis atria servat;
Et tenet in Magno templa dicata Foro.
t quicumque nefas ausi, prohibente Deorum
Numine, polluerant Pontificale caput,
orte jacent merita. Testes estote, Philippi;
Et quorum sparsis ossibus albet humus.
oc opus, hæc pietas, hæc prima elementa fuerunt
Cæsaris; ulcisci justa per arma patrem.
)STERA cum teneras Aurora refecerit herbas;
Scorpios a prima parte videndus erit.
ERTIA post Idus lux est celeberrima Baccho.
Bacche, fave vati; dum tua festa cano.

atria Jovis, et habet templa dicata in magno foro. At quicumque aggressi ns, numine Deorum vetante, fœdaverant caput Pontificale, afflicti sunt morte na. Philippi, et quorum ossibus disjectis terra candet, estote testes. Hoc opus, pietas, hæc fuerunt prima rudimenta Cæsaris, ulcisci parentem per justa arma. —Postquam sequens Aurora restituerit tenera gramina, Scorpius erit conspiciendus arte anteriore.——Tertia dies ab Idibus est celeberrima Baccho. Bacche, pro-

uere man.—703 *Servat* reposuit Heins. ex Mor. et R. *vidit* habebant olim ti: V. *hausit.*—706 Lege, *polluerunt.* Placet etiam, *pontificale decus* cum lichemiano, aut *sacrum* ex uno V. sic Propert. IV. 9. 8. 'Furto polluit Jovem.' 'Arcadiæ sacrum pontificale Deæ' dixit lib. I. 462. *Heins.*— Jun. *hæc præmia grata f.* A. et duo alii *prima alimenta f.* Tum tres libri re; et unus *feruntur.*—710 Unus Mor. *ulc. mæsta per;* quatuor *rata.*—712 *rpios* ex Pet. placet Heins. præ vulg. *Scorpius.* Tum Strozzæ *a media*

NOTÆ

704 *Templa*] Triennio ab obitu Ju- Cæsari in foro Romano templum citatum.

705 *Nefas*] Imperatoris ejusdem- e Pontificis corpus violare.

707 *Jacent*] Vix triennio quisquam pervixit: quanquam hic de Bruto Cassio præsertim conjuratorum incipibus agitur, qui ad Philippos acedoniæ urbe profligati.

708 *Albet*] Albicant, scil. insepul- rum ossa.

709 *Hoc opus*] Patrem Julium ul- ci, initium fuit rerum agendarum gloriæ Augusti.

711 *Postera*] Adeoque 17. Kalend. pr.

Refecerit] Rore, qui mane atque exoriente Aurora decidit.

712 *A prima*] Quia medius occide- rit: neque Chelæ ejus, in quibus Li- bra, amplius, tunc temporis apparue- rint.

713 *Tertia post Idus*] Decima quin- ta adeoque Kalendas. Verum de in- dustria lapsus videtur Naso dum per- tinaciter vetus kalendarium sequitur: cui quidem ut subscribamus pro 15. 16. erit numeranda. Siquidem enim, ut ex sequentibus patebit, et certum est, 14. Kalend. Apr. inciperent Mi- nervæ Quinquatria, et dies esset me- dia inter illa et Liberalia, hæc ne- cesse fuit ad 16. assignare.

Nec referam Semelen; ad quam nisi fulmina secum
  Jupiter afferret, parvus inermis eras:
Nec puer ut posses maturo tempore nasci,
  Expletum patrio corpore matris onus.
Sithonas et Scythicos longum enumerare triumphos;
  Et domitas gentes, thurifer Inde, tuas.
Tu quoque Thebanæ mala præda tacebere matris;
  Inque tuum furiis, acte Lycurge, genu.
Ecce libet subitos pisces Tyrrhenaque monstra
  Dicere: sed non est carminis hujus opus.

pitius esto Poëtæ, dum canto tua sacra. Neque memorabo Semelen; ad quam, nisi Jupiter attulisset fulmina secum, eras parvus inermis: neque dicam *sarcinam matris perfectam corpore patrio, ut posses exoriri tempore maturo. Prolixum reor fore Sithonas, et triumphos Scythicos; et tuas nationes subactas, Inde thurifer. Tu etiam male præda matris Thebanæ, tuque Lycurge, impulse furiis in tuum genu, silentio prætermitteris. En placet referre pisces repentinos et prodigia Tyrrhena:*

---

part. Voss. *vidend. eat;* et Jun. *erat.*—715 Zulich. *N. refero S.*—716 Quidam ex melioribus *erat* pro *eras:* Heins. conj. *partus inermis eras.*—717 Pr. A. F. et alii *Nam* pro *Nec.*—718 Gottorph. et unus Med. *patr. femore matr.* unde Heins. *fœmine.* Quatuor scripti dant *onus:* vulg. *opus.*—719 Multi *Bistonas* pro *Sithonas.* Mox *longum enumerare* est ex uno Mor. et Hamburg. nam vulg. legebatur *longum est narrare;* ubi etiam plurimi omittebant *τὸ est*: Helm. etiam *numerare.*—721 Lege *male præda* cum pr. A. et Læti Cod. Vide Notas [Not. Var.] lib. II. 170. *Heins.* Burm. præfert vulgatam.—722 Fr. *L. genus.*—723. 724 Unus Med. *Tyrrhenia monstra,* eleganti appositione.

NOTÆ

714 *Fave*] Non temere vates Bacchi favorem implorat ad opus suum, quem carmina docentem vidisse se testatur Horatius.

715 *Semelen*] Bacchi mater fuit, Cadmi filia.

Fulmina] Quomodo ad Semelen Jupiter eodem majestatis apparatu quo cum Junone venerit, unde et illa exanimata est, videsis in Metam.

716 *Inermis*] Bella multa adultus Liber pater gessit, multamque inde sibi laudem peperit: at vero puer, nisi fulminibus quibus et mater Semele exarsit Jovis filius cognitus esset, inermis et sine ea gloria fuisset.

717 *Nec*] Referam, supple.

Maturo] Namque primo, ut ex matris fulmine extinctæ utero dereptus est, immaturus fuit fœtus Liber.

718 *Patrio*] Jovis, qui Bacchum in femur suum recepit, ut ibi debita tempora matris impleret, et perfectus demum nasceretur.

719 *Sithonas*] Sithones Thraciæ populi, a Baccho domiti.

Scythicos] Scythas etiam cum Indis Bacchus dicitur subegisse: immo et totum orbem bellis et victoriis peragrasse. Quæ vera an fabulosa sint, magna ex parte saltem, ambigitur.

721 *Præda*] Pentheum dicit, Thebanum regem, qui ab Agave matre, dum Bacchi spernit sacra, discerptus est: uti sæpe dictum.

Carminis hujus opus, causas expromere, quare
  Vilis anus populos ad sua liba vocet.
Ante tuos ortus aræ sine honore fuerunt,
  Liber, et in gelidis herba reperta focis.
Te memorant, Gange totoque Oriente subacto,
  Primitias magno seposuisse Jovi.
Cinnama tu primus, captivaque thura, dedisti,
  Deque triumphato viscera tosta bove.
Nomine ab auctoris ducunt Libamina nomen,
  Libaque: quod sacris pars datur inde focis.
Liba Deo fiunt: succis quia dulcibus ille
  Gaudet, et a Baccho mella reperta ferunt.
Ibat arenoso Satyris comitatus ab Hebro:
  (Non habet ingratos fabula nostra jocos:)

verum non est opus hujus poëmatis. Est materia hujus poëmatis eruere causas, quamobrem pauper anus invitet plebem ad sua liba. Priusquam ortus esses, Bacche, altaria fuerunt neglecta, atque gramen inventum in aris frigidis. Aiunt te, Gange, et toto Oriente domito servasse primitias magno Jovi. Tu primus obtuliti cinnama et thura captiva, atque intestina tosta de bove triumphato. Libamina atque liba sumunt nomen a nomine auctoris, quod pars inde libatur sacris altaribus. Liba fiunt Deo, quia ille amat dulces succos, et dicunt mella inventa a Baccho. Recedebat ab Hebro arenoso stipatus Satyris: (narratio nostra non habet jocos ingratos.)

Heins.—725 *Expromere* Heins. profert ex Voss. pr. A. Maz. et septem aliis: plurimi autem cum vulg. *exponere*.—726 Nauger. Max. Zulich. Ursin. et tres alii *Vitiator pop.* Mox Fr. *lib. vocat*, sed corr. *vocet*.—728 Unus liber *calidis* pro *gelidis*: et unus Heins. *herb. recepta foc.* Max. *herbaque rapta foc.*—730 Plurimi vett. *magn. supposuisse J.*—734 Heins. placet *sacris* ex multis; vulg. *sanctis*; et sic Fr. qui etiam habet *illa* pro *inde*.—735 Editi et scripti plurimi *dulc. idem*; Pet. unus *Idus*.—738 Mor. unus *hab. ignaros fab.* Mox Jun.

NOTÆ

722 *Lycurge*] Hic rex Thracum, cum Bacchi vites incidere niteretur, eras sibi abscidisse dicitur.

723 *Pisces*] In quos mutati Tyrrheni nautæ, qui Baccho vim parare ausi; ut fuse declaratum in Metam.

726 *Anus*] Plures erant, quæ transeuntes quoslibet ad liborum emtionem invitabant, et pro emtore sacrificabant, libi emti parte foculo indita, ut ex Varrone indicavit illustriss. Neapolis.

727 *Ante tuos*] Antequam natus esses.

728 *In gelidis*] Gelidi vero foci fuerunt qui nulli, cum herba in illis locis pullularet ubi deinde exstructi.

729 *Gange*] Qui maximus Indiæ ulterioris fluvius.

731 *Captiva*] Captivorum Arabum.

733 *Auctoris*] Liberi, scil. cui libamina fiebant, et vinum in sacris libabant, quod vitem reperisset. At enim melius a λείβω, *fundo*, libamen, et

Jamque erat ad Rhodopen Pangæaque florida ventum:
  Æriferæ comitum concrepuere manus.
Ecce novæ coëunt volucres, tinnitibus actæ:
  Quaque movent sonitus æra, sequuntur apes.
Colligit errantes, et in arbore claudit inani
  Liber: et inventi præmia mellis habet.
Ut Satyri levisque senex tetigere saporem,
  Quærebant flavos per nemus omne favos.
Audit in exesa stridorem examinis ulmo;
  Aspicit et ceras, dissimulatque senex.
Utque piger pandi tergo residebat aselli,
  Applicat hunc ulmo corticibusque cavis.

Jamque pervenerant ad Rhodopen et Pangæa florentia; manus æriferæ comitum strepuerunt. Ecce novæ volatiles motæ sonitibus conveniunt; atque apes sequuntur æra quæ tinnitus cient. Bacchus cogit vagantes, atque includit cava arbore, et habet præmia mellis reperti. Postquam Satyri et senex calvus gustaverunt saporem, quærebant flavos favos per omnem sylvam. Senex audit bombilans examen in cava ulmo; videt etiam ceras, atque dissimulat. Et ut segnis hærebat dorso curvi asini, admovet hunc ulmo et corticibus profundis. Ipse nixus trunco ramoso super statit,

grata joc. et Pet. et Excerpt. D. *æra.*—739 Quatuor libri *R. Gangeaque flumina;* et *fluvina* quidem in vulgatis. At Heins. non videt quæ sint ea 'flumina Pangæa;' quare fuit, cum *culmina* censeret legendum: at in Zulich. Maz. et tribus aliis scriptum *florida*, quod rectum putat. Unus etiam Lib. *Pangæaq. littora;* alius *flamina.*—740 In quibusdam *com. cum crepuere.*—741 Pro *actæ* Burm. mallet *ictæ;* quia alterum posset de abactis, fugatis intelligi.—742 *Quaque* Heins. dedit ex Læti Cod. plurimi *Quoque:* sex *Quque.*—745 Plurimi *S. leniaque;* tres *lætusq.* Mor. et Be. *graviorq.* Jun. *dulcemq.*—746 Pro *flavos* unus V. *dulces;* quod placet Heins. qui etiam conj. *nivoso.*—747 Excerpt. D. et plurimi Codd. *in excelsa str.* pr. A. et Læti *extrema.*—748 Pr. *Accipit et.* sed *Aspicit* pro var. lect. Deinde *et celat, dies.* plurimi editi habent; Ciofanus suadet *Adjicit et ceras;* at Neapolis *Aspicit et ceras.*—749

NOTÆ

libum ab eo quod libandi causa fieret.

737 *Satyris*] Quos alibi 'prævium Dei turbam' vocat Naso.

Hebro] Qui Thraciæ fluvius in Ægeum devolvitur.

739 *Rhodopen*] Thraciæ mons est.

Pangæa] Mons Thraciæ Philippis imminens.

740 *Æriferæ*] Cymbalis enim, multoque æris tinnitu, Bacchanalia celebrabantur.

741 *Novæ*] Quia tunc ignotæ.

743 *Arbore*] Cavo trunco.

745 *Levis*] Calvus quippe fuit Silenus: illumque capite glabro et ore deformi depinxit vetustas.

Saporem] Mellis, scil.

747 *Examinis*] Quod quidem apum Silenus, cum crabronum seu vesparum esset, stulte arbitratus est.

748 *Dissimulat*] Ne leviores Satyri mel inde primi peterent.

749 *Piger*] Quia senex, minusque

t ipse super ramoso stipite nixus:
) avide trunco condita mella petit.
rabronum coëunt; et vertice nudo
la defigunt, oraque summa notant.
t præceps, et calce feritur aselli:
natque suos, auxiliumque rogat.
unt Satyri, turgentiaque ora parentis
it: percusso claudicat ille genu.
: ipse Deus: limumque inducere monstrat.
aret monitis, et linit ora luto.
ater fruitur: liboque infusa calenti
epertori candida mella damus.
, cur presset, non est rationis opertæ.
neos thyrso concitat ille choros.

t *cupide mella abdita cavo. Millia crabronum congruunt, et immittunt e capiti, atque signant extremos vultus. Ille ruit præceps, et percutitur atque vocat suos, et petit opem. Satyri concurrunt, atque irrident eos patris: ille claudicat genu affecto. Ipse quoque Deus videt, et docet lum. Hic obtemperat jussis, atque inducit limum faciei. Pater petitur erito præbemus inventori flava mella infusa libo calido. Non est rationis mobrem fœmina præsit. Ille agit thyrso cœtus fœmineos. Petis quam-*

r. *resedit as.* Sa. *consedit.*—751 *Nixus* ex vulgatis: Pet. pr. A. et ; Heins. suadet *nexum.*—753 Be. in pro *et.*—754 *Summa* ex Ursin. nger. Max. Zulich. et sex aliis; vulg. *prima:* Heins. conj. *sima.* a libri *Inclamat socios, aux.* Tum *rogat* ex opt. V. Ursin. et Statii lacet præ vulg. *vocat.*—757 Quatuor libri *Occurrunt S.* Heins. *urrunt.*—758 Nonnulli *pede* pro *genu.*—759 Heins. malebat *limoque;* ' ora ' subintelligeretur.—761 Liber Erfurt. *pat. petitur: libeq.* Læti *infus. recenti.*—762 *Candida* meliores omnes, teste Heins. alii *splendida.* Jun. et Be. *mella reperta dam.*—763 *Presset* Ursin. Pet. at.; bene, nam de libis agit: reliqui magno numero *pressit,* vel

NOTÆ

ndendas arbores paratus.
it] Seu petere festinat.
io] Namque calvus, ut dic-
.
gentia] Ex crabronum in-
lis.
cusso] Calce aselli.
us] Bacchus, scil.
Lutum. Aqua vero ex ra-
phani foliis melius crabronum ictus curantur.

762 *Repertori*] Baccho, scil.

763 *Presset*] Alii *præsit;* quia populum ad libs vocat.

764 *Fœmineos*] Mœnadum quas secum Bacchus rapit.

Thyrso] Quæ pampinis atque hederis hasta est involuta.

Cur anus hoc faciat, quæris? vinosior ætas
Hæc est, et gravidæ munera vitis amans.
Cur hedera cincta est? hedera est gratissima Baccho.
Hoc quoque cur ita sit, dicere nulla mora est.
Nysiades Nymphæ, puerum quærente noverca,
Hanc frondem cunis apposuere novis.
Restat, ut inveniam, quare toga libera detur
Lucifero pueris, candide Bacche, tuo.
Sive, quod ipse puer semper juvenisque videris;
Et media est ætas inter utrumque tibi:
Seu quia tu pater es, patres, sua pignora, natos
Commendant curæ numinibusque tuis.
Sive, quod es Liber, vestis quoque libera per te
Sumitur, et vitæ liberioris iter.

obrem anus istud faciat? hæc ætas est magis dedita vino, et amans dona vitis onustæ. Quamobrem sit tecta hedera? hedera est gratissima Baccho. Nulla est etiam difficultas dicere, quamobrem hoc ita sit. Nymphæ Nysiades sparserunt illa folia in novas cunas. Superest, ut reperiam, quamobrem toga libera præbeatur pueris tuo die, Bacche splendide. Sive, quia ipse videris semper puer atque juvenis, et ætas est tibi media inter utrumque: seu, quia tu es parens, parentes commendant liberos sua pignora curæ et potestatibus tuis. Sive, quod es Liber,

---

præstat, proxime verum. *Heins.*—765 Multi ex scriptis *hæc* pro *hoc*.—766 *Est* dedit Heins. ex Læti lib. et aliis nonnullis pro vulg. *erat*. Nauger. Ursin. Maz. Zulich. pr. A. et alii nonnulli *amans;* ceteri cum vulg. *amat*.—767 Fr. omittit τὸ *est*.—769 In quibusdam scribitur *Niliades*, *Niseides*, *Nisiada*. Plurimi Codd. *Nysiades Nymphæ* pro vulg. *Nysiadas Nymphas*.—770 Hamburg. *cistis* pro *cunis*. Tum plerumque legebatur *opposuisse ferunt;* et *appositse* pr. Med. et sex alii: *opposuere novis* Maz. Zulich. Voss. Arund. pr. A. et unus V. Heins. suadet *apposuisse novis*.—772 Ursin. Maz. Zulich. pr. A. et sex alii exhibent *Lucifero;* plurimi editi *Luciferis:* multi libri *Luciferis*, et mox *tuis* vel *tua;* alii *Luce feris...tua:* Pet. *Luciferi...tua:* nonnulli *Luce geri*.—774 Alter Maz. *int. utramque tib*.—776 Liber vetus *nominibusque*.—779 Fr.

NOTÆ

765 *Hoc*] Vocat populum ad liba, et Bacchi festa.

768 *Hoc*] Ut Bacchæ seu Mænades hedera cinguntur.

769 *Nysiades*] Quæ Nysam Arabiæ urbem, ubi a Nymphis educatus Bacchus, incoluerunt.

Noverca] Junone, scil. pellicibus, atque ex illis natis liberis, nunquam non infesta.

770 *Apposuere*] Ne a Junone puer Bacchus videretur. Centum vero alias hujuscemodi nugas hac de re referunt Mythologi.

771 *Libera*] Virilis; quæ et pura et recta dicebatur: quam ætatis anno 16. deposita prætexta, tirones, vitæ liberioris indicium, præbebant.

772 *Lucifero tuo*] Die tibi festo.

774 *Utrumque*] Puerum et juve-

An quia, cum prisci colerent studiosius agros,
Et patrio faceret rure Senator opus,
Et caperet fasces a curvo consul aratro,
Nec crimen duras esset habere manus;
Rusticus ad ludos populus veniebat in Urbem:
Sed Dis, non studiis ille dabatur honos.
Luce sua ludos uvæ commentor habebat:
Quos cum tædifera nunc habet ipse Dea.
Ergo, ut tironem celebrare frequentia possit,
Visa dies dandæ non aliena togæ.
Mite, Pater, caput huc placataque cornua vertas;
Et des ingenio vela secunda meo.
Itur ad Argeos, (qui sint, sua pagina dicet,)
Hac, si commemini, præteritaque die.

vestis quoque libera, atque via vitæ liberioris capitur per te. An quia, cum veteres colerent studiosius agros, et Senator faceret opus in arvo patrio, atque Consul sumeret fasces a curvo aratro, neque esset crimen habere manus scabras, populus rusticus commeabat in Urbem ad ludos: verum ille honos exhibebatur Diis, non studiis. Repertor uvæ habebat ludos die sua, quos ipse nunc habet cum Dea tædifera. Ergo, ut turba tironum possit celebrare, visa dies non aliena togæ exhibendæ. Pater, huc convertas lene caput et cornua mitia, atque præbeas vela faventia ingenio meo. Hac die, atque præterita, si recordor, conceditur ad

---

col. prisc. inverso ordine.—780 Pet. *Et patria f. rupe S.*—786 *Ipse* Heins. ex scriptis plurimis reposuit; omnes editi *ille*.—787 Nonnulli legunt *ut tironum celebr.* et mox unus Med. *possint*.—788 In Fr. *longæ* pro *dandæ*.—789 Fr. *cap. Pat.* inverso ordine. Et mox Heins. volebat *pacataque*.—791 Decem libri *mea* pro *sua*.—792 Quatuor V. et alii *Hac, si commem.*: alii cum vulgatis

NOTÆ

nem, scil. inter quos est adolescens.

781 *Consul*] 'Majores nostri,' inquit Cicero, 'ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset.' Atque hic triumphalis agricola, finita expeditione, ad boves rursus rediit, ut habet Florus.

783 *Rusticus*] Qui ruri fere sese continebat.

784 *Studiis*] Voluptati.

Ille] Ludorum, scil.

786 *Tædifera*] Cerere, scil. quæ olim accensis tædis toto orbe a Plutone raptam suam Proserpinam quæsivit.

789 *Pater*] Bacchum precatur, ut incepto operi faveat.

791 *Itur*] Cum pompa, scil.

Argeos] Argeorum templa, seu sacraria, loca erant in urbe ubi sacra fiebant, a Numa consecrata: quæ quidem ab Argivorum illic sepultis viris illustribus dicta esse censuit Festus; Varro a principibus qui cum Hercule Argivo Romam venerunt, et in Saturnia subsederunt.

792 *Si commemini*] Dicit istud, quia in Ponto, et diu his sacris non interfuerat Naso.

Stella Lycaoniam vergit proclinis ad Arcton
Miluus: hæc illa nocte videnda venit.
Quid dederit volucri, si vis cognoscere, cœlum;
Saturnus regnis ab Jove pulsus erat.
Concitat iratus validos Titanas in arma,
Quæque fuit fatis debita, poscit opem.
Matre satus Terra, monstrum mirabile, taurus
Parte sui serpens posteriore fuit.
Hunc triplici muro lucis incluserat atris
Parcarum monitu Styx violenta trium.
Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset,
Sors erat, æternos vincere posse Deos.

Argeos: pagina sua dicet qui sint. Milvus stella vergit proclinis ad Arcton Lycaoniam. Hæc est conspicienda illa nocte. Si cupis scire quid dederit cœlum alii: Saturnus erat dejectus solio ab Jove. Iratus vocat potentes Titanas in arma, et petit auxilium quod fuit debitum fatis. Taurus monstrum stupendum ortum matre Terra fuit serpens parte posteriore sui. Styx sæva id clauserat muro triplici in lucis opacis jussu trium Parcarum. Sors erat, illum, *qui immisisset ignibus exta tauri adolenda, posse superare Deos immortales. Briareus mactat hunc bipenni*

Hæc, sicut memini.—793 Ex uno Med. et uno F. Heins. suadet *proclinis:* Ursin. Voss. pr. A. Læti, pr. F. *proclivis;* multi ex scriptis *declinis;* et plurimi editi *declivis.*—794 Alii scribunt *Milvius.* Tunc emend. Scaliger *hæc ima noct.* Helm. habet *tibi* pro *venit.*—795 P. et duo alii *vis agnoscere, cœl.*—796 Alii *A Jov.*—797 Fr. *Conc. iratos val.* Deinde A. tres Arund. et quatuor alii *ad arm.*—798 Duo libri *Quæq. sit in fat.* Heins. conj. *Quæq. sibi fat.* Mox Cod. Læti, et alii tres *dedita;* Heins. putat et *edita* posse legi. Mox *poscit* ex Max. Voss. Arund. pr. A. et F. alii *tentat.*—801 P. *luc. induxerat atr.*—802 P. et Cant.

NOTÆ

793 *Lycaoniam*] Ursam non semel Lycaonis filiam fuisse diximus, nomine Callistonem priusquam in feram mutaretur, tum in cœlum transferretur.

Vergit proclinis] In Septemtrionali est cœli parte.

794 *Milvus*] Avis rapacissima; quæ quidem hodie in stellis non recensetur: alii Vulturem cadentem esse, alii Aquilam aut Cycnum volunt.

Videnda venit] Oritur acronyce: non occidit, ut inepte inculcavit Commentator.

795 *Dederit*] Inter sidera reposuerit.

797 *Iratus*] Saturnus, scil. a Jove filio cœlesti regno dejectus.

Titanas] Gigantes intellige, Titanis ac Terræ filios, qui in Jovem insurrexerunt.

798 *Fatis debita*] Quænam fuerit, biformis tauri immolatione ex sequentibus intelliges: lege modo.

802 *Styx*] Palus inferna irremeabilis et inviolabilis.

804 *Sors erat*] Scis jam qua de ope fatis debita locutus sit Naso.

Immolat hunc Briareus facta ex adamante securi:
Et jam jam flammis exta daturus erat.
Jupiter alitibus rapere imperat. Attulit illi
Miluus: et meritis venit in astra suis.
Una dies media est; et fiunt sacra Minervæ:
Nominaque a junctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat: nec fas concurrere ferro:
Causa, quod est illa nata Minerva die.
Altera, tresque super strata celebrantur arena:
Ensibus exertis bellica læta Dea est.
Pallada nunc pueri teneræque ornate puellæ.
Qui bene placarit Pallada, doctus erit.

facta ex adamante: et jam jam erat missurus viscera in ignem. Jupiter aves monet tollere. Milous attulit illi; atque ascriptus est sideribus officiis suis.——Una dies est media, et sacra Minervæ fiunt: atque obtinent nomina a quinque diebus junctis. Prima caret cruore; neque fas est congredi ferro. Ratio, quia Minerva est nata eo die. Altera, tresque præterea celebrantur arena strata. Dea bellica gaudet gladiis nudatis. Pueri atque puellæ molles colite nunc Palladem. Qui bene leni-

P. monitis S.—808 Alii *Milvius.*—809 Heins. conj. *est; ut fiant sacr.* Helm. *post fiunt.*—810 Multi ex scriptis, *Numinaque adjunctis q. d. habet*, vel *habes.* Lege, *Nomina quæ junctis q. d. habent;* alludit enim ad nomen *Quinquatrium.* Moreti codex, *Muneraque adjunctis q. d. habet.* Puto scribendum, *Una d. m. est, ut fiant s. M. Munera quæ junctis q. d. habet:* ut ad munera tam Circensia quam gladiatoria respiciat. *Heins. Nominaque admotis* Pet.—812 Bonon. et Helm. *ille* pro *illa.*—813 Codd. plurimi *sup. rasa celebr.* at Nauger. Maz. Zulich. Ursin. Voss. Arund. et multi alii cum vulg. *strata:* pr. et sec. A. Læti, et quindecim alii *fusa;* nonnulli etiam *sparsa*, et duo *plana.*—814 Plurimi vett. *Ens. expertis bell.*—815 Multi editi *teneræq. orate puell.*—817. 818 Olim lege-

NOTÆ

805 *Briareus*] Centimanus est ille gigas, qui et Ægæon dictus.

809 *Una dies*] Decimo quarto ergo Kal. Apriles, seu XIX. Martii Minervæ Quinquatrus. Festivum eum diem Varro, Festus, atque Gellius sic dictum inde volunt quod post diem quintum iduum celebraretur: quomodo et 'triatrus,' 'sexatrus,' 'decimatrus,' &c. dicebant. Aliam tamen opinionem secutus est Naso; utcumque minus veram.

811 *Concurrere*] Atque adeo neque obtusis ensibus.

813 *Celebrantur*] A gladiatoribus, scil.

Arena] Minio etiam, quanquam leviter, et post multam arenæ injectionem, instravit quondam insania principum.

814 *Bellica*] Bello enim præest quoque Pallas.

815 *Ornate*] Celebrate, colite. Iilis festis certamina etiam oratorum et poëtarum exhibebantur.

816 *Placarit*] Coluerit, et sacrificiis Palladis sibi propitium numen fecerit.

Pallade placeata, lanam mollite, puellæ:
  Discite jam plenas exonerare colos.
Illa etiam stantes radio percurrere telas
  Erudit; et rarum pectine denset opus.
Hanc cole, qui maculas lævis de vestibus aufers:
  Hanc cole, velleribus quisquis ænea paras.
Nec quisquam invita faciat bene vincula plantis
  Pallade; sit Tychio doctior ille licet.
Et licet antiquo manibus collatus Epeo
  Sit prior; irata Pallade mancus erit.
Vos quoque, Phœbea morbos qui pellitis arte,
  Munera de vestris pauca referte Deæ.
Nec vos turba feri censu fraudata magistri
  Spernite: discipulos attrahit illa novos.

erit Palladem erit doctus. Puellæ subigite lanam Palladis invita: discite vos expedire plenas colos. Illa etiam docet absolvere radio telas stantes, et densat rarum opus pectine. Qui tollis maculas ex vestimentis inquinatis, hanc colabra: Hanc cole quisquis adornas ænea lanæ. Neque ullus concinne paret calceos pedibus infesta Minerva, quamvis ille sit peritior Tychio. Et quamvis comparatus ei veterem Epeum sit doctior manibus, erit ineptus Minerva invita. Vos etiam qui arcetis morbos arte Phœbea, præbete Deæ aliqua dona de vestris. Neque vos contumace agmen privatum mercede sævi magistri. Illa adducit novos discipulos.

batur *lan. mollire puellæ Discant, et plen.* duo F. Max. et duo alii *Discite jam plen.* Arund. *Discite et plen.* unde Heins. *lan. mollite, puellæ: Discite jam plen.*—820 Ex vett. primisque Edd. Heins. rescripsit *denset* pro vulg. *densat.*—823 Heins. dedit *faciat* ex quatuor libris; ceteri *faciet.*—824 In voc. *Tychio* scripti variant: *Pitio, Pithio, Phitio, Phytio, Ficio, Titio* leguntur: Fr. *pico.*—826 Max. Zulich. pr. A. Læti, pr. Med. et decem alii *pri. invita P.*—829 Sic vulgati habent, et sic quidam Opt. Codd.; sed plurimi *sensu* pro *censu* legunt: alii *sensu* vel *censu fraudante:* quatuor *sensus fraudata:* vet. Pet. et Pat. *sensu fraudare:* Max. opt. *turba feræ sensus fraudare;* pro *turba* etiam in duobus *verba.* Heins. corr. *Nec vos ære brevem censum fraudare mag. &c.* vel etiam *ære brevi fraudare.* Burm. mallet *Nec vos turba, Deam, censu fraudata, mag. &c.* vel *Nec vos parte Deam census fraudare mag. &c.*—830 Heins. ex nonnullis vett.

NOTÆ

817 *Mollite*] Carminate.

819 *Stantes telas*] Jugo annexa licia.

Radio percurrere] Stamini tramam interserere.

820 *Denset*] Verberando, scil. fila pectine pendenti.

822 *Ænea*] In quibus lanas fuco imbuunt infectores.

823 *Vincula*] Calceos.

824 *Tychio*] Qui Homero egregius coriarius, seu calceolarius.

825 *Epeo*] Qui opifex equi duratei.

826 *Mancus*] Quippe sine Dei ejusque sapientiæ ope nihil prospere incipitur.

827 *Phœbea*] Phœbi seu Apollinis inventum fuit ars medica; quæ tan

Quique moves cœlum, tabulamque coloribus uris,
  Quique facis docta mollia saxa manu.
Mille Dea est operum: certe Dea carminis illa est.
  Si mereor, studiis adsit amica meis.
Cœlius ex alto qua mons descendit in æquum,
  Hic ubi non plana est, sed prope plana via est;
Parva licet videas Captæ delubra Minervæ,
  Quæ Dea natali cœpit habere suo.
Nominis in dubio causa est. Capitale vocamus
  Ingenium solers: ingeniosa Dea est.
An, quia de capitis fertur sine matre paterni
  Vertice cum clypeo prosiluisse suo?

Tuque qui tractas cælum, atque uris tabulam coloribus, quique reddis marmor tenerum perita manu. Dea est mille operum: sane illa est Dea versuum. Si dignus sum, adsit propitia meis studiis. Licet cernas parva templa Minervæ Captæ, quæ Dea cœpit habere suo natali, qua mons, Cælius descendit ex excelso in planum, hic ubi via non est æqua, sed est prope æqua. Causa nominis est incerta. Appellamus ingenium callidum Capitale: Dea est ingeniosa. An, quia dicitur prodiisse cum parma sua de vertice capitis paterni sine matre? An, quia venit ad nos captiva,

---

mallet *dixe. attrahet ill.*—831 Pro *cælum* Pignorius, de Servis p. 175. dicit quendam legere *cæstrum;* sed ipse nihil mutat. *Burm.* Maz. *color. imples.* —834 Fr. *stud. absit amic.;* pro var. lectione *assit.*—835 Pr. A. Maz. Voss. et tres alii *in æqua:* in eodem Maz. et O. pro var. lect. *æquor:* sic et Zulich. Forsan recte: *æquor* enim dicitur omnis planities ab æqualitate; unde *æquor* pro campo sæpe ponitur apud poëtas. Sic et variant Codd. ad Æn. IX. 68.

NOTÆ

men etiam sub Palladis tutela.

829 *Feri*] Uti quidem a dissolutis vocari solent discipulis. Quanquam et certe feri multi conspiciuntur didascali.

Census] Minervæ intellige, seu mercedem quam magistris suis soliti exsolvere discipuli hoc mense; nisi forte magis ludis et bellariis a parentibus data stipendia destinarent: quare et, deceptis illis, ad scholas metu et pudore postea accedere non audebant.

830 *Novos*] Illorum loco qui scholis per lasciviam valedixerunt.

831 *Cælum*] Instrumentum est sculptorum.

Coloribus uris] De Encaustice loquitur: quam artem dicimus Gallice exercere, *travailler en émail.*

832 *Mollia*] Mollia dicuntur marmora quando a marmorariis seu statuariis tanta arte cælantur, ut posita innata duritie quasi flecti et moveri videantur.

835 *Cælius*] Unus fuit ex septem Urbis montibus, ad cujus radices, ut patet ex Poëtæ descriptione, ædicula fuit Minervæ.

838 *Natali*] Non quo ab initio nata est; sed mensis Martii simili, atque adeo ipso die primo Quinquatruum.

839 *Nominis*] Capitæ, scil.

Capitale] Eo sensu dixit Tullius, 'Siculus ille capitalis, creber, acutus,' &c.

841 *Paterni*] Jovis, scilicet, ex cu-

An, quia perdomitis ad nos captiva Faliscis
Venit: et hoc ipsum litera prisca docet?
An, quod habet legem, capitis quæ pendere pœnas
Ex illo jubeat furta reperta loco?
A quacumque trahis ratione vocabula, Pallas,
Pro Ducibus nostris ægida semper habe.
Summa dies e quinque tubas lustrare canoras
Admonet, et forti sacrificare Deæ.
Nunc potes ad Solem sublato dicere vultu;
Hic here Phryxeæ vellera pressit ovis.
Seminibus tostis sceleratæ fraude novercæ
Sustulerat nullas, ut solet, herba comas.
Mittitur ad tripodas, certa qui sorte reportet,
Quam sterili terræ Delphicus edat opem.

Faliscis subactis; atque litera antiqua docet istuc ipsum? An, quia habet legem, quæ jubeat furta reperta ex eo loco persolvere pœnas capitis? A quacumque causa ducas nomina, o Pallas, tenes semper ægidem pro nostris Ducibus. Ultima dies ex quinque hortatur lustrare tubas sonoras, et sacrificare bellicosæ Deæ. Jam potes dicere facie elata ad Solem, Hic pressit heri vellera ovis Phryxeæ. Herba nullas comas produxerat, ut consuevit, seminibus ustis dolo nefariæ novercæ. Mittitur ad tripodas qui renuntiet certo oraculo, quodnam remedium Delphicus doceat ad terram

Heins.—844 Sic Heins. ex Ursin. Arund. Maz. et septem aliis; vulg. legebatur *et hoc signo litera prima docet:* Be. et quatuor cum pr. Ed. *signum litera prima:* Pembrocii *syllaba prima.*—846 In Fr. et plurimis aliis *Exilio jub.* Mox *reperta* Heins. dedit ex Ursin. Maz. pr. A. Voss. Arund. et multis aliis pro vulg. *recepta.*—849 In Fr. *tuba...canora:* in vulgatis *tubam...canoram:* in tribus Edd. *tubas...canoras,* quod non rejiciendum putat Neapolis.—850 Ursin. Maz.

NOTÆ

jus cerebro prosiliisse dicitur. Trita fabula.

843 *Faliscis*] De iis Hetruriæ populis, eorumque uberrimis pascuis, jam sæpe dictum.

848 *Ægida*] Paratum habeas clypeum in Tiberii et Germanici salutem.

849 *Tubas lustrare*] Tubilustrium ultima illa dies in veteri Kalendario dicitur.

850 *Forti*] Palladi, scil.

851 *Potes*] Quia Sol in Ariete 15. Kalendas Apriles, seu 18. Martii.

852 *Phryxeæ*] Arietis qui Phryxum in Colchos tulit, deinde in cœlum translatus est: quod sidus cum Sol ingreditur veris facit initium.

853 *Seminibus*] Phryxi, occasione data ex ariete, fabulam refert Naso.

Tostis] Hanc Inus, Athamantis uxoris, Phryxique atque Helles novercæ, nequitiam jam supra vidimus. Tosta semina serenda curavit, ut cum nullæ segetes inde progerminarent, adeundi oraculi locus daretur, cujus suasu privignis exitium impune pararet.

Novercæ] Inus, scil.

854 *Ut solet*] Quando tamen since-

Hic quoque corruptus, pro semine, nuntiat Helles
Et juvenis Phryxi funera sorte peti.
Utque recusantem cives, et tempus, et Ino
Compulerunt regem jussa nefanda pati;
Et soror et Phryxus velati tempora ramis
Stant simul ante aras: junctaque fata gemunt.
Aspicit hos, ut forte pependerat æthere, mater;
Et ferit attonita pectora nuda manu:

infœcundam. Hic etiam corruptus cum semine refert mortem Helles et juvenis Phryxi posci oraculo. Utque cives, et tempus, et Ino coëgerunt regem repugnantem tolerare imperia horrenda; et soror et Phryxus habentes tempora cincta ramis stant simul pro altaribus, atque lugent fata communia. Ut forte mater pependerat cœlo videt hos, atque plangit pectora nuda manu stupefacta: atque descendit propere in

et Zulich. a pr. m. *sacrif. Deo.*—855 Fr. *sede* pro *sorte.*—857 Hæc est lectio unius Cod. et placet Heins. vulg. edebatur *Hic quoque corruptus cum semine.* Codd. admodum variant: Sa. habet *corrupto;* Pet. *corruptos;* Max. *corruptus,* (et emend. *corrupto*) *cum sanguine nuntia bella;* Voss. etiam et alii *cum sanguine;* unus Heins. et tres alii *cum munere.*—859 Heins. reposuit *Utque* ex duobus libris pro vulg. *Usque.*—860 Pet. *Compulerunt;* alii *Compulerant;* unus P. *Compulerint.*—861 *Ramis* ex vett. ceteri *vittis.* —863 *Fort. pependit in æthere* P. et alius, nisi quod ille *æthera* habebat.

NOTÆ

rum nulloque igne corruptum semen terræ mandatur.

855 *Tripodas*] Ex quibus mensis Phœbades seu Apollinis sacerdotes oracula sua edebant. Tripus adeoque metonymice pro Phœbi ipsius oraculo hoc in loco ponitur.

Sorte] Oraculo.

856 *Sterili*] Uti quidem vulgo credebatur; cum vere ex corruptis seminibus malum oriretur.

Delphicus] Deus, scilicet, Apollo, quem Delphis ad Parnassum montem celeberrimum toto orbe tenuisse oraculum nullus ignorat.

857 *Hic*] Qui missus ad oraculum.

Corruptus] Ab Ino Phryxi atque Helles noverca: quæ donis vel quoquo alio modo nuntium ad hoc perpulit, ut responsum Phryxo ejusque sorori exitiosum tanquam a Phœbo referret.

858 *Sorte*] Apollinis oraculo.

859 *Recusantem*] Liberos enim suos Athamas nolebat perdere.

Cives] Thebani; quos male urgebat annonæ caritas.

Tempus] Cœli, quæ credebatur, intemperies.

Ino] Quæ totius fraudis artificium machinata fuerat.

860 *Pati*] Atque adeo liberorum mortem novercæ, tanquam Deo jubenti, condonare.

861 *Soror*] Phryxi, scil. Helle.

862 *Stant*] Mox immolandi.

Juncta] Quia simul iisdemque dolis mactandi.

863 *Mater*] Nephele, Phryxi atque Helles mater: quæ Nebula est, illoque a Græcis appellatur nomine.

864 *Attonita*] Ex liberorum suorum clade.

Inque draconigenam nimbis comitantibus urbem
  Desilit: et natos eripit inde suos.
Utque fugam rapiant, aries nitidissimus auro
  Traditur. Ille vehit per freta longa duos.
Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra
  Fœmina; cum de se nomina fecit aquæ.
Pæne simul periit, dum vult succurrere lapsæ
  Frater; et extentas porrigit usque manus.
Flebat, ut amissa gemini consorte pericli,
  Cœruleo junctam nescius esse Deo.
Littoribus tactis aries fit sidus: at hujus
  Pervenit in Colchas aurea lana domos.
Tres ubi Luciferos veniens præmiserit Eos;
  Tempora nocturnis æqua diurna feres.

urbem draconigenam, nimbis comitantibus; et inde aufert liberos suos. Atque ut evadant, aries splendidissimus auro datur: ille fert duos per longa freta. Puella dicitur tenuisse cornu sinistra debili, cum dedit aquæ nomina de se. Frater fere una extinctus est, dum vult subvenire lapsæ, atque usque tendit manus porrectas. Lugebat tanquam perdita consorte duplicis discriminis, ignorans esse junctam Deo cæruleo. Aries mutatur in sidus, littoribus tactis; at vellus aureum hujus attigit domos Colchas.——Postquam sequens Aurora præmiserit tres Luciferos, habebis tem-

---

—865 Scaliger habebat *Draconigenûm;* et quidam vett. *draconigenum.*—867 *Rapiant* ex tribus libris Burm. placet præ vulg. *capiant.*—870 V. unus *cum densæ nom.* ubi Heins. corr. *sævæ* vel *cæcæ.* Burm. nil mutare velit.—872 Multi *et extensas porr.* unus *exactas;* alius *externas.* Duo *porr. illa;* totidem *ille;* unus *ipse.*—875 Pro *tactis* plurimi Codd. *captis.* Fr. etiam *ad* pro *at.*—876 Plurimi libri *ad* pro *in.*—877 Duo libri *L. orient.* Totidem *aries emisit Eoos:* quatuor *dimisit Eous:* unus *præmisit Eos.*—878 *Feres* Heins. dedit ex Maz. Pet. pr. A. Læti et octo aliis: *ferens* est in Ursin. et uno V.

NOTÆ

865 *Draconigenam*] Quia Thebæ Bœotiæ a Cadmo, in draconem denique mutato, ejusque sociis, ex satis draconis dentibus ortis, conditæ: ut dictum in Metam. et alibi sæpius.

Nimbis] Qui frequentes nebularum comites.

867 *Aries*] Seu potius cum arietis insigni navis.

868 *Freta*] Quibus deinde ab Helles casu nomen *Hellespontus:* ut mox dicetur a Poëta.

870 *Fœmina*] Helle, scil.

873 *Gemini*] A noverca, deinde et aqua.

874 *Deo*] Neptuno, qui lapsam comprehendit, compressamque in Nympham mutavit.

875 *Tactis*] A Phryxo, scil. arieti imposito.

876 *Colchas*] Postquam enim ad Æeten regem Colchorum Phryxus pervenit, arietis vellus aureum Marti in templo ejus suspendit; ut sæpe in præcedentibus inculcatum.

877 *Tres*] Adeoque septimo Ka-

INDE quater pastor saturos ubi clauserit hædos,
Canuerint herbæ rore recente quater;
Janus adorandus, cumque hoc Concordia mitis,
Et Romana Salus, araque Pacis erit.
LUNA regit menses. Hujus quoque tempora mensis
Finit Aventino Luna colenda jugo.

pora diurna æqualia nocturnis.——Inde postquam pastor clauserit quater hædos saturos, gramina albuerint quater rore novo, Janus, atque lenis Concordia cum eo, et Salus Romana, atque altare Pacis erit colendum.——Luna habet imperium in menses. Luna celebranda in monte Aventino absolvit etiam tempora hujus mensis.

cum Pol. Excerpt. *ferunt* P. Cant. et tres alii: *feret* ceteri cum vulg.—879 Pet. alter *pastos* pro *saturos*.—881 Plurimi *ador. cum quo C.* sex *quocum*.

NOTÆ

lendas Apriles, seu Martii mensis die 26. Nasoni fuerit Æquinoctium vernum: quod tamen vetus Kalendarium ad octavum Kalendas Ap. aut Martii 25. diem retrahit. Hodierni astrologi in vigesimum, ratione habita minutarum, quas vocant, necesse habuerunt revocare.

Eos] Aurora, quæ eo nomine a Græcis appellata, Luciferum stellam, diei prænuntiam, videtur ante se ideo mittere, quod post illam splendescat et exoriatur.

879 *Inde*] Tertio igitur Kalend. Apriles: quanquam ad sextum retulit clarius. Neapolis, qui, non ab ultimo die quinquatruum, sed a primo, locum proxime superiorem maluit recensere.

880 *Canuerint*] Idem dies Martii trigesimus hac et præcedenti periphrasi indicatur.

881 *Concordia*] Quæ Dea non unum Romæ templum habuit.

882 *Salus*] Huic templum a C. Junio Bubulco Censore in colle Quirinali locatum; quod Consul voverat, Dictator dedicavit.

Pacis] Cui deinde magnificentissimum templum a Claudio inchoatum Vespasianus Romæ constraxit.

884 *Aventino*] In illo quippe monte a Latinis, Servio regnante, exstructum Dianæ templum, et refugium inviolabile.

P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBER IV.

ARGUMENTUM.

Invocatio Veneris 1-18. Germanici nobilitas et origo a Venere per Æneam; causa cur Aprilis olim secundum locum habuerit 19-60. De nomine Aprilis duæ sententiæ; de potentia Veneris 61-132. Festum Veneris et Fortunæ Virilis; Venus Verticordia 133-162. Occasus Scorpii 163. 4. Pleiadum occasus et numerus 165-178. Megalensia; omnis mythologia de Matre Deum, et quomodo e Phrygia Romam arcessita 179-372. Fortunæ Publicæ ædes dedicata; victoria Cæsaris de Juba; Libræ et Orionis occasus; imbres 373-388. Ceteris ludi et merita; raptus Proserpinæ 389-620. Jovi Victori templum, et Libertati atrium datum 621-624. Grando; victoria Cæsaris ad Mutinam 625-628. Fordicidia, eorum ritus et origo inde a Numa 629-672. Augustus Imperator dictus 673-676. Hyadum occasus 677. 8. Vulpium in Circensibus combustio 679-712. Solis transitus ex Ariete in Taurum 713-720. Palilia 721-806. Natalis Urbis; ejus origo et Remi occasus 807-862. Vinalia; auxilium Mezentii Turno lati 863-900. Ver medium, Arietis occasus; imbres; exortus Canis 901-904. Robigalia 905-942. Floralia et Vestæ in Palatium translatio 943- fin.

Alma, fave vati, geminorum mater Amorum.
Ad vatem vultus retulit illa suos.

Alma mater geminorum Amorum esto propitia Poëtæ. Illa convertit faciem suam

1 *Alma, fave vati, gem.* quatuor veteres: ut τὸ *dixi* subintelligatur; quod

NOTÆ

1 *Geminorum*] Plures quidem finxerunt Amores antiqui, matremque sævam Cupidinum Venerem appellat Horatius: quamobrem vero geminos

Quid tibi, ait, mecum? certe majora canebas.
Num vetus in molli pectore vulnus habes?
Scis, Dea, respondi, de vulnere. (Risit: et æther
Protinus ex illa parte serenus erat.)
Saucius, an sanus, numquid tua signa reliqui?
Tu mihi propositum, tu mihi semper opus.
Quæ decuit, primis sine crimine lusimus annis:
Nunc teritur nostris area major equis.
Tempora cum causis, Annalibus eruta priscis,
Lapsaque sub terras, ortaque signa cano.
Venimus ad quartum, quo tu celeberrima, mensem.
Et vatem, et mensem scis, Venus, esse tuos.

ad Poëtam. Quid, inquit, est tibi mecum? sane cantabas majora. Num habes plagam antiquam in corde tenero? Scis, Dea, de plaga, retuli. Risit; et continuo cælum erat purum ex illa parte. Vulneratus, seu intactus, numquid deserui tua signa? Tu semper mihi inceptum, tu mihi opus. Lusimus prima ætate quæ decorum fuit, sine crimine: nunc area major calcatur ab nostris equis. Canto tempora excerpta ex veteribus Annalibus, cum rationibus eorum; *atque sidera condita sub terras, et quæ apparent. Accessimus ad quartum mensem, quo tu ornatissima. Nosti, Venus, et*

elegans. *Heins.* Alii enim habent *A. fave, dixi, gem.*—2 Unus lib. *vultum... sunt:* et duo *sustulit* pro *retulit.*—3 Fr. *mec. est?* et mox cum plurimis aliis *cert. modo festa can.* Be. *cert. m. f. tenebas;* sed erat *canebas* ascriptum.—4 Fr. *Non vet.* et *Num* pro var. lect.—5 Heins. venustius videtur, si legas *Scin', Dea?* et in Gottorph. ultima litera *τοῦ scis* erat erasa. Voss. et Arund. *Sic.* Mox meliores, teste Heins. *æther*, non *aër.*—7 Heins. ex melioribus dedit *an...numquid* pro vulg. *aut...nunquam.*—8 *Opus* est ex vet. lib. placetque Neapol. præ vulg. *onus:* Heins. cum uno vet. V. mallet *honos.*—9 *Quæ* ex lib. vet. aliisque opt. notæ, teste Neapol. Edd. plurimæ *Quod;* Ursin. et A. *Qua;* pr. A. *Quam;* Helm. *Ut;* Jun. *Quod*, et sic Læti, Hamburg. et sex alii.—11 Max. a pr. man. *erat. veris.*—12 Plurimi *sign. canam.*—13 Alter

NOTÆ

dicat Naso non satis assequor, nisi forte ad unius Amoris in diversis cordibus geminum effectum allusit. Non enim placent jam quæ de Joco et Cupidine, multo minus quæ de terrestri et cœlesti Amore, protulerunt.

2 *Vatem*] Nasonem, scil.

3 *Majora*] Quam quæ Veneris jocosæ instinctu sint scribenda. Minus enim illa tempora cum causis, ceteraque a Nasone suscepta, curæ habet.

4 *Vetus*] Amoris, scil.

5 *De vulnere*] Additum istud, quia paulo ante dixerat Venus, 'Quid tibi mecum?' Verum notanda insuper Poëtæ calliditas et mollis elegantia.

Risit] Noverat quippe sibi quid vellet veterator.

7 *Saucius*] Nullo in amore occupatus.

Signa reliqui] Destitui te. Metaph. a militibus.

9 *Sine crimine*] Sæpius ita prædicavit; minus vere tamen.

10 *Teritur*] Metaph. alia, qua gravioribus quam Amoris districtum sese Naso indicat.

13 *Celeberrima*] Quia et Veneri sa-

Mota Cytheriaca leviter mea tempora myrto
  Contigit: et, Coeptum perfice, dixit, opus.
Sensimus; et subito causæ patuere dierum.
  Dum licet, et spirant flamina; navis eat.
Si qua tamen pars te de Fastis tangere debet,
  Cæsar, in Aprili, quo teneare, habes.
Hic ad te magna descendit imagine mensis:
  Et fit adoptiva nobilitate tuus.
Hoc pater Iliades, cum longum scriberet annum,
  Vidit; et auctores retulit ipse suos.
Utque fero Marti primam dedit ordine sortem,
  Quod sibi nascenti proxima causa fuit;

Poëtam et mensem esse tuos. Conciliata tetigit leviter mea tempora myrto Cytheriaca; atque inquit, Absolve opus inceptum. Sensimus; atque statim rationes dierum sunt apertæ. Quamdiu conceditur, et venti flant, navis currat. Si tamen pars aliqua de Fastis debet te movere, Cæsar, habes in Aprili quod te moretur. Hic mensis venit ad te magna specie, et fit tuus nobilitate adoptiva. Pater Iliades istud advertit, cum describeret longum annum; atque ipse memoravit progenitores suos. Et sicut asservit savo Marti primam sortem ordine, quia fuit sibi causa

Pet. *menses* pro *mensem*.—14 Max. alter, et quinque alii *eas. tuum*.—15 *Cytheriaca* Heins. profert ex Zulich. et quatuor vett. alii *Cytherea est*: alii *Cytherea*, vel *Citharea*. Mox lib. Ursini cum aliquot membranis *mea tempora*; ut et alibi cum capitis tempora intelligantur.—17 Fr. *caus. sub.* inverso ordine.—19 Max. *F. dicere deb.* unde Heins. corr. *ducere*.—20 *Quo tenearis* Heins. dedit ex Ursin. Zulich. Max. Nauger. et sex aliis: at Max. *quo tenearis, habe*: Voss. et Arund. *quo tuearis*: et vulg. edebatur *quod tuearis*.—21 In voc. *ad... imagine* pro var. lect. Fr. exhibet *a...origine*: et hoc quidem in plurimis scriptis et Edd. extat.—23 Duo libri *long. duceret ann.*—24 A. et Læti Cod. *Senait* pro *Vidit*. Deinde in voc. *retulit* Fr. dat pro var. lect. *protulit*. Tum multi *ille* pro *ipse*: et nonnulli Codd. inter quos Fr. Ursin. et Pet. *tuos*.—26

NOTÆ

cer mensis, et ipsa eo mense multum potest.

15 *Cytheriaca*] Cytheris insula Veneri sacra petita.

Myrto] Quæ Veneri sacra arbuscula.

17 *Sensimus*] Divæ quippe instinctu omnia prona vidit Naso.

18 *Flamina*] Vento secundo similem facit Veneris favorem.

Navis] Inceptum poëma augeatur. Pergit in eadem Metaph.

20 *Cæsar*] Germanicum alloquitur.

22 *Adoptiva*] Quia in domum Juliam ex Venere ortam adoptatus Germanicus.

23 *Hoc*] Ad se, scil. spectare mensis Aprilis Venerisque, cui dicatus, nobilitatem.

Longum] Longus certe est: neque aliud voluit Naso; aut discrimen ullum ab anno Lunari cogitavit.

25 *Primam*] Quia mensem Martium, Romulo primum, Marti patri Romulus idem consecravit.

26 *Proxima*] Pater, scil. aliquidem

Sic Venerem gradibus multis in gente repertam.
Alterius voluit mensis habere locum.
Principiumque sui generis, revolutaque quærens
Sæcula, cognatos venit ad usque Deos.
Dardanon Electra nesciret Atlantide cretum
Scilicet; Electran concubuisse Jovi?
Hujus Erichthonius: Tros est generatus ab illo:
Assaracon creat hic: Assaracusque Capyn.
Proximus Anchisen: cum quo commune parentis
Non dedignata est nomen habere Venus.
Hinc satus Æneas, pietas spectata per ignes,
Sacra, patremque humeris altera sacra, tulit.
Venimus ad felix aliquando nomen Iuli:
Unde domus Teucros Julia tangit avos.

proxima nascendi, ita voluit Venerem inventam in stirpe multis gradibus obtinere locum mensis alterius. Atque quærens initium suæ gentis et sæcula præterita, venit usque ad Deos consanguineos. Quasi vero ignoret Dardanum ortum ex Electra Atlantide; Electran concubuisse Jovi? Erichthonius fuit filius *hujus: Tros est creatus ab illo: hic generat Assaracum, atque Assaracus Capyn. Proximus Anchisen, cum quo Venus non recusavit habere nomen commune parentis. Hinc ortus Æneas; pietas comprobata per flammas portavit sacra humeris, atque genitorem altera sacra. Tangimus denique beatum nomen Iuli, ex quo domus Julia spectat ad*

Nascenti Heins. profert ex multis vett. ceteri cum vulg. *nascendi*.—27 Meliores, teste Heins. *repertam:* alii *receptam*.—29 *Revol. requirens* Erfurtanus, ut sit appositio. *Heins.*—31 Alii *quis nescit A. natum:* at vett. Codd. *nesciret;* quatuor etiam libri *cretum*.—32 Alii *Electram*.—34 *Assaracum* vulg. at *Assaracon* Pet. et unus V. et tum lego *Assaracoq. C.* Heins.—35 P. *Protinus Anchis.* Ex Max. et Voss. Heins. protulit *Anchisen:* ceteri *Anchises*. Mox Læti Cod. *quocum*, non *cum quo*.—37 Unus V. *Hoc* pro *Hinc;* quod Heins. placet: qui etiam conj. *Huic*.—40 Quatuor Heins. libri *J. tangat av.*—41 Nonnulli

NOTÆ

cum Ilia Romuli matre rem habuit.

27 *Gradibus*] Consanguinitatis, scil. Non enim proxima causa, aut Romuli mater Venus fuit; sed per longam nepotum seriem ad ipsum denique descendit.

29 *Revoluta*] Exacta et præterita.

31 *Dardanon*] Ab isto Jovis filio, secundoque Ilii rege, Poëta Romani generis repetit vetustatem.

Electra] Atlantis fuit filia, ex qua Jupiter Dardanum suscepit.

33 *Hujus*] Dardani, scil. filius fuit Erichthonius.

36 *Habere nomen*] Quia cum Anchise concubuit Venus; unde et uterque Æneæ parentes dicti.

37 *Pietas*] Decantata ea fuit, si quicquam aliud.

38 *Sacra*] Deos Penates.

Altera] Patrem Anchisen Æneas quia pro Deo coluit.

Postumus huic: qui, quod sylvis fuit ortus in altis,
Sylvius in Latia gente vocatus erat.
Isque, Latine, tibi pater est: subit Alba Latinum:
Proximus est titulis Epitos, Alba, tuis.
Ille dedit Capyi recidiva vocabula Trojæ; 45
Et tuus est idem, Calpete, factus avus.
Cumque patris regnum post hunc Tiberinus haberet;
Dicitur in Thuscæ gurgite mersus aquæ.
Jam tamen Agrippan genitum, Remulumque nepotem
Viderat: in Remulum fulmina missa ferunt. 50

majores Teucros. ' *Postumus* fuit *huic* filius; *qui, quod fuit natus in excelsis sylvis, erat appellatus Sylvius in natione Latina. Isque est tibi parens, Latine; Alba sequitur Latinum: Epytus est proximus tuis titulis, o Alba. Ille dedit Capyi nomina repetita Trojæ, atque idem est factus tuus avus, Calpete. Et cum Tiberinus obtineret imperium patris ab isto, dicitur mersus in alto aquæ Thuscæ. Jam tamen viderat Agrippan natum, atque Remulum nepotem: aiunt fulmina facta in Remulum.*

* * * * * * * * * * * *

sylv. est natus in; quatuor *fuit altus*; unus Med. *fuit actus*; pr. A. *fuit artus*; alter P. *nutritus*.—42 P. alter Arund. et quatuor alii *a* pro *in*.—44 Alii scribunt *Epitus, Epitor, Epicos*, vel *Epytos*: Fr. *Ephitus*.—45 *Capyi* emend. Scaliger, nam olim legebatur *captæ*: Politianus in ora Cod. sui *Capys*, incertum an ex vet. libro: unus V. *Capetum*; alius *patriæ*; alter Pet. *cæptæ*. Tum *recidiva* est ex Max. pro vulg. *repetita*.—46 *Calpete* est ex emend. Neapol. olim scribebatur *Capete*.—47 Non respondet Ovidiano nitori hic versus. Vett. plerique *Accipiens regnum post hunc Tiberinus ab illo* nihilo melius, nisi forte legas *Tiberinus avitum*. Heins. Sic et Fr. cum vulgato etiam pro var. lect.—49 *Genitum* Heins. dedit ex Zulich. pr. A. et Læti; vulg. *natum*. Deinde multi vett. *Remulumq. nepotes*: Gronov. ad Liv. I. 3. legebat *priorem*:

NOTÆ

	Livius.	*Eusebius.*	*Ovidius.*
39 *Felix*] Propter Cæsares inde ortos.	Æneas	Æneas	Æneas
Iuli] Qui Æneæ filius.	Ascanius	Ascanius	Ascanius
40 *Teucros*] Trojanos.	Sylvius	Sylvius	Sylvius
41 *Postumus*] Hunc Virgilius Æneæ facit filium; quem sibi in successorem assumsisse Ascanium scripto reliquit Dionys. Halicarnasseus.	Æneas	Æneas	
	Latinus	Latinus	Latinus
	Alba	Alba	Alba
	Atis	Sylvius Athis	Epitus
43 *Isque*] Non Sylvii Postumi, sed Æneæ Sylvii ex illo orti. Latinum faciunt filium Virgilius aliique. Quare hinc periisse distichon non temere conjicias. Verum cum satis diversa de Albanorum regum successione tradant auctores, non ineptum fuerit illorum seriem ex Livio, Eusebio, nostroque Nasone transcribere.	Capys	Capys	Capys
	Capetus	Calpetus	Capetus
	Tiberinus	Tiberinus	Tiberinus
	Agrippa	Agrippa	Remulus
	Remulus	Remulus	Agrippa
	Aventinus	Aventinus	Aventinus
	Proca	Procas	Proca
	Amulius	Amulius	Numitor.

Venit Aventinus post hos: locus unde vocatus,
  Mons quoque. Post illum tradita regna Procæ.
Quem sequitur diri Numitor germanus Amulî.
  Ilia cum Lauso de Numitore sati.
Ense cadit patruo Lausus: placet Ilia Marti;
  Teque parit, gemino juncte Quirine Remo.
Ille suos semper Venerem Martemque parentes
  Dixit: et emeruit vocis habere fidem.
Neve secuturi possent nescire nepotes;
  Tempora Dis generis continuata dedit.
Sed Veneris mensem Graio sermone notatum
  Auguror: a spumis est Dea dicta maris.

Aventinus subsecutus est hos, ex quo locus dictus atque collis. Imperium commissum Procæ ab illo. Quem Numitor frater crudelis Amulii sequitur. Ilia atque Lausus orti ex Numitore. Lausus peremtus est gladio patrui. Ilia grata est Marti, atque te enititur, Quirine juncte Remo gemello. Ille asseruit semper Martem atque Venerem parentes suos; atque emeruit habere fidem vocis. Et ne nepotes venturi possent ignorare, dedit tempora juncta Diis gentis. Verum conjicio mensem Veneris signatum sermone Græco: Dea est appellata a spumis maris. Neque sit

Heins. conj. *ferocem*.—51 Pro *locus* unus Heins. Mor. et quinque alii *lacus*; et Be. et sex alii *inde*: Fr. *lacus inde*. Alii etiam scripti et editi *vocatur*.—53 Fr. *seq. duri N.* et sic plurimi alii.—54 Fr. *N. sata*.—55 *Patruo* est ex Heins. corr. vulg. *patrui*; et Pet. alter *patrio*.—59 Alter Mor. pro var. lect. *nesc. minores*.—60 Tres scripti *Temp. sic gen.* alter Max. *sic genti*.—61 Multi

NOTÆ

45 *Recidiva*] Resurgentia. Habuimus namque supra Capyn in regibus Trojanis.

48 *Thuscæ*] Tybris enim fluvius Thusciæ seu Hetruriæ.

49 *Agrippan*] Acrotan appellavit in Metam. XIV. 617.

51 *Locus*] In quo et sepultus.

53 *Diri*] Quia Numitorem fratrem majorem natu, cui vetustum Sylviæ gentis regnum a patre legatum, vi et dolis solio deturbavit, omnemque ejus stirpem exscindere, nisi Romulus obstitisset, non dubitavit.

54 *Ilia*] Remi Romulique mater, Rhea insuper atque Sylvia dicta.

Lauso] Ægestus dicitur a Dionysio.

55 *Placet*] Atque hinc satos Remum Romulumque jam sæpius diximus.

56 *Quirine*] Romulus est eo nomine post fata appellatus.

57 *Parentes*] Patet vero fuisse ex modo relata serie: ficta tantum ne esset.

58 *Emeruit*] Diis quippe satum Romuli virtus suasit.

60 *Continuata*] Marti quidem Martium primum mensem, Veneri alterum Aprilem, consecravit.

61 *Graio*] Græco. Macrobius Saturnalium primo, de Romulo: 'Secundum mensem nominavit *Aprilem*, quasi *Aphrilem*, a spuma, quam Græci ἀφρὸν vocant, unde orta Venus creditur: et hanc Romuli fuisse asserunt

Nec tibi sit mirum Graio rem nomine dici:
  Itala nam tellus Græcia major erat.
Venerat Evander plena cum classe suorum:
  Venerat Alcides: Graius uterque genus.
Hospes Aventinis armentum pavit in herbis
  Claviger: et tanto est Albula pota Deo.
Dux quoque Neritius. Testes Læstrygones extant:
  Et quod adhuc Circes nomina littus habet.
Et jam Telegoni, jam mœnia Tiburis udi
  Stabant: Argolicæ quod posuere manus.

tibi novum rem appellari nomine Græco; nam terra Itala erat major Græca. Evander accesserat cum integra classe suorum: Alcides accesserat; ambo stirpe Græca. Hospes clavam ferens pavit armentum in gramine Aventino, et Albula hausta est a tanto Deo. Rex Neritius accessit *etiam: Læstrigones sunt testes; itemque littus quod obtinet adhuc nomina Circes. Atque jam muri Telegoni, jam Tiburis humidi, quod manus Argolicæ condiderunt, stabant. Halesus Atrides im-*

Græco pro *Graio*. Dein P. et Jun. *serm. vocatum*.—63 Duo scripti *Graio*, quod Heins. placet; at vulg. *Græco:* Maz. *grato*.—64 Duo libri *jam* pro *nam*. —66 Unus liber *Græcus* pro *Graius:* et sexdecim *uterq. fuit*.—67 R. *arm. ponit in:* et tum quidam Codd. *arvis*.—69 Alii scribunt *Naritius*, vel *Naricius*. —70 Duo scripti *Circæ*. Tum P. *littora nomen hab*.—72 *Quod* dedit Heins.

NOTÆ

rationem, ut primum quidem mensem a patre suo Marte, secundum ab Æneæ matre Venere, nominaret: et his potissimum anni principia servarent, a quibus esset Romani nominis origo.' Fabulæ: sed quæ placuerunt. Alii ab aperiendo Aprilis nomen deducunt, quod eo omnia aperiantur. Verum ab Apro, imitatione Græcorum, quibus December [Februarius] ἐλαφηβολιὼν a cervis dicitur, deductum nomen erudite, ut consueverat, ostendit summus ille Criticorum Josephus Scaliger.

63 *Rem*] Mensem, scil. Aprilem.

64 *Itala*] Non tota quidem, sed, ut placuit nonnullis, Italiæ latus quod infero mari alluitur; seu potius, ex aliorum sententia, pars illa quæ a Tarento usque ad Cumas porrigitur, quia ibi plerasque omnes civitates Græci condiderant.

65 *Evander*] De quo plus quam satis supra dictum.

66 *Alcides*] Hercules: quem etiam non semel in præcedentibus vidimus.

68 *Claviger*] Herculis clavam habuimus quoque sæpius.

Albula] Eo antiquo nomine, ab aquæ, seu potius arenæ colore dictus Tybris.

69 *Neritius*] A Nerito in Leucate insula, quæ Laërtis patris Ulyssis fuit, hic dictus Neritius.

Læstrygones] Hos Anthropophagos Ulyssi nonnullos ex sociis surripuisse dictum in præcedentibus.

70 *Circes*] Circeum quippe promontorium, hodie *Monte Circello*, haud procul ab Urbe versus Orientem situm est.

71 *Telegoni*] Qui Ulyssis ex Circe filius Tusculum posuit: cujus quidem hodie vix rudera quædam extant

Venerat Atrides fatis agitatus Halesus;
A quo se dictam terra Falisca putat.
Adjice Trojanæ suasorem Antenora pacis,
Et generum Œniden, Appule Daune, tuum.
Serus ab Iliacis, et post Antenora, flammis
Attulit Æneas in loca nostra Deos.
Hujus erat Solimus, Phrygia comes exul ab Ida:
A quo Sulmonis mœnia nomen habent;
Sulmonis gelidi, patriæ, Germanice, nostræ.
Me miserum, Scythico quam procul illa solo est!

pulsus fatis, a quo terra Falisca credit se appellatam, accesserat. Adde Antenorem suasorem pacis Trojanæ, et Œnidem generum tuum, Daune Appule. Æneas tardus, et post Antenorem, advexit Deos in nostras sedes, ab ignibus Trojanis. Solymus erat socius hujus, profugus ab Ida Phrygia, a quo muri Sulmonis habent nomen; Sulmonis frigidi patriæ nostræ, o Germanice. Me infelicem, quantum illa est longe

---

ex Max. Zulich. pr. A. Pet. et decem aliis pro vulg. *quæ*.—73 Heins. monet *Atrides* legendum cum Ursini libro et Naugerii cum multis aliis, non vulg. *Atridæ*.—76 Plurimi scripti cum Fr. *Et genus Œn.*—78 Bonon. *loc. tuta D. venuste*; ut apponantur Iliacis flammis, quas evaserant Dei.' *Burm.*—79 Max. et Voss. *Cujus er.* Tum alii *Solemus*, vel *Solymus*. Mox *exul* Heins. dedit ex O. pro vulg. *unus*.—80 P. *Ex* pro *A*; et Max. *E*.—81 Quinque libri

NOTÆ

prope *Frescati*.

Tiburis] Hoc suburbanum prope oppidulum Tiburtius Coras et Catillus fratres, atque Maroni 'Argiva juventus,' statuerunt. *Tivoli* hodie, retento a Tiburtio seu Tiburno, majore natu, nomine, dicitur: quanquam et Horatius aliique Catilli etiam mœnia appellaverunt.

73 *Atrides*] Quia ex Agamemnone Atrei filio ortus, uti quidem nonnullis non abs re verisimile: quanquam auctorem ejus alii tantum voluerant.

74 *Falisca*] Quæ in Hetruria, non longe ab Urbe ad Septemtrionem. Mutatum autem elementum *H* in *F* magna illorum cognatione, ad nominis etymologiam.

75 *Antenora*] Hic Antenor Patavii fuit conditor, qui, stante adhuc Troja, pro pace cum Græcis ineunda sæpe verba coram Priamo fecit.

76 *Œniden*] Diomeden dicit Œnei nepotem, qui Arpi oppidum in Appulia statuit.

Daune] Rex fuit Appuliæ, qui filiam suam Diomedi collocavit uxorem.

77 *Serus*] Quia post Antenorem, aliosque memoratos, in Italiam venit.

78 *Nostra*] Italiam, scil. Nasonis patriam.

Deos] Penates, Vestamque præcipue.

79 *Solimus*] Qui et *Solymus* et *Solemus* dictus, Sulmonemque Poëtæ patriam in Pelignis condidit.

Phrygia] Ut ab ejusdem nominis aliis montibus distinguatur. In Ida autem Trojæ seu Phrygiæ consederant qui Ænea duce Italiam deinde, parata illic classe, petierunt.

80 *Nomen*] A Solimo enim *Sulmo* deductum nomen.

81 *Sulmonis*] Affectus maximi ple-

Ergo ego? tam longas sed supprime, Musa, querelas:
Non tibi sunt mœsta sacra canenda lyra.
Quo non livor abit? sunt qui tibi mensis honorem
Eripuisse velint, invideantque, Venus.
Nam, quia Ver aperit tunc omnia, densaque cedit
Frigoris asperitas, fœtaque terra patet;
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum:
Quem Venus injecta vindicat alma manu.
Illa quidem totum dignissima temperat orbem:
Illa tenet nullo regna minora Deo:
Juraque dat cœlo, terræ, natalibus undis;
Perque suos initus continet omne genus.

a terra Scythica! Ergo ego? Verum, Musa, vetice tam prolixas querimonias: sacra non sunt tibi canenda lyra tristi. Quo non fertur invidia? Sunt, Venus, qui cupiant abstulisse tibi gloriam mensis, atque æmulentur. Nam quia Ver tunc recludit omnia, atque sævitia compacta frigoris laxatur, et tellus gravida profert fœtus, dicunt Aprilem appellatum a tempore aperto: quem Venus alma asserit sua immissa. Illa quidem dignissima moderatur totum mundum: illa potitur regno nullo Deo inferiore: atque dat jura cœlo, terræ, fluctibus natalibus, et continet

---

Marsia Sulm. patr. G. et tredecim libri *gelida* pro *gelidi*.—83 Nonnulli *Ergo age;* at vett. *Ergo age:* Zulich. et Max. *Ergo ego tam longe? sed suppr.* pr. vero A. *Ergo ego? tam longas sed* cum Gloss. ' ibo; subaudi, in exilio:' Ursin. et quatuor alii *long. et suppr.* Heim. *jam.* Douza etiam lect. Cod. pr. A. probat.—85 *Abit* Heins. protulit ex Max. Zulich. pr. A. et quinque aliis: vulg. *adit*.—88 Tres vett. *parit* pro *patet*.—91 Omnes fere scripti *orbem;* alii cum vulg. *annum*.—92 Pet. *nulla...Dea.* Max. alius *membra* pro *regna;* unus *templa*.—93 Be. Max. et Edd. quædam *terr. et natal*.—94 *Initus* opt. Codd.

NOTÆ

na est hæc repetitio; quæque non parum ad reditum in patriam impetrandum, si fata sivissent, conferret.

82 *Scythico*] Ubi exulabat Naso, cum inchoatum Romæ Fastorum hoc opus perficeret.

85 *Quo*] Latenter increpat invidos, quorum causa cunctanter in gratiam redibat.

Mensis] Aprilis, scil.

86 *Invideant*] Ludit quidem Naso, et causæ suæ servit: namque, illud nisi esset, tam facilis in Aprilis etymologia haud quaquam fuisset, neque a Græco temere duxisset.

87 *Tunc*] Mense Aprili.

88 *Fœta*] Omnis generis seminum gravida.

90 *Injecta*] Solenni illorum more qui quod suum est vindicant.

91 *Dignissima*] Esto: non illud agitur tamen: neque istud nescivit Naso.

Temperat] Quia Amoris Dea; quo quidem omnia consistunt.

93 *Natalibus*] Utpote ex quibus orta; ut sæpe dictum.

94 *Continet*] Amore quippe nisi diversi sexus animalia jungerentur, illorum genus omne interiret.

Illa Deos omnes (longum enumerare) creavit:
  Illa satis causas arboribusque dedit:
Illa rudes animos hominum contraxit in unum;
  Et docuit jungi cum pare quemque sua.
Quid genus omne creat volucrum, nisi blanda voluptas?
  Nec coëant pecudes, si levis absit amor.
Cum mare trux aries cornu decertat: at idem
  Frontem dilectæ lædere parcit ovis.
Deposita taurus sequitur feritate juvencam,
  Quem toti saltus, quem nemus omne, tremunt.
Vis eadem, lato quodcumque sub æquore vivit,
  Servat; et innumeris piscibus implet aquas.
Prima feros habitus homini detraxit: ab illa
  Venerunt cultus mundaque cura sui.
Primus amans carmen vigilatum nocte negata
  Dicitur ad clausas concinuisse fores:

omne genus per suos accessus. Illa (prolixum est recensere) creavit omnes Deos: illa præbuit causas satis atque arboribus. Illa coëgit in unum animos feros hominum; atque docuit quemque venire cum æquali sua. Quid gignit omnem speciem avium nisi lenis voluptas? Neque pecora jungantur, si levis amor abest. Aries truculentus decernit cornu cum masculo; at idem metuit ferire frontem caræ ovis. Taurus, quem totæ sylvæ, quem omne nemus metuunt, sequitur juvencam, sævitia omissa. Eadem potentia servat quodcumque vivit sub vasto mari; atque replet aquas piscibus innumeris. Prima sustulit truces habitus homini: ornatus et nitida cura sui initium habuerunt ab illa. Amans dicitur primus cantasse ad januam ob-

at vulg. *coitus:* Arund. et duo alii *motus;* unus Heins. *arcus;* Sa. Thuan. et multi alii *nutus:* A. sec. *numeros.* In Fr. versus seqq. positi sunt in hoc ordine: 95, 98, 97, 96.—95 Fr. *long. est enum.* in tribus V. Ursin. et sex aliis cum vulg. *long. est narrare, creav.* alii *numerare* vel *memorare.*—97 Pr. A. *rud. animos hom.* Dein P. et R. *convertit,* Fr. *conjunxit,* et unus Cod. *construxit in un.*—98 P. *Edocuit jung.* Mox Mor. *pare quæque suo:* Fr. etiam *suo.*—100 Plerique scripti *N. coëunt pec.*—101 Unus V. *mas* pro *trux.*—103 Fr. *seq. tur.* inverso ordine.—104 *Tremunt* ex Voss. alii *tremit;* et A. cum tribus aliis *timet.*—106 Sic Heins. ex plurimis Codd. alii *multaque* vel *mundaque cura sui.*—109 Voss. Arund. et decem alii *carm. modulatum,* Heins. conj. pro

NOTÆ

96 *Satis*] Quia præest fœcunditati.

97 *Contraxit*] Concordi jugo copulavit.

99 *Voluptas*] Venus quam habet in sua potestate.

100 *Nec pecudes*] Multo minus homines.

101 *Trux*] Quanquam ovilis natura maxime lenis: ut hinc sine Amoris Venerisque potestate, qua et Leones deliniuntur, omnia sæva et truculenta intelligas.

105 *Vis*] Amoris Venerisque.

109 *Negata*] Ab amica, scil.

Eloquiumque fuit duram exorare puellam:
Proque sua causa quisque disertus erat.
Mille per hanc artes motæ: studioque placendi,
Quæ latuere prius, multa reperta ferunt.
Hanc quisquam titulo mensis spoliare secundi 115
Audeat? a nobis sit procul iste furor.
Quid, quod ubique potens, templisque frequentibus aucta,
Urbe tamen nostra jus Dea majus habet?
Pro Troja, Romane, tua Venus arma ferebat,
Cum gemuit teneram cuspide læsa manum; 120
Cœlestesque duas Trojano judice vicit.
(Ah nolim victas hoc meminisse Deas!)
Assaracique nurus dicta est: ut scilicet olim
Magnus Iuleos Cæsar haberet avos.

ætatem versus lucubratos nocte negata. Et eloquentia fuit flectere rigidam puellam: et quisque erat facundus pro sua causa. Mille artes excitatæ per hanc; atque dicunt multa, quæ prius fuerunt recondita, esse inventa voto placendi. Aliquis audeat hanc fraudare honore mensis secundi? Ista vesania sit longe a nobis. Quid, quod Dea ubique valens, atque decorata multis delubris, habet tamen jus amplius in Urbe nostra. Romane, Venus gerebat arma pro tua Troja, cum questa est habens manum vulneratam mucrone, atque superavit duas Deas, judice Trojano. Ah nolim Deas superatas hujus recordari! Atque dicta est nurus Assaraci: ut videlicet aliquando ingens Cæsar haberet progenitores Iuleos. Neque ullum tempus erat conte-

---

meditatum; Thuan. *jugulatum.*—110 Mor. tert. *claus. commemorasse for.*—111 Maz. *Eloq. f. dulce exor.* A. pr. *duras orare puellas.*—113 Ex Maz. Zulich. Ursin. et duobus aliis Heins. recepit *motæ* pro vulg. *notæ:* A. pr. *initæ:* Heins. etiam conj. *natæ.*—115 Arund. Voss. et alii *spol. secundo:* aliquid ulceris hic latere Heins. suspicabatur.—117 Pr. A. *templisq. recentibus auct.* Fr. *octæ,* et *auctæ* pro var. lect.—122 Gottorph. *At nol.* Alii *Has* vel *Hanc:* Heins. conj. *Quam.* Fr. *Ah nolunt vict.* Et Maz. pr. A. et Zulich. *dictas h. meruisse*

NOTÆ

112 *Disertus*] Ad amicam intellige.

113 *Hanc*] Venerem, scil.

119 *Tua*] Omnino, siquidem ex illa orti Romani.

Arma] Cum Æneas præsertim adversus Diomedem pugnaret, quo certamine vulnus in manu accepit. Sed Trojanis faventem Venerem non semel in præcedentibus vidimus.

120 *Cuspide*] A Diomede impulsa.

121 *Cœlestes*] Junonem, scilic. atque Minervam; quas pulchritudinis laude Veneri cedere jussit Paris.

Trojano] Paride, scil.

122 *Nolim*] Ne Romanis adhuc, sicut olim Trojanis, irascerentur.

123 *Assaraci*] Qui Trois filius, et Capyos pater, Anchisæ fuit avus: cujus quidem Anchisæ cum Venere concubitu, per Æneam atque Iulum ad Julium gentem et Cæsares illius Deæ sanguis est derivatus.

Nurus dicta] Propterea quod cum Anchisa nepote conjuncta.

124 *Iuleos*] Ab Iulo, adeoque a Divis procreatos.

Nec Veneri tempus, quam ver, erat aptius ullum. 12
Vere nitent terræ: vere remissus ager.
Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt;
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.
Et formosa Venus formoso tempore digna est:
Utque solet, Marti continuata suo. 13
Vere monet curvas materna per æquora puppes
Ire: nec hybernas jam timuisse minas.
Rite Deam Latiæ colitis matresque nurusque;
Et vos, quis vittæ longaque vestis abest.
Aurea marmoreo redimicula solvite collo: 13
Demite divitias: tota lavanda Dea est.
Aurea siccato redimicula reddite collo:
Nunc alii flores, nunc nova danda rosa est.

nientius Veneri, quam ver. Vere terræ florent, vere campus quietus. Nunc gra mina exerunt fastigia solo fisso: nunc palmes protrudit gemmas ex gravido cortic Atque pulchra Venus digna est pulchro tempore, et juncta suo Marti, ut consuevi Vere jubet naves cavas currere per maria materna: neque jam reformidasse mina hyemales. Matres et puellæ Latinæ, vosque quibus vittæ et promissa vestis non es celebratis Deam rite. Demite monilia aurea collo marmoreo, tollite divitias, tot Dea est abluenda. Reponite monilia aurea collo siccato: nunc alii flores, nunc re

D.—125 Pr. A. et Jun. *erit* pro *erat:* et Med. unus *eat.*—127 Excerpt. D. e Cod. P. *herb. veteres tell.*—128 Douza volebat *Tunc tum.* et ita hic et si periori vs. multi scripti.—129 Mor. *temp. gaudet.*—130 Pro *suo* Jun. habe *sire.* Fr. *suo est.*—131 In voc. *monet* pro var. lect. Fr. habet *jubet:* Arun et Jun. cum plurimis aliis *movet.*—132 Cod. Ursin. pr. A. et duo Pet. *jam m minisse min.* in uno Broukhusii *metuisse,* quod Burm. arridet: Mor. tert. *pe timuisse.*—133 Fr. *col. Lat.* inverso ordine.—134 Multi *vest. adest.*—135 *So vite* Heins. recepit ex libris melioribus pro vulg. *demite:* Pet. *tollite.*—13 Hunc versum et sequentem addidi ex Ursini, utroque Maz. Zulich. Arun et multis aliis; quorum tamen plerique, *juvanda Dea est,* vel *videnda.* Hein

NOTÆ

126 *Nitent*] Adeoque et placent.

130 *Continuata*] Hoc ideo dictum volunt, quod sicuti Aries Marti domicilium assignatum est, proximus Taurus Venerem accepit. Quæ quidem astrologorum dogmata si cui licet altius rimari, illos adeat qui de iis ex professo egerunt.

131 *Materna*] Quia e maris spuma Venus procreata.

132 *Hybernas*] Propter vim ventorum, qui ea tempestate debacchan tur.

134 *Quis vittæ*] Vitta et stola sc larum matronarum et virginum hc nestarum fuerunt. Quare ad impu diculas spectare istud, legendumqu mox *abest,* vix dubitem.

135 *Marmoreo*] Veneris, scil. u deterso simulacro redimiculis suis nc visque floribus aptius deinde ornare tur.

Vos quoque sub viridi Myrto jubet illa lavari:
Causaque, cur jubeat, (discite) certa subest.
Littore siccabat rorantes nuda capillos.
Viderunt Satyri, turba proterva, Deam.
Sensit, et apposita texit sua corpora myrto.
Tuta fuit facto: vosque referre jubet.
Discite nunc, quare Fortunæ thura Virili
Detis eo, calida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus posito velamine cunctas;
Et vitium nudi corporis omne videt.
Ut tegat hoc, celetque viros, Fortuna Virilis
Præstat: et hoc parvo thure rogata facit.
Nec pigeat niveo tritum cum lacte papaver
Sumere, et expressis mella liquata favis.

ceræ rosa offerenda est. Illa etiam imperat vos ablui sub viridi myrto; atque ratio indubitata sese offert, quamobrem imperet, cognoscite. Nuda siccabat in littore comam stillantem: Satyri, agmen petulans, aspexerunt Deam. Advertit, atque operuit sua corpora myrto. Secura fuit facto: atque imperat vos repetere. Accipite jam, quamobrem offeratis thura Fortunæ Virili eo loco, qui rigatur aqua tepida. Ille locus accipit omnes veste deposita, atque intuetur omnem mendam nudi corporis. Fortuna Virilis facit ut eam operiat, et subtrahat viris: atque id præstat adorata exiguo thure. Neque molestum sit capere papaver mixtum cum lacte candido,

—139 In quibusdam *ipsa*, vel *usque levari;* in aliis etiam *ill. levari:* in Fr. *ipsa lavari*. Duo scripti *latere*.—141 In quibusdam *sicc. sudantes rore capill.*—143 *Apposita* ex pr. A. Læti, et novem aliis; plurimi *opposita*. Deinde Heins. ex melioribus *corpora* reposuit pro vulg. *tempora*.—144 Duo libri *ref. pudet;* unus V. *juvat*.—146 *Calida* ex Ursin. Max. pr. F. et duodecim aliis Heins. placet præ vulg. *gelida*.—147 *Accipit* Burm. rescripsit ex Cant. Jun. et Be. quod etiam Fr. agnoscit pro var. lect. ceteri *Aspicit*.—148 Plurimi *omn. patet*.—149 Pro *viros*, Ursini Cod. et quatuor melioris notæ *viris:* sic et Terent. Phorm. 'si hoc celetur patri in metu sum.' *Heins.* Imposuit memoria viro doctissimo: nam in Phorm. v. 4. 6. vox *patri* non legitur; et Terentius semper accusativum solet huic verbo jungere; ut Andr. III. 4. 6. et passim. Noster ipse Naso Epist. XVIII. 13. 'Non poteram celare meos, velut ante parentes:' et ita frequentius optimi scriptores. *Burm.*—150 Pro *parvo* Heins. malebat *parco*.—151 Fr. *trit. niv.* inverso ordine.—

NOTÆ

139 *Sub viridi*] Myrto, Veneri sacra arbuscula, coronatæ mulieres prope templum Fortunæ Virilis Kalendis Aprilis lavabantur.

144 *Referre*] Ad rei memoriam, scil.

145 *Virili*] Ut ab aliis distinguatur, quæ plures Romæ templa sua habuerunt. Huic vero a Servio Tullio ad Tiberim positum templum.

150 *Hoc*] Ut viros celet quicquid vitii in muliebri corpore.

151 *Tritum*] Cocetum appellaverunt istud genus potionis; cujusmodi

Cum primum cupido Venus est deducta marito,
  Hoc bibit: ex illo tempore nupta fuit.
Supplicibus verbis illam placate: sub illa
  Et forma, et mores, et bona fama manent.
Roma pudicitia proavorum tempore lapsa est:
  Cumæam, veteres, consuluistis anum.
Templa jubet Veneri fieri: quibus ordine factis,
  Inde Venus verso nomina corde tenet.
Semper ad Æneadas placido, pulcherrima, vultu
  Respice: totque tuas, Diva, tuere nurus.
Dum loquor, elatæ metuendus acumine caudæ
  Scorpios in virides præcipitatur aquas.

atque mella expressa ex favis liquatis. Cum Venus primum perducta fuit ad maritum cupidum, hoc hausit; atque ex eo tempore fuit marita. Conciliate vobis favorem illius vocibus humilibus: et pulchritudo, et mores, et favens rumor sunt sub illa. Roma excidit castitate tempore majorum: antiqui consuluistis anum Cumæam. Monet ut ædes ponantur Veneri: quibus rite conditis, corde verso Venus inde habet nomina. Formosissima, converte semper faciem propitiam ad Æneadas; atque, Diva, protege tot tuas nurus. Dum loquor, Scorpius formidandus aculeo caudæ

153 Mor. *est adducta mar.* P. *conducta.*—155 Alii *Ill. supp. verb. pla.* mutato ordine. Fr. *supplicitèr* pro *supplicibus.*—156 Plurimi *fam. manet.*—157 Quibusdam *est* deest. Burm. distichon sic emendat: *Roma, p. p. t. lapsa, Cumæam haud temere c. a.*—159 Fr. *fier. Ven.* inverso ordine.—160 Arund. *vers. numina e. patet:* Thuan. *vers. nomine templa tenet:* Fr. *nomine corda t.* et in voc. *tenet,* dat *videt* pro var. lect.—161 Unus Mor. pr. A. et Læti *plac. dignissima vult.*—162 Pet. *manus* pro *nurus.*—164 Alii *Scorpio,* vel *Scorpius.* Et mox P.

NOTÆ

nuptis die ipso nuptiarum a multis exhibebatur.

153 *Marito*] Vulcano, scil.

154 *Hoc*] Cocetum, scil. seu liquorem ex lacte, melle, et papavere intrito, ad res Venereas conferentem.

155 *Sub illa*] Ex Veneris pendent numine.

157 *Pudicitia lapsa*] 'Quasi defecit, cum non coiretur,' ridicule exposuit Paulus. Immo illo tempore Acilio Balbo, Portioque Catone Consulibus, anno ab Urbe 639. tantus libidinis ardor Romanas fœminas invaserat, ut sine ullo pudore in Venerem ruerent: tresque uno tempore Vestales genere nobilissimæ incesti pœnas dederunt.

158 *Cumæam*] Hoc est Sibyllæ, quæ Cumis in Campania fuisse dicitur, libros; de quibus in præcedentibus.

159 *Factis*] Hæc extra portam Collinam posita, in via Salaria.

160 *Inde*] Ex eo tempore et facto quo fœminarum corda ad pudicitiam revocavit, *Verticordia* dicta est. Hæc Græcis est ἀφροδίτης ἀποστροφία, hoc est, quæ ab impiis desideriis atque injustis operibus avertat homines.

161 *Æneadas*] Romanos, ex Æneæ ejusque sociis derivatos.

163 *Dum loquor*] Atque adeo Kalend. Aprilis.

164 *Præcipitatur*] Occidit, mane

Nox ubi transierit, cœlumque rubescere primo
  Cœperit, et tactæ rore querentur aves;
Semustamque facem vigilata nocte viator
  Ponet, et ad solitum rusticus ibit opus;
Pliades incipiunt humeros relevare paternos:
  Quæ septem dici, sex tamen esse solent.
Seu quod in amplexum sex hinc venere Deorum:
  Nam Steropen Marti concubuisse ferunt:
Neptuno Halcyonen, et te, formosa Celæno:
  Maian, et Electran, Taygetenque Jovi:
Septima mortali Merope tibi, Sisyphe, nupsit:
  Pœnitet; et facti sola pudore latet.
Sive quod Electra Trojæ spectare ruinas
  Non tulit: ante oculos opposuitque manum.

sublatæ mergitur aquis glaucis.——Postquam nox præterierit, et cœlum cœperit primo rubescere, et aves tactæ rore querentur, atque viator omittet tædam semustam nocte vigilata, et rusticus proficiscetur ad opus consuetum, Pleiades incipiunt sublevare humeros paternos. Quæ solent dici septem, esse tamen sex; sive quod ex iis sex venerunt in amplexus Deorum: nam dicunt Steropen coiisse cum Marte, Halcyonem, atque te, pulchra Celæno, cum Neptuno, Maian, et Electran, atque Taygeten cum Jove: septima Merope juncta est tibi mortali, Sisyphe. Pœnitet, atque sola absconditur pudore facti. Seu quia Electra non potuit videre excidium Trojæ,

---

præcipitatus aq.—166 Pro *tactæ* unus *tutæ;* quatuor *tectæ;* Jun. Fr. et alii *tacitæ.* Plurimi etiam *ror. queruntur av.*—169 Ex melioribus Heins. dedit *incipiunt* pro vulg. *incipient.* Tum Excerpt. Voss. *numeros relev.*—171 *Amplexum* meliores teste Heins. alii *amplexus,* vel *amplexu.*—172 Alii legunt *Asteropen.*—174 Alii *Electram,* et *Taygetemq.*—175 Fr. *Merops sibi, S.* Tum quatuor libri *tib. Tantale, nups.*—176 Pembroc. *fact. læsa pud.*—177 Fr. *Spect. ruinam.*—178 Tres scripti *apposuitq. manum:* P. et tres alii *manus;*

NOTÆ

quidem, ut et testatur Columella.

165 *Nox ubi*] Quarto adeoque Nonas Pleiadum occasus heliacus.

Rubescere] Solis adventu.

166 *Rore*] Qui surgente Aurora cœlo mittitur.

168 *Ponet*] Quia potius Solis vel Auroræ etiam quam facis lumen.

169 *Pleiades*] Quæ Atlantis filiæ in cœlum translatæ, ut sæpius inculcatum.

Relevare] Atque adeo cœlo decedere, aut certe videri. Atlas namque cœlum humeris sustentare dicitur, cui minori videantur esse oneri filiæ postquam occiderint.

170 *Esse*] Quia una latet, ob eam quam mox Poëta proferet rationem.

171 *Hinc*] Ex Pleiadibus seu Atlantis filiabus.

172 *Marti*] Ex quo Œnomaum Hippodamiæ patrem peperit.

174 *Maian*] Ex qua Mercurius.

Electran] Dardani mater fuit.

Taygeten] Quæ Lacedæmonem peperit.

175 *Sisyphe*] Hic furtis et fraude

? perpetuo cælum versetur in axe;
ngat Titan, terque resolvat equos:
inflexo Berecynthia tibia cornu
, et Idææ festa Parentis erunt.
nimares, et inania tympana tundent;
e tinnitus ære repulsa dabunt.
ns molli comitum cervice feretur
per medias exululata vias.
nat. Ludique vocant: spectate, Quirites:
a Marte suo litigiosa vacent.
multa libet: sed me sonus æris acuti
, et horrendo lotos adunca sono.
, quas scitor, doctas, Cybeleïa, neptes.
; et has curæ jussit adesse meæ.

it annum oculis.——Postea autem ter vertetur in axe conti... nus. terque levet juga, continuo tibia Berecynthia cornu ... festa Matris Idææ referentur. Semimares ambulabunt, atque ... ære percussa ære reddent tinnitus. Ipsa autem portabitur ... ululata per medias vias Urbis. Scena personuit, atque Ludi... tate: atque Fora litigiosa pareant suo Marti. Placet mult... æris acuti, et lotos curva suo horrendo, mihi incutit horror... ibe doctas neptes, quas interrogem. Audit: atque imperavit

menn.—179 Jun. cod. vertatur: et Voss. in arce pro ... ?. terq. rejungat eq.—182 Man. et V. Flavit: pr. V. Flev... Ed. Neapol. litaique voc. Aldin. post. Ludiq. vacent; et ... alii. Plurimi etiam spectare Q.—191 Quas est ex

NOTÆ

nit Æoli filius.

] Conspicua non est in

tulit] Quia Dardani, ex orum orti reges, mater

Pridie nonas Apriles e- sia festa Cybeles magnæ a, si qua fides Livio. Na- onis ipsis ascribit.

ynthia] Phrygia; a Bere- ygiæ monte, ubi maxime a

] Idæa dicitur Cybele, t et Terra, ab Ida Phry-

183 *Semimares*] Gallos di... beles ministros castratos, qui statuam ejus præibant, para impositam ferebant, &c.

184 *Ære*] Æreo instrumen...

185 *Molli*] Quia evirati sacerdotes.

186 *Exululata*] Multo ululi... brata.

187 *Scena*] Hinc Terentii las Indis Megalensibus acta inveneris.

188 *Vacent suo*] Lites ... Metaphora est a bello petitu... qua agitur aptissima.

190 *Lotos*] Tibia ex loto a...

Pandite mandati memores, Heliconis alumnæ,
Gaudeat assiduo cur Dea Magna sono.
Sic ego. Sic Erato: (mensis Cythereius illi
Cessit; quod teneri nomen Amoris habet:)
Reddita Saturno sors hæc erat; Optime regum,
A nato sceptris excutiere tuis.
Hic suam metuens, ut quæque erat edita, prolem
Devorat; immersam visceribusque tenet.
Sæpe Rhea questa est toties fecunda, nec unquam
Mater; et indoluit fertilitate sua.
Jupiter ortus erat. Pro magna teste vetustas
Creditur: acceptam parce movere fidem.
Veste latens saxum cœlesti viscere sedit.
Sic genitor fatis decipiendus erat.

vere constibus meis. Alumnæ Heliconis, non obliti jussi, aperite quamobrem Magna Dea lætetur sono continuo. Ita ego; Erato sic respondit; namque *mensis Cythereius illi obtigit, quia habet nomen mollis Amoris: Hoc responsum datum fuerat Saturno, Optime Regum, Pelleris tuis regnis a filio. Ille reformidans suam progeniem, simul ac quæque prodierat in lucem, devorat, atque tenet exhaustam præcordiis. Rhea toties gravida neque unquam parens sæpe est questa, atque ingemuit sua fœcunditate. Jupiter erat natus. Antiquitas creditur pro magna teste: soli lacessere fidem receptam. Saxum involutum veste immissum est in cœlestia præ-*

Heins. alii *quem* vel, ut vulg. *quam*. Vett. plerique *quam scite;* tres *quem sciter;* Zulich. *quæ scitor:* unde Politianus et Naugerius conj. *quam scite.*—192 *Audit* ex uno V. uno Mor. et R. et sic etiam Pat. pro var. lect. vulg. *Vidit.*—196 Pro *quod*, Fr. *qui;* P. *nam*, et sic duo alii cum D. Excerpt.—198 Ed. Neapol. *nat. regnis excut.*—199 Jun. et Fr. *est* pro *erat*. Mox pr. V. et duo alii *ed. proles.*—203 Ex uno Pat. Heins. rescripsit *magna;* vulg. *magno.*—205 *Viscere* Heins. dedit ex Zulich. pro vulg. *gulture:* Max. et duo alii *gu-*

NOTÆ

191 *Neptes*] Musas facit Cybeles neptes, quia illæ Jovis filiæ, hic autem ex matre Ope seu Cybele natus.

192 *Has*] Musas, doctas neptes.

193 *Mandati*] Quod dedit Cybele, ut mihi adessetis.

Heliconis] In eo Bœotiæ monte Musæ educatæ dicuntur, haud procul a Parnasso.

194 *Sono*] Quo in Cybeles sacris omnia personabant.

195 *Erato*] Musa cui ab Amore nomen, quæ adeo ad Veneream quæ spectant facile exponat.

Cythereius] Aprilis Cytherea Veneri dicatus.

196 *Habet*] Erato, scil.

197 *Reddita*] Verba sunt Musæ, quæ Saturni atque Jovis refert historiam.

Optime] Ad id alludit, quod regnante Saturno aureum sæculum fuisse dicitur.

201 *Rhea*] Quæ Ops, Cybele, et magna Deorum mater.

205 *Cœlesti*] Saturni, scil. cui qui-

a jam dudum resonat tinnitibus Ide;
tus ut infanti vagiat ore puer.
clypeos rudibus, galeas pars tundit inanes:
ic Curetes habent, hoc Corybantes opus.
atuit patrem: priscique imitamina facti,
a Deæ comites raucaque terga movent.
ala pro galeis, pro scutis tympana pulsant:
ia dat Phrygios, ut dedit ante, modos.
rat. Cœpi: Cur huic genus acre, leones,
ebeat insolitas ad juga curva jubas?
ram. Cœpit: Feritas mollita per illam
ditur: id curru testificata suo est.
r turrita caput est ornata corona?
Phrygiis turres urbibus illa dedit?

Pater sic erat fallendus fatis. Jam dudum Ida excelsa reboat strepitu, ut vagiat ore puerili. Pars verberat scuta baculis, pars cassides vacuas. habent hoc negotii, Corybantes habent. *Res fuit clam patre, atque comites dunt æra atque terga sonantia ad repræsentationem veteris facti. Feriunt pro cassidibus, tympana pro clypeis: tibia edit modos Phrygios, ut olim Absolverat: incepi: Quare leones, genus savum, præbent colla non assueta juga? Absolveram: incepit: Sævitia creditur lenita per illam: fecit in- rei curru suo. At quamobrem gerit caput decoratum corona turrita?*

97 Tres libri et vetus Ed. Roman. 1417. *resonant...Idæ;* Fr. *resonat...* 99 Vulg. *clyp. manibus, gal.* ex pr. A. Læti Cod. et uno V. Heins. *rudibus;* at *rudibus* ex Max. et Zulich. Burm. præfert. Ursin. t. et unus V. *pars pulsat inq.* Bonon. *tundite.* Tum unus Pat. *inermes; ma acutas.*—210 Voss. et quatuor alii *Cur. agunt, hoc.*—211 Pr. A. ccerpta Pol. Voss. Arund. Max. Zulich. et sex alii cum Lactantio, *t, priscique manent imitamina facti:* sed vulgata lectio longe elegantior. Aldin. et Ed. Rom. Lactantii cum Fr. Cod. *prisciq. imitantia facti.*— *Raraque.* Pro *movent* unus Mor. *sonant.*—215 Alii *leonum* pro *leones.* *præbeat* Voss. Pet. Sa. et triginta sex alii, et quæd. edd. vulgo *præ-* ldti scripti et ed. Neapol. *curv. comas.*—218 Jun. *curr. testificante su.* nibusdam deest.—219 Pro *turrita* alii *turrifica* vel *turrigera.* Mox st ex Cod. Læti et multis aliis: vulg. autem *onerata.*—220 *Phrygiis*

NOTÆ

kum pannis involutum pro latum est.

ienitor] Saturnus, scil.

de] Mons Cretæ altus et as- fficilis.

'atus] Ne vagientis Jovis in- nus ad Saturni aures perve- ıretes atque Corybantes mag- no armorum strepitu prospexerunt.

212 *Comites*] Cybeles sacerdotes.

Terga] Tympana ex tergis seu co- riis.

214 *Phrygios*] Qui flebiles et effe- minati.

216 *Præbeat*] Namque Cybeles cur- rum trahunt leones.

Annuit. Unde venit, dixi, sua membra secandi
  Impetus? Ut tacui, Pieris orsa loqui:
Phryx puer in sylvis, facie spectabilis, Attis,
  Turrigeram casto vinxit amore Deam.
Hunc sibi servari voluit, sua templa tueri: 225
  Et dixit, Semper fac puer esse velis.
Ille fidem jussis dedit, et, Si mentiar, inquit,
  Ultima, quam fallam, sit Venus illa mihi.
Fallit: et in Nympha Sagaritide desinit esse,
  Quod fuit: huic pœnas exigit ira Deæ. 230
Naida vulneribus succidit in arbore factis.
  Illa perit: fatum Naidos arbor erat.
Hic furit: et, credens thalami procumbere tectum,
  Effugit, et cursu Dindyma summa petit.

Anne illa apposuit turres urbibus Phrygiis? Nutu affirmavit. Unde, dixi, orius est furor abscindendi partes suas? Postquam desii, Pieris occepit ita loqui: Puer Phrygius vultu egregius in excelsis sylvis corripuit Deam turrigeram casto amore. Voluit hunc sibi seponi, custodire sua delubra; atque dixit, Vide ut cures semper esse castus. Ille pollicitus est quæ imperabantur; atque dixit, Si imponam, illa sit mihi Venus novissima quam fallam. Fallit; atque cessat esse quod fuit in Nympha Sagaritide. Ira Deæ repetit pœnas ab ista. Rescindit Naidem plagis factis in arbore. Illa occidit: sors Naidis erat in arbore. Hic in furorem actus, atque ratus tectum thalami ruere, prorumpit, et percurrit in suprema Dindyma. Atque

---

dedit Heins. ex Ursin. et uno V. pro vulg. *primis*.—223 Scribitur etiam *Atthys*, vel *Atis*: Voss. Cod. pro var. lect. exhibet *atris*: Fr. *altis*, at corr. *Athis*.—224 *Vinxit* Heins. dedit ex Ursin. Pet. Nauger. et aliis pro vulg. *junxit*.—225 Jun. *templ. teneri*; et alii *tenere*.—226 Alter Bonon. *fac meus sis*.—227 Unus Mor. *fid. jussus ded*.—228 *Quam* ex pr. A. Erfurt. Fr. et aliis quibusdam: ceteri *qua*.—229 Scribitur etiam *Sagaratide*, vel *Sangaride*.—230 *Huic* Heins. rescripsit ex Ursin. pr. A. Maz. et aliis, pro vulg. *hinc*.—232 Fr. *Naiados*.—233 Zulich. *procumb. tegmen*; et Maz. cum pr. A. Læti et tribus aliis *tecta*; unde Heins. corr. *tigna*.—234 Quatuor libri *Et fugit, et*.—

NOTÆ

221 *Sua membra*] Pudenda, scil.

222 *Pieris*] Erato Musa, a Pierio monte, aut Pieridibus puellis: ut sæpius dictum.

223 *Phryx puer*] Atys seu Attis Phrygius a Cybele unice amatus.

226 *Puer*] Castus adeoque et purus.

227 *Fidem dedit*] Juravit.

229 *Sagaritide*] Hanc a Sagari Phrygiæ flumine finxit Naiadem.

230 *Quod fuit*] Castus, scil. et purus.

231 *In arbore*] Hamadryades quippe cum arboribus simul et nascuntur et intereunt.

233 *Furit*] Furore, scil. a Dea immisso.

234 *Dindyma*] Phrygiæ montes altos, a quibus et Cybele Dindymene

Et modo, Tolle faces; Remove, modo, verbera, clamat.
  Sæpe Palæstinas jurat adesse Deas.
Ille etiam saxo corpus laniavit acuto;
  Longaque in immundo pulvere tracta coma est.
Voxque fuit, Merui: meritas dem sanguine pœnas.
  Ah pereant partes, quæ nocuere mihi!
Ah pereant! dicebat adhuc: onus inguinis aufert;
  Nullaque sunt subito signa relicta viri.
Venit in exemplum furor hinc, mollesque ministri
  Cædunt jactatis vilia membra comis.
Talibus Aoniæ facunda voce Camœnæ
  Reddita quæsiti causa furoris erat.

nunc clamat, Remove tædas, nunc parce flagris: sæpe jurat Deas Palæstinas adesse. Ille etiam discerpsit corpus caute acuta, et prolixi capilli sunt tracti in sordido limo. Atque verba fuerunt, Dignus sum: expendam sanguine pœnas meritas. Ah membra pereant, quæ mihi obfuerunt! Ah pereant! aiebat insuper. Avellit pondus inguinis, et statim nulla sunt relicta indicia maris. Hinc furor venit in exemplum, et effœminati sacerdotes cædunt turpia membra, capillis concussis. Ratio furoris petiti erat assignata talibus disertu voce Musæ Aoniæ. Hoc insuper, oro,

.....

—235 In Voss. et Arund. *fac. modo verbera summove cl.* Max. *metu verbera summove.* In Zulich. omnia erasa. Latet nescio quid mendi. *Heins.*—236 Unus Heins. *Palæstinas;* A. *Palatinas clamat adess.*—237 Burm. malebat *Inde etiam.* —239 Excerpt. D. *fu. talis: Nostro do sang.* plurimi etiam cum vulg. *do,* Arund. et octo alii *de,* unus Med. *dum;* unde Heins. *dem.* Strozzæ liber *meritam...pœnam.*—241 Mallem, *Ah pereant! dicebat. Ad hoc* (vel *hæc*) *onus inguinis aufert:* id est, cum hæc diceret: sic sæpe utitur præpositione hac. 'Ad vocem currere' Met. VII. 844. *Adhuc* et *ad hoc* et *ad hæc* sæpe confunduntur, licet aliquando alio quam hic sensu. Fast. II. 282. 292. et Met. IV. 458. *Burm.*—242 Malim, *subito viro.* Vide Notas Ep. XVIII. vs. 160. [Not. Var.] *Heins.* Nihil muta: nam contrarium notaret ac Poëta vellet: si enim ante caruisset virilibus, et subita quadam Metamorphosi ea accepisset, *subitus* recte *vir* dici posset: sed nunc vir desinit esse subito, exsectis partibus quæ virum faciebant. Douza huc referebat illa Catulli Carm. LXIII. 6. 'Itaque ut relicta sensit sibi membra sine viro.' *Burm.*—243 Heins. malit *Ivit in exempl.* P. alter *assuetum* pro *exemplum.* Tum Fr. cum multis aliis *fur. hic moll.*—244 *Glossæ* Rumpfii *Cod. vittatis vil.* et quatuor libri *mollia membr.*

NOTÆ

dicta.

235 *Faces*] Quæ Furiarum erant, scil.

236 *Palæstinas*] Furias intelligendas esse faces et verbera satis indicant. Quamobrem Palæstinæ dicantur non ita apertum: quanquam a Palæste Epiri vico apud Oricum urbem repetit Commentator; qui in ea regione templum Diris consecratum fuisse contendit.

237 *Corpus*] Maxime vero denique eam partem qua deliquerat.

242 *Nullæ*] Neque in cultu; ut ex Luciano liquet.

244 *Jactatis*] Capitis jactatio evi-

Hoc quoque, dux operis, moneas, precor; unde petita
Venerit: an nostra semper in Urbe fuit?
Dindymon, et Cybelen, et amœnam fontibus Iden
Semper, et Iliacas Mater amavit opes.
Cum Trojam Æneas Italos portaret in agros;
Est Dea sacriferas prœne secuta rates.
Sed nondum fatis Latio sua numina posci
Senserat; assuetis substiteratque locis.
Post, ut Roma potens opibus jam secula quinque
Vidit, et edomito sustulit orbe caput;
Carminis Euboici fatalia verba sacerdos
Inspicit. Inspectum tale fuisse ferunt:
Mater abest; Matrem jubeo, Romane, requiras.
Cum veniet, casta est accipienda manu.

decens, dux operis, unde petita accesserit; an fuerit semper in nostra Urbe? Mater dilexit semper Dindymon, et Cybelen, et Iden amœnam fontibus, atque divitias Iliacas. Cum Æneas veheret Trojam in arva Itala, Dea est fere secuta suas sacriferas. Verum sciebat sua numina nondum expeti fatis Latio, atque manserat in locis solitis. Deinde, cum Roma potens opibus jam vidit quinque secula, atque erexit caput orbe subacto, sacerdos inspicit sermones fatales carminis Euboici. Aiunt quod inspectum est fuisse tale: Mater longe est, impero requiras Matrem, Romane. Cum accedet, accipienda est casta manu. Patres errant ambagibus dubii

---

Heins. conj. *levia*.—249 Ed. Gryph. et quatuor scripti *amam*. *frondibus Id.* Alii *Idam*.—251 Thuan. *Æn. Latios port.* et nonnulli cum Fr. *portavit*.—252 Ed. D. Heins. *pone* pro *prœne*.—253 Quidam Codd. *sua numina*, vel *munera* poss.—254 Excerpt. D. et plurimi alii *ass. constiteratq. loc.*—255 *Post* ubi Neapol. edidit, et sic quidam scripti: Fr. pro var. lect. habet *Postquam*: Pet. *Post quod*; et mox *bis* pro *jam*; Fr. *tam*.—256 Neapol. Ed. *et e domito aut*.—257 Unus Heins. *signa* pro *verba*.—258 Erfurt. *fuisse. refert*.—261 Fr.

NOTÆ

ratis Gallis peculiare.

Vilia] Genitalia.

245 *Aoniæ*] Quia in Aonils seu Bœoticis montibus, Helicone puta, frequens Camœna aut Musa.

247 *Dux operis*] Musam alloquitur, a qua docebatur.

Petita] Cybele, scil.

249 *Dindymon*] Mons Phrygiæ, in quo templum Cybele habuit.

Cybelen] Phrygiæ montem alium, in quo et Dea culta.

250 *Iliacas*] Trojanas.

251 *Trojam*] Deos Penates, et si quæ ex incendio superfuerant.

252 *Sacriferas*] Sacra ferentes.

255 *Quinque*] Annos insuper 48.

256 *Edomito*] Subacto.

257 *Euboici*] Sibyllini. Chalcidenses enim Euboici Cumas Campaniæ urbem, ubi Sibylla habitavit, olim condidere.

Sacerdos] Illud fuit curæ Decemviris per id tempus, quod prius ad Duumviros tantum spectabat.

258 *Inspectum*] Carmen, scil. idea

Obscuræ sortis Patres ambagibus errant:
Quæve parens absit, quove petenda loco.
Consulitur Pæan: Divumque arcessite Matrem,
Inquit: in Idæo est invenienda jugo.
Mittuntur proceres. Phrygiæ tum sceptra tenebat
Attalus: Ausoniis rem negat ille viris.
Mira canam: longo tremuit cum murmure tellus;
Et sic est adytis Diva locuta suis:
Ipsa peti volui. Ne sit mora: mitte volentem.
Dignus Roma locus, quo Deus omnis eat.
Ille soni terrore pavens, Proficiscere, dixit;
Nostra eris: in Phrygios Roma refertur avos.

oraculi, quæve Mater sit procul, quove ex loco requirenda. Pæan consulitur; atque ait, Requirite Matrem Deorum; reperienda est in monte Idæo. Primores mittuntur. Attalus tum obtinebat sceptra Phrygiæ: ille recusat rem viris Italis. Castæ mira: cum terra concussa est cum longo murmure; atque Dea sic est locuta ex suis sacrariis: Ipsa volui requiri: ne sit cunctatio, mitte cupientem: Roma est locus dignus, quo omnis Deus concedat. Ille trepidans horrore vocis, Discede, ait, eris nostra: Roma recensetur in nostros majores. Continuo bipennes sine numero

---

sortes; et *sortis* pro var. lect. Mox Heins. mallet *ambag. hærent.*—263 *D. accersite M.* plurimi habent.—265 Fr. *tunc* pro *tum;* et tres libri *regna ten.* —266 Edidit N. Heins. *sic ex adyt.*—270 Heins. malit *omn. eant.*—273 Pet.

NOTÆ

quod ab Annibale Italia vexaretur.

259 *Mater*] Quæ passim, a Græcis præsertim, pro ipsa Deorum matre, nulla illorum mentione facta, sumitur.

260 *Casta*] Ad oraculum alludit, quo ab optimo viro excipiendam magnam Matrem cavebatur.

261 *Sortis*] Oraculi.

Ambagibus] Obscuritate.

268 *Pæan*] Apollo, ad quem legatos missos de ea re sciscitatum docet Livius: mox subjiciet Naso.

265 *Proceres*] M. Valerius Levinus, scil. qui bis Consul fuerat, M. Cæcilius Metellus Prætorius, aliique quos ex Livio melius intelliges: atque quidem missos ante quam Apollinem consulerent, nullus, credo, dubitaveris.

266 *Attalus*] Ille quidem (nam plures in Asia imperium tenuerunt) Romanos qui bello Galatensi adversus Philippum juvit. Scilicet ita temporum ratio postulat.

Negat] Poëtis quantum liceat hinc colliges: Livius namque de Attalo hæc refert: 'Is legatos comiter acceptos Pessinuntem in Phrygiam deduxit; sacrumque iis lapidem, quem Matrem Deum esse dicebant, tradidit.'

267 *Mira*] Quæque adeo vatem à vero abduxerunt.

268 *Suis*] Cybele namque et Tellus est.

269 *Mitte*] Attalum alloquitur.

272 *Nostra*] Utcumque discedas; aliquidem ad nostros, Romanos, scil. ex Phrygibus ortos, proficiscaris.

Protinus innumeræ cædunt pineta secures
Illa, quibus fugiens Phryx pius usus erat.
Mille manus coëunt: et picta coloribus ustis
Cœlestum Matrem concava puppis habet.
Illa sui per aquas fertur tutissima nati;
Longaque Phryxeæ stagna sororis adit:
Rhœteumque rapax, Sigeaque littora transit;
Et Tenedum, veteres Eetionis opes.
Cyclades excipiunt, Lesbo post terga relicta,
Quaque Caristeis frangitur unda vadis.
Transit et Icarium, lapsas ubi perdidit alas
Icarus, et vastæ nomina fecit aquæ.

excindunt illa pineta, quibus pius Phrygius fugiens usus erat. Mille manus conveniunt; atque navis cava picta coloribus tostis tenet Matrem Deorum. Illa vehitur securissima per aquas sui filii, atque ingreditur gurgites sororis Phryxeæ: et præterlabitur Rhœteum repax, et littora Sigea, et Tenedon divitias antiquas Eetionis. Cyclades excipiunt, Lesbo omissa a tergo, et qua fluctus mollitur vadis Caristeis. Superat quoque Icarium, ubi Icarus amisit alas lapsas, et dedit nomen latæ aquæ.

****

inn. *scindunt pin.*—274 Douza volebat *P. prius us.* Voss. Gottorph. et duo alii *puer.*—276 Alii *Cœlestem M.*—277 Maz. *fert. justissima nat.* et sic Zulich. Voss. Arund. et duo alii; duo etiam *cultissima:* Heins. conj. *lætissima.*—279 *Rapax* est ex pr. A. Læti, et multis aliis; vulg. *capax.*—280 *Tenedon* vett. libri nonnulli: Heins. scribit *Theben:* Fr. *Tenedum, et vet.* Mox Politianus legebat *Emathionis,* Samothraciam intelligens; aut *Œnopionis,* Chion.—282 Voss. *Carystois:* scribitur etiam *Caryteis.*—283 Ed. Gryph. *et Icarion;*

NOTÆ

Refertur] Paulo ante istud explanatum.

274 *Phryx*] Æneas, scil.

277 *Nati*] Neptuni, qui Matri favit, scil. si satis poëtæ nostri ingenium nosti.

278 *Longa*] Longum et angustum Hellesponti fretum.

279 *Rhœteum*] Quod Trojæ promontorium, in faucibus Hellesponti, Græcorum classibus olim portum præbuit.

Sigea] Aliud promontorium a dextra, superiori oppositum, quod littoribus suum nomen dedit.

280 *Tenedum*] Insulam illam celeberrimam e regione Ilii. Ceterum nullibi cum legas sub Eetionis ditione fuisse eam, vix dubitandum quin *Theben*, ut suadet clariss. Heinsius, sit legendum: cum præsertim 'Eetioneas Thebas' memînerit Noster in Metam. XII. atque inter Antandrum et Lyrnessum illam urbem aut saltem cognomina littora prospicere potuerint, qui Cybelen in Italiam vehebant.

Eetionis] Qui pater Andromaches, quam Hector habuit uxorem.

281 *Cyclades*] Insulæ Ægæi notissimæ.

Lesbo] Quæ Ægæi insula in conspectu fere Troadis.

282 *Caristeis*] A Caristo, Eubœæ urbe, Andro insulæ oppositæ, istud

ova Creten, dextra Pelopeidas undas
rit: et Veneri sacra Cythera petit.
iare Trinacrium, candens ubi tingere ferrum
itesque, et Steropes, Acmonidesque solent:
aque Afra legit, Sardoaque regna sinistris
picit a remis, Ausoniamque tenet.
contigerat, qua se Tiberinus in altum
dit, et campo liberiore natat.
Eques, mixtaque gravis cum Plebe Senatus,
ius ad Thusci fluminis ora venit.
unt pariter matres, natæque, nurusque,
que colunt sanctos virginitate focos.

quit Cretam sinistra, dextra fluctus Pelopeios: atque contendit Cythera diri. Hinc mare Siculum, ubi Brontes, et Steropes, atque Acmonides consueverre ferrum candens; atque præterit Afra maria, et prospicit a remis lævis dos, et tenet Italiam. Contigerat ostia, qua Tiberinus influit in mare, et nat liore. Cuncti equites, et Senatus gravis confusus cum plebe processit obra fluvii Thusci. Concurrunt etiam matres, et filiæ, atque nurus, quæque

---

il *lassas ub.*—285 Fr. *Tunc læv.*—287 Unus Bonon. et unus V. *ub.* rr.—288 Plurimi *Brontes et S.* omisso *que.* Multi etiam *Agmonidesq.* nlg. *Æmonidesq.* Fr. *Memonidesq.*—289 Duo libri *Littoraq. A.*—290 multi vett. ceteri *Despicit*, vel *Respicit:* at Ursin. liber *Aspicit.*—nibusdam *Hostia contig.*—295 P. alter *Protendunt par.* Dein olim *natique, virique:* Junianus, *natæque*, et tres alii: Ursini liber et Pat. *natique, nurusque:* lege, *natæque, nurusque.* Heins.—296 Alter Pet.

NOTÆ

atum.

rium] Mare istud a sinistra priusquam ad Caristea vada ant.

rus] Dædali insignis fabri

lopeidas] Quæ a Pelope dicponnesum allnunt.

thera] Quæ insula inter Creeloponnesum.

rinacrium] Siculum. A tripromontoriis, Pachyno, Lit Peloro, Sicilia Trinacria ta.

Quia ibi insulæ Vulcaniæ it.

ntes] Nomina hæc sunt Cyclopum qui Vulcano in emolliendo ferro et fabricandis fulminibus suam præstant operam. Data autem illa sunt ex re ipsa: *Brontes* siquidem Græce a tonitru; *Steropes* a fulgure; *Acmonides*, qui *Pyracmon* Virgilio, dictus ab incude.

289 *Afra*] Mare Libycum præternavigavit, scilic. Romam petens Cybele, quod ad sinistram reliquit.

Sardoa] Sardiniæ, insulæ magnæ, quam a sinistra prospicias in Mediterraneo, Romam ex Sicilia contendens.

294 *Obvius*] Ad lapidem illum, si Dis placet, seu Cybelen magnam Deum Matrem excipiendam.

Sedula fune viri contento brachia laxant.
  Vix subit adversas hospita navis aquas.
Sicca diu tellus fuerat: sitis usserat herbas:
  Sedit limoso pressa carina vado:
Quisquis adest operi, plus quam pro parte laborat;
  Adjuvat et fortes voce sonante manus.
Illa velut medio stabilis sedet insula ponto.
  Attoniti monstro stantque paventque viri.
Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto:
  Nec facies impar nobilitate fuit.
Casta quidem; sed non et credita. Rumor iniquus
  Læserat, et falsi criminis acta rea est.
Cultus, et ornatis varie prodisse capillis,
  Obfuit: ad rigidos promtaque lingua senes.

honorant virginitate sacros ignes. Viri fatigant fune lacertos assiduos. Navis peregrina ægre init aquas oppositas. Terra fuerat diu arida, sitis torruerat gramina: navis onerata hæsit in vado limoso. Singuli urgent opus, et contendunt plus quam pro parte, atque ferunt opem strenuis manibus voce elata. Illa stat tanquam insula immota in medio mari: viri stupentes prodigio hærent et trepidant. Claudia Quinta stirpem repetebat ab excelso Clauso: neque vultus fuit pejor nobilitate. Pudica quidem fuit, sed non etiam credita. Fama maligna illam attriverat, et acta est rea facti criminis. Ornatus, atque exivisse coma varie comta nocuit; atque lin-

---

col. castos virg. quatnor *sacros.*—297 Fr. *bracb. lapsant.*—298 *Subit* ex plerisque scriptis; vulg. *tulit.* Deinde Fr. a pr. man. quod corr. *aversas*, et Voss. et alius *adversis...aquis.*—299 Fr. *fuer. tell.* inverso ordine.—300 Pro *presa* priscæ Edd. et scripti tres *fessa.* Mox Gottorph. et V. *carin. solo.*—301 Unus Med. *ad. operis, pl.*—302 Bonon. *voc. tonante man.*—305 Neapolis mallet *ab Atta.*—307 *Et* ex melioribus reposuit Heins. pro vulg. *est.*—309 Urs. *et ornatos v. p. capillos:* alii *ornatus variis...capillis:* Heinsio placet lectio Codd. Max. Zulich. Nanger. pr. A. et aliorum *ornatis varie p. capillis;* vel *ornatô...capillo.* Pro *prodisse* quidam *fudisse* vel *posuisse.*—310 Sic duo V.

NOTÆ

296 *Quæque*] Vestales.

297 *Contento*] Quippe quo rem tantam traherent.

299 *Sitis*] Quod siccitati Naso imputat, illud ostii Tiberini vitio Historici tribunnt.

303 *Illa*] Navis, scilicet, seu carina.

305 *Alto*] Antiquo et nobili. Atta Clausus appellatus qui Patricias hujus familiæ princeps a Sabinis, priusquam Appius Claudius diceretur.

308 *Acta rea*] Falso stupri arguebatur.

310 *Obfuit*] Quia ex cultu nimium curioso corruptæ mentis et corporis conjecturas faciebant: quanquam temere.

Rigidos] Qui in corruptas graviter animadverterent.

nens recti famæ mendacia risit:
s in vitium credula turba sumus.
castarum processit ab agmine matrum,
ibus puram fluminis hausit aquam,
t irrorat, ter tollit in æthera palmas.
nque aspiciunt, mente carere putant.
que genu, vultus in imagine Divæ
:t hos edit, crine jacente, sonos:
, alma, tuæ, genitrix fœcunda Deorum,
sub certa conditione preces.
or. Si tu damnas; meruisse fatebor.
luam pœnas judice victa Dea.
imen abest, tu nostræ pignora vitæ
is: et castas casta sequere manus.
exiguo funem conamine traxit.
ed et scena testificata loquar.

ad severos senes. Animus conscius recti contemsit mendacia famæ: *agmen credulum in vitium. Postquam hæc progressa est a cœtu pu-* *um, atque sumsit manibus aquam purum fluvii, ter aspergit caput, ter ad cœlum. Quotquot vident, arbitrantur eam insanire. Atque genu* *sit faciem in simulacrum Divæ, et emittit has voces capillis neglectis:* *fœcunda Deorum, audi preces tuæ supplicis sub certa conditione. Non* *. Si tu damnas, agnoscam dignam esse. Expendam pœnas morte,* *dice. Ast si crimen nullum est, tu exhibebis facto testimonia nostræ* *a cedes manibus pudicis. Absolvit; et duxit funem levi conatu. Di-*

ris et Statii; vulg. *linguaq. promta sonos.*—311 Pro *recti* quidam *:* et nonnulli *mend. videt.*—313 F. *cast. procedit ab agm.* Ursin. et *ina.*—314 F. cum duobus aliis *fl. haurit aq.*—315 Alii *toll. ad ath.* edebatur *Finxit, et hos dixit, cr.* Neapolis amplectitur scriptum Pr. A. *et edit eos:* quidam *egit;* Helm. *reddit:* Heins. conj. *per-* Pet. alter *gen. facunda D.*—322 Unus Heins. *indice* pro *judice.*— *.* corr. *pign. vittæ:* Voss. habet *curæ.*—324 Pro *Re dabis* V. et *Reddes;* A. et Pol. *reddas:* et iidem Codd. mox *sequare.*—326 *Et* as recepit Heins. pro vulg. *in;* et mox *loquar* pro *loquor.* Ille t a Nasonis manu esse *sed et scenæ testif.* Alii etiam *ex* vel *e scena.*

NOTÆ

ula] Quam vere nimis quisque propemodum virtur ex alieno vitio assuere; im omnes ruunt dedecus.

e carere] Quia, ut videomnia alieno tempore.

nte] Sparso, furentium more, aut divino numine correptorum.

320 *Certa*] Optime sane; ut magis irridere quam precari Deum videantur qui hodie illum sine conditione venerantur.

324 *Re*] Signo quopiam manifesto.

326 *Et scena*] In theatro: ut vera

Mota Dea est; sequiturque ducem, laudatque sequendo.
  Index lætitiæ fertur in astra sonus.
Fluminis ad flexum veniunt: Tiberina priores
  Ostia dixerunt, unde sinister abit.
Nox aderat: querno religant a stipite funem:
  Dantque levi somno corpora functa cibo.
Lux aderat: querno solvunt a stipite funem:
  Ante tamen posito thura dedere foco.
Ante coronata puppi sine labe juvencam
  Mactarunt, operum conjugiique rudem.
Est locus, in Tiberin qua lubricus influit Almo,
  Et nomen magno perdit ab amne minor.
Illic purpurea canus cum veste sacerdos
  Almonis Dominam sacraque lavit aquis.

cam mira, sed et comprobata scena. Dea est tacta; atque sequitur ducem, et probat sequendo. Vox testis gaudii tollitur ad sidera. Feruntur ad flexum fluvii: antiqui vocaverunt Ostia Tiberina, unde lævus recedit. Nox adventabat: religant funem a trunco querno, et tradunt levi somno corpora refecta epulis. Dies appropinquabat, solvunt funem a trunco querno: prius tamen immiserunt thura igni appositio. Puppi prius coronata immolarunt bovem sine vitio, immunem operum atque conjugii. Est locus, qua fluidus Almo devolvitur in Tiberim, et minor amittit nomen a magno fluvio. Ibi sacerdos canus cum veste purpurea abluit Dominam atque sacra aqui

—330 Nonnulli *Hostia.*—331 Quatuor libri *Nox erat: et q.* Unus Pat. *quernoque ligant:* et alii *solv. in stip.*—333 Quatuor libri *Lux erat et q.*—335 Francius volebat *Arte cor.* Tum *coronata puppi* est ex emend. Heins. plerumque legebatur *coronarunt puppem,* vel *puppim:* alter tamen A. *coronarum;* quinque alii *coronatam.*—337 Septem libri *in Tiberi;* et Fr. *Tiberim.* Hic quoque cum Voss. habet *quo* pro *qua;* et Jun. *quem.* Deinde sex vett. *Almon.*—338 Plerique meliores, teste Heins. *ab;* vulg. *in.*—339 Gottorph. *castus* pro *canus.*—

NOTÆ

esse nullus dubitet.

327 *Ducem*] Claudiam, scilicet, pudicam, quæ funem trahebat.

Laudat] Id ipsum quod sequebatur laudabat: non enim, ut vidit ille etiam cæcus Evangelii, Deus audit improbos.

329 *Tiberina*] Tiberini numinis regiam ibi esse voluerunt.

330 *Sinister abit*] Vertitur in sinistram.

331 *Funem*] Quo navis retinebatur.

336 *Operum conjugiique*] Quæ neque jugum neque taurum passa.

337 *Almo*] Fluvius parvus est, qui intersecta via Appia haud procul a porta Capena in Tiberim defluit.

339 *Sacerdos*] Ἀρχιερεὺς, quem Archigallum dixeris.

340 *Dominam sacraque*] Hoc est lapidem parvum furvi atque atri coloris, prominentibus angulis inæqualem, ut refert Arnobius. At enim religionum stultitiam quis unquam possit satis mirari?

culant comites, furiosaque tibia flatur;
Et feriunt molles taurea terga manus.
audia præcedit, læto celeberrima vultu;
Credita vix tandem teste pudica Dea.
sa sedens plaustro porta est invecta Capena:
Sparguntur junctæ flore recente boves.
asica accepit: templi tunc extitit auctor.
Augustus nunc est: ante Metellus erat.
bstitit hic Erato. Mora fit, si cetera quæram.
Dic, inquam, parva cur stipe quærat opes?
ntulit æs populus; de quo delubra Metellus
Fecit, ait. Dandæ mos stipis inde manet.
ir vicibus factis ineant convivia, quæro,
Tum magis, indictas concelebrentque dapes.

nnis. Comites vociferantur, et tibia furiosa inflatur; et manus effœminatæ unt terga taurea. Claudia celeberrima præit facie alacri, vix tandem credita a Dea teste. Ipsa sedens pilento est inducta per portam Capenam: boves alli- e currui sparguntur flore novo. Nasica accepit, fuit tunc auctor delubri: Au- tus nunc est; Metellus erat prius. Eruto hic finem fecit. Longum est si petam ra. Dic, inquam, quare quærat divitias exigua moneta? Plebs, inquit, contulit de quo Metellus condidit templa; inde est mos conferendæ stipis. Peto, quam- am veniant in conviria per vices, tum etiam magis frequentent epulas indictas.

---

1 Sa. *Cl. procedit, læt.*—346 P. *Sparg. juncti fl.* duo libri *vinctæ;* tres *victæ:* peto *rore rec.*—347 Sa. *Nas. suscepit: templ.* Heins. malebat *excepit.* Alii *præstitit, non substitit, nam præstitit,* [*non extitit,*] &c. forte scripserit *pl. pater extitit;* ut hæc Claudia fuerit filia C. Claudii Neronis Censoris, locavit ædem Matris Magnæ in palatio cum collega Livio; teste Liv. XIX. 37. quod tamen affirmare non audeo: sed cogitandum amplius. *Burm.* 349 Plurimi cum vulg. *sic c. quæro;* multi etiam *si c. quæro: si c. quæram* ex Ursin. pr. A. Maz. Zulich. et tribus aliis: Heins. legebat *dic c. quæso.* 353 Pro *factis* Heins. conj. *pactis.* Tum plurimi *ineunt;* unus *coëant.* Fr. *s. quædam.*—354 Maz. *mag. invectas, concel.* Tum *cur celebrentq.* Sa. *conce-*

NOTÆ

341 *Furiosa*] Quia a furiosis mitris.

342 *Taurea*] Quia ex illis tympana, e quorum incondito strepitu nihil is bene ordinatum in tam lepida mpa.

344 *Vix tandem*] Hinc adeoque bis ingenium disce.

346 *Junctæ*] Ut currum, quo vehetur Cybele, traherent.

347 *Nasica*] P. Scipio Nasica, a Senatu vir optimus judicatus; qui, si magis Livium audis, acceptam Deam in ostiis Tiberinis, inde ferendam Matronis dedit.

Tunc] Quia primi ex S. C. evexerant illud templum ex fundamentis M. Livius et C Claudius Censores: quod deinde igne absumtum Augustus aliique instaurarunt.

350 *Stipe*] Nummo: quem quidem vicatim Phrygii generis vir et mulier

Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit;
  Captant mutatis sedibus omen idem.
Institeram, quare primi Megalesia ludi
  Urbe forent nostra: cum Dea, (sensit enim,)
Illa Deos, inquit, peperit. Cessere parenti:
  Principiumque dati Mater honoris habet.
Cur igitur Gallos, qui se excidere, vocamus;
  Cum tanto Phrygia Gallica distet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen altasque Celænas,
  Amnis it insana, nomine Gallus, aqua.
Qui bibit inde, furit. Procul hinc discedite, quis est
  Cura bonæ mentis: qui bibit inde, furit.
Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum
  In Dominæ mensis? an sua causa subest?

Quod, inquit, Berecynthia feliciter mutaverit locum, captant idem præsagium mutatis sedibus. Quæsieram intensius, cur Megalesia essent primi ludi in nostra Urbe; cum Dea, (namque advertit,) dixit, Illa peperit Deos. Cesserunt Matri: atque Parens obtinet principium honoris collati. Quamobrem ergo appellamus Gallos qui se castraverunt; cum terra Gallica sit tanto remota a Phrygia? Fluvius, inquit, nomine Gallus, fluit aqua vesana inter viridem Cybelen atque excelsas Celenas. Qui ex eo potat insanit. Longe hinc fugite quibus est amor sanæ mentis: qui ex eo potat insanit. Non pudet, inquam, adhibuisse herbosum moretum mensis De-

lebrentq. plerique vett. alii *concelebrantq.* Heins. totum distich. sic refingere volebat: *Cur v. f. ineunt c. quæso, Mutuita, indictasq. &c.* Sed vid. Not. Var. —357 Fr. *Magalesia.*—362 Plurimi *Cum tantum a P.* Pet. Ursin. et alius dant *tanto:* et Max. Voss. Arund. et duobus aliis *est* deest. Tum alter P. *Gallia dist.*—363 Fr. *altasq. Cilenas.*—364 In P. et Excerpt. D. *A. it in Scythicas, n. G. aquas.*—367 V. *Nam pud.* Tum Excerpt. D. et P. *herbosum.*—

NOTÆ

per eos dies, quibus Diva per Urbem ferebatur, colligebant.

353 *Vicibus*] Vicissim modo ad hæc modo ad illa convivia per mutuas sodalitates commeando: quod quidem prisco verbo 'mutitare' appellabant. Instituti vero denique tres viri Epulones, qui ludicrum illud et epulare sacrificium curarent, propter sacrorum multitudinem.

354 *Indictas*] Ab ipsis sacerdotibus.

355 *Bene*] Quippe quæ Romam in augustius domicilium concesserit.

356 *Mutatis*] Cum per diversas sodalitates ex convivio in convivium concedunt.

357 *Primi*] Primo loco et magna celebritate frequentati.

359 *Illa*] Cybele, scilicet.

Cessere] Dii, scilicet.

363 *Celænas*] Strabo tumulum facit Asiæ proprie dictæ, in quo et urbs ejusdem nominis. Desiit vero illa, civesque in Apamæam, novam urbem haud procul a veteribus Celænis, translati.

364 *Insana*] Quia insanos facit de ea qui bibunt.

Lacte mero veteres usi memorantur et herbis;
Sponte sua si quas terra ferebat, ait.
Candidus elisæ miscetur caseus herbæ;
Cognoscat priscos ut Dea prisca cibos.
POSTERA cum cœlo motis Pallantias astris
Fulserit; et niveos Luna levarit equos;
Qui dicet, Quondam sacrata est colle Quirini
Hac Fortuna die Publica; verus erit.
TERTIA lux (memini) Ludis erat: at mihi quidam
Spectanti senior, contiguusque loco,
Hæc, ait, illa dies, Libycis qua Cæsar in oris,
Perfida magnanimi contudit arma Jubæ.

inæ? an apponitur sua causa? Antiqui, inquit, dicuntur usi lacte puro atque gra-inibus, si tellus nonnulla ferebat ultro. Albus caseus miscetur graminibus contusis, t Dea antiqua cognoscat antiquos cibos.——Cum sequens Aurora illuxerit, sideribus ulo pulsis, atque Luna solverit equos albos, qui dicet, Fortuna publica fuit olim crata hac die in monte Quirini, erit verus.——Tertia dies, recordor, erat Ludis: t quidam senior, et proximus loco, dixit mihi spectanti, Hæc illa dies, qua Cæsar egit arma perfida fortis Jubæ in oris Libycis. Cæsar erat mihi Imperator, sub

98 Voss. et quatuor alii *sua cura sub.* A. et Læti *cura jubet.*—369 Mor. et an. *L. novo vet.* Deinde *memorantur* meliores, non, ut vulg. *narrantur.* Voss. t alius *et herba.*—370 Pet. alter et septem alii *fer. opes.*—371 *Elisæ* Heins. edit ex pr. A. Pet. Zulich. Maz. aliisque multis pro vulg. *elixæ.*—372 Fr. Iaz. et alii *Agnoscat pr.* et quidam editi *primos.*—374 Fr. cum sex scriptis *L. xerit eq.*—375 Quidam *sacrata in valle* Q. et plurimi alii *valle.* Heins. scri-endum censet *colle Quirino.*—377 Multi vett. *erat:* sed vulg. *erit:* unus ber *eat.* Multi *hac* pro *at;* nonnulli etiam *mih. quondam.*—378 Plurimi vett.

NOTÆ

367 *Moretum*] Intritum fuit ex llio, apio, ruta, coriandro, bulbo, et aseo, cum oleo atque aceto.

372 *Priscos*] In quibus certe caseus.

373 *Postera cum*] Octavo Idus Apr. leoque mensis die sexto.

Motis] Quia Auroræ tum Solis lventante majore luce cetera astra bscurantur.

Pallantias] Aurora Pallantis ex itanum genere filia.

374 *Levarit*] Jugo, scilicet, atque leo ipsa, surgente Sole, occiderit.

375 *Colle Quirini*] In monte Qui-nali duo fuerunt templa Fortunæ ublicæ consecrata; alterum quidem illi quam insuper Primigeniam appellarunt, de quo mense sequenti sermo futurus est; alterum huic de qua nunc agitur, quæ Publica simpliciter.

377 *Tertia lux*] Post festum publicæ Fortunæ, eo tamen comprehenso die 6. Idus.

Ludis] Qui ad Julianæ victoriæ memoriam videntur certe instituti; ut ex sequentibus patebit.

378 *Senior*] Quique adeo continuatos Julii Cæsaris triumphos suis oculis viderat.

379 *Dies*] Quintilis antiqui fuit 26. anni ab U. C. 707. quo quidem Cæsar Fastos correxit, annumque ad Solis

Dux mihi Cæsar erat, sub quo meruisse Tribunus
Glorior. Officio præfuit ille meo.
Hanc ego militia sedem, tu pace parasti,
Inter bis quinos usus honore Viros.
Plura locuturi subito seducimur imbre.
Pendula cœlestes Libra movebat aquas.
Ante tamen, quam summa dies spectacula sistat,
Ensifer Orion æquore mersus erit.
PROXIMA victricem cum Romam inspexerit Eos,
Et dederit Phœbo stella fugata locum;

quo glorior militasse Tribunus. Ille præfuit meo muneri. Ego meam feci hanc sedem bello, tu pace, usus honore inter Decemviros. Plura dicturi divellimur repentino nimbo. Libra pendula ciebat aquas cœlestes. Priusquam tamen ultima dies finem faciat spectaculis, Orion ensifer erit mersus mari.——Cum sequens Aurora viderit Romam victricem, atque astra depulsa fecerint locum Apollini, Circus erit celeber

continuusque.—381 Maz. Zulich. Voss. et tres alii *mer. tribunal.*—382 Unus Mor. *Gratulor: off.* et quidam scripti cum vulg. *officiis.*—385 *Seducimur* recepit Heins. ex Maz. Zulich. et Erfurt. pro vulg. *subducimur.*—386 Duo scripti *mov. equos.*—387 Unus liber *quem fulva di.*—388 Meliores, teste Heins. *En-*

NOTÆ

cursum, ut in Ægypto didicerat, magna laude accommodavit.

Libycis] In Africa; ubi adversus Jubam Mauritaniæ regem, Catonem, Scipionem, partiumque naufragarum reliquias, atrocius multo quam in Pharsalia Cæsar certavit.

380 *Contudit*] Strages vero ab illo rege cœpit; qui fusis fugatisque suis, postquam sese recepisset in regiam, magnifice epulatus, super mensas et pocula Petreio fugæ comiti sese jugulandum præbuit. Observa autem quam prudenter de civibus victoriam dissimulet Poëta.

381 *Mihi*] Senioris verba sunt, qui sub Cæsare militasse in Africa gloriatur.

383 *Hanc*] In Magistratuum subselliis ad ludos spectandos.

Pace] Quia Decemvir Naso litibus judicandis; ut non obscure etiam ex locis quibusdam Tristium colligitur, quibus et fortunam reorum et privatas res sine crimine a se constitutas fuisse testatur.

386 *Libra*] Quæ 6. Idus occasu suo imbres movet.

388 *Orion*] Hic insignis fuit venator, de quo Poëtæ plurima atque diversa. In cœlum translatus lucidissimum sidus, nimbosum tamen, ortu atque occasu suo, constituit. De occasu autem Heliaco hic agitur, quem non temere ad 5. aut 4. Idus pro sideris magnitudine retuleris. Quin et sequentium dierum, si accuratam rationem ex Nasonis mente habueris, ad 3. Idus Orionis occasum protuleris.

389 *Proxima*] Pridie Idus, ut ex sequentis diei enarratione patebit.

Eos] Aurora.

390 *Fugata*] Quia Solis splendore absorbentur alia astra.

Circus erit pompa celeber, numeroque Deorum,
Primaque ventosis palma petetur equis.
Hi Cereris Ludi: non est opus indice causa:
Sponte Deæ manus promeritumque petent.
Messis erant primis virides mortalibus herbæ:
Quas tellus nullo solicitante dabat.
Et modo carpebant vivaci cespite gramen:
Nunc epulæ tenera fronde cacumen erant.
Postmodo glans nata est. Bene erat jam glande reperta:
Duraque magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres homini ad meliora alimenta vocato
Mutavit glandes utiliore cibo.
Illa jugo tauros collum præbere coëgit:
Tum primum soles eruta vidit humus.

pompa atque numero Deorum; primaque palma petetur equis velocibus. Hi Ludi Cereris: non est opus causa indice. Donum atque meritum Deæ ultro se prodant. Gramina virentia, quæ terra proferebat nullo cogente, erant messis primis hominibus. Et nunc vellebant herbas ex gleba vivaci, nunc dapes erant fastigium foliis teneris. Post paulo glans inventa est: bene jam erat glande inventa: atque quercus habebat amplas divitias. Prima Ceres mutavit glandes alimento meliore, homine vocato ad cibos jucundiores. Illa coëgit boves submittere cervices jugo: tum primum

---

siger O.—391 Quædam Edd. *celebris* pro *celeber*.—393 *Hi* est ex corr. Heins. alii *Hic*, vel *Hinc*. Idem ex præstantioribus *causa* recepit pro vulg. *causæ*.—394 *Patent* unus Med. quod placet Heins. præ vulg. *patet*. 395 Pro *Messis* plurimi *Panis*; multi etiam *erat*. Voss. Be. et alius *Panis erat primus vir*. Fr. *vir. primis*, inverso ordine.—397 *Vivaci* Heins. protulit ex Ursin. Nauger. et aliis nonnullis; vulg edebatur *vivax e*: Bonon. *vivo de*: duo libri *vivax ex*, multi *de*, et duo *in*.—398 Sa. et Fr. et plurimi alii *cacum. erat*. 399 Quatuor libri *glans orta est*.—400 Unus Cod. *Puraque*. Mox, Heins. malebat *magnificas q.* sed quia *bene esse* de lauto convivio dicitur, Burm. vulgatam retinet. 401 *Homini* Heins. rescripsit ex Maz. Zulich. Voss. pr. A. et tribus aliis pro vulg. *homine*: *rò alimenta* abest a tribus; unde Heins. vs. refingere vellet: *Prima C. homini victu ad m. v.* Be. habet *Pabula prima C. homine ad m. v.* duo *hominem ad m. vocavit*: Voss. et Pet. *homini...vocato*. Duo etiam *ad m. elementa v.*—403 Pet. *jugis* pro *jugo*.—404 Maz. *Dum prim.* Tum Ed. pr. *sulcos er.*—

NOTÆ

391 *Circus*] Maximus, scilicet, quem Tarquinius Priscus inter Aventinum et Palatium exstruxit; de cujus pompis et ludis plurima in superioribus vidimus.

Deorum] Quorum imagines transvehi solitas ludis Circensibus jam quoque sæpe dictum.

392 *Ventosis*] Levitate ventis comparandis.

Palma] Cujus arboris ramus victori datur.

393 *Hi*] Qui quidem a duodecima Aprilis die incipiunt.

394 *Sponte*] Siquidem quotidie muneribus ejus fruimur.

400 *Magnificas*] Modo quis suillam naturam induerit.

Æs erat in pretio: chalybeia massa latebat.
  Heu quam perpetuo debuit illa tegi!
Pace Ceres læta est. At vos optate, coloni,
  Perpetuam Pacem, perpetuumque Ducem.
Farra Deæ, micasque licet salientis honorem
  Detis, et in veteres thurea grana focos.
Et, si thura aberunt, unctas accendite tædas.
  Parva bonæ Cereri, sint modo casta, placent.
A bove succincti cultros removete ministri.
  Bos aret: ignavam sacrificate suem.
Apta jugo cervix non est ferienda securi:
  Vivat, et in dura sæpe laboret humo.
Exigit ipse locus, raptus ut virginis edam.
  Plura recognosces: pauca docendus eris.

terra inversa aspexit Solem. Æs magni pendebatur, massa chalybeia defossa erat. Heu quam illa debuit semper latere! Ceres gaudet Pace. At vos, agricolæ, expetite votis Pacem immortalem, et Ducem immortalem. Potestis offerre Deæ frumenta, atque honorem micæ salientis, atque grana thurea in antiquas aras. Et si thura deerunt, accendite faces unctas. Exigua grata sunt bonæ Cereri; modo sint sincera. Sacerdotes succincti tollite cultros a bove. Bos colat terram: mactate segnem porcam. Collum idoneum jugo non est mactandum bipenni. Vita frustur, et sæpe laboret in dura terra. Ipse locus requirit ut dicam raptus puellæ. Plura

405 Voss. *Res* pro *Æs;* et V. et Pet. *in pretium.* Tum olim edebatur *chalybis jam mass.* pro quo Pet. *chalybe jam;* et Nauger. *chalybeia;* bene, judice Heins. In pr. A. et Læti *chalybæaque mass. latebat; latebat* etiam in Erfurt. et aliis nonnullis; *patebat* erat in uno Cod. sed vulg. *placebat.*—406 Vulg. *Heu, heu perpet.* Liber Ursin. et opt. V. *Eheu:* at Læti cod. pr. Bonon. et tres alii *Heu quam.*—407 Pro *at* plurimi *et. Optate* meliores, teste Heins. ceteri *orate.*—408 *Perpetuumq.* est ex Maz. Zulich. et multis aliis: vulg. *pacificumq.* et Pet. *paciferumq.*—409 Arnnd. *salient. in ore.*—410 Unus Mor. *vet. thura liquata foc.* Maz. *aurea dona.*—411 Ed. Neapol. *Sed* pro *Et:* F. *At.* Dein tres scripti *thur. aberint.* Tum quatuor *junctas accend.* et Pat. *accend. pinus.*—412 Gottorph. *Pauca bon.* Mox A. *si mod.* et Pat. *dummodo.*—413 Quinque libri *succ. cultrum rem.* Gottorph. etiam *prohibete ministr.*—414 Alii *ignavum.*—415 Quatuor libri *cerv. et non feriend.*—417 Fr. *ille* pro *ipse.*—418 Arund. Pol. Fr. et sep-

NOTÆ

405 *Æs*] Propter usus rusticos.

406 *Debuit*] Ut nulla bellorum et necis instrumenta essent.

407 *Læta*] Quia per pacem agri exercentur.

408 *Perpetuum*] Tiberii in gratiam hæc dicta, quasi pacis vindex certissimus fuerit.

409 *Licet*] Atque adeo exiguis donis contenta est.

Salientis] Sal namque in igne crepitat et salit.

412 *Casta*] Pia et casta mente oblata.

414 *Ignavam*] Ex illa enim viva præter grunnitum et lutum nihil per-

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor
  Trinacris; a positu nomen adepta loci.
Grata domus Cereri. Multas ibi possidet urbes;
  In quibus est culto fertilis Henna solo.
Frigida cœlestum matres Arethusa vocarat.
  Venerat ad sacras et Dea flava dapes.
Filia, consuetis ut erat comitata puellis,
  Errabat nudo per sua prata pede.
Valle sub umbrosa locus est, aspergine multa
  Uvidus ex alto desilientis aquæ.

recognosces, pauca eris monendus. Terra Sicula porrigitur in mare latum tribus promontoriis; habuit nomen a forma loci. Sedes accepta Cereri: ibi habet multas urbes, inter quas Henna ferax est solo exculto. Frigida Arethusa invitaverat matres Deorum. Dea flava venerat quoque ad sacras epulas. Filia, stipata sicuti erat puellis solitis vagabatur per prata pede nudo. Locus est sub valle opaca, humidus multa aspergine aquæ cadentis ex sublimi. Tot erant illic colores, quot natura

tem alii *Plur. recognoscens;* nonnulli etiam *recognoscas;* at Heins. malit *recognoscis.*—419 Sa. et duo alii *vast. descendit in æq.* Mor. tert. *præcurrit.*—420 R. et quinque alii *Tr. appositum nom.* P. *appositi;* multi alii *appositu.* Pat. *adept. locus.*—421 *Ibi* est ex Zulich. et altero A. pro vulg. *ea:* at Pet. *Da.*—422 In vet. Neapolis *celso* pro *culto.* Mox Fr. *Ethna loco;* et in voc. *loco* dat *solo* pro var. lect.—423 Fr. *Frig. cœlestes matr.*—428 Pro vulg. *Humidus ex alt.*

NOTÆ

cipitur.

417 *Exigit*] Quoniam de Cereris sacris agitur.

Virginis] Proserpinæ, scilicet, filiæ Cereris a Plutone raptæ.

418 *Recognosces*] Tibi nota intelliges.

419 *Terra*] Fabulam narrare occipit.

420 *Trinacris*] Sicilia eo nomine a tribus promontoriis, Lilybæo, Pachino, et Peloro, in mare excurrentibus, adeoque positu, situ, et forma triangulari, dicta.

421 *Grata*] Cum ob frumentationem, tum ob cultum, atque inclytam virorum religionem.

422 *Henna*] In media Sicilia ea urbe, cujus campus in floribus semper, et omni vernus die. Ibi vero fanum habuit Ceres binaque in eo simulacra, marmoreum alterum, alterum æreum modicum cum facibus, sed excellens et perantiquum, ut testatur Cicero.

423 *Cœlestum matres*] Deas Deorum genitrices.

Arethusa] Nympha Syracusani fontis frigidissimi, quam ideo Cererem ad convivium vocasse Poëtæ finxerunt, ut Plutoni rapiendæ Proserpinæ, matris custodia remota, occasio daretur.

424 *Dea flava*] Ceres, scilicet, quæ eo colore et vultu propter flavescentes spicas fingitur.

425 *Filia*] Cereris, scilicet, Proserpina.

427 *Locus*] Præter prata et flores, humi demersum fuit foramen, et specus illa celebris, qua Ditem seu

Tot fuerant illic, quot habet natura, colores:
  Pictaque dissimili flore nitebat humus.
Quam simul aspexit; Comites, accedite, dixit;
  Et mecum vestros flore replete sinus.
Præda puellares animos prolectat inanis,
  Et non sentitur sedulitate labor.
Hæc implet lento calathos e vimine textos:
  Hæc gremium, laxos degravat illa sinus.
Illa legit calthas: huic sunt violaria curæ:
  Illa papavereas subsecat ungue comas.
Has, Hyacinthe, tenes: illas, Amarante, moraris:
  Pars thyma, pars casiam, pars melilotos amant.
Plurima lecta rosa est; et sunt sine nomine flores.
  Ipsa crocos tenues, liliaque alba legit.

habet; atque terra splendebat picta flore dissimili. Quam statim atque vidit, Comites, inquit, adeste, et cumulate mecum sinus vestros floribus. Præda levis trahit mentes puellares, neque labor sentitur aviditate. Hæc cumulat quasillos factos ex flexili vimine. Hæc implet gremium, illa sinus solutos. Illa colligit calthas: violaria placent huic: illa revellit ungue culmina papavereas. Hyacinthe, moraris has; Amarante, detines illas: pars diligunt thymum, pars casiam, pars meliloton. Multa rosa collecta est; atque sunt flores sine nomine. Ipsa colligit parvos crocos, et lilia

Ciofanus profert *Vcidus* ex uno V. et ex ora lib. Statii.—429 Pro *fuerant* 'Ursini liber, *florent*: quod placeret, nisi *flore* sequeretur. Scribo, *Tot vernant illic*; et sequenti versu, *flore renidet humus*, pro *nitebat*: nam unus Patavinus melioris notæ, *ridebat*, alius, *virebat*. Exaratum fuerat, *flore nidet*, aut *nitet*, pro *renidet*; et *vernant*, pro *vernant*, superiori versu: hinc natus error.' *Heins.*—431 P. et R. *Quos sim.* Thuan. *Quas*; alius *Quem*; A. *Quæ*; duo *Quod*.—432 Unus liber *Ætnæo nostros flor. replete sin.* Ex scriptis Heins. reposuit *Vestros... replete* pro vulg. *plenos...referte*.—433 *Prolectat* est ex Pet. et Ursin. vulg. *oblectat*: nonnulli autem *delectat*.—434 Pro *sentitur* Heins. conj. *sentitus*. 'Nescio an *sentitus* se tueri possit.' *Burm.*—435 Be. *calath. ex vim. factos*: Heins. dedit *textos* ex Voss. pr. A. Zulich. Maz. Læti, pr. F. cum multis aliis; vulg. *nexos*.—436 Neapolis protulit *laxos* ex libro scripto; vulg. *lapsos*.—438 Fr. *Ill. papavereas subs.*—440 Olim legebatur *Pars thym. p. rorem*, p. sed *pars casiam* optimus Ursini liber et Naugerianus: tres alii, *paraque rosas*: multi, *pars rores*: Strozzæ codex, *pars crorem*: alius, *pars violas*.—441 Alii *sunt et* inverso ordine; pro quibus Heins. reponere volebat

NOTÆ

Orcum aut Plutonem ad Proserpinæ raptum prodiisse fama a Poëtis emanavit.

433 *Inanis*] Quia cito marcescunt flores.

434 *Sedulitate*] Florum legendorum studio.

437 *Calthas*] *Des Soucis.*

440 *Casiam*] Rosmarinus est forte. *Rores* enim in multis etiam Mauusc. reperitur: neque aliter ex Dalechampio credideris.

Carpendi studio paulatim longius itur:
Et dominam casu nulla secuta comes.
Hanc videt, et visam patruus velociter aufert;
Regnaque cœruleis in sua portat equis.
Illa quidem clamabat, Io, carissima mater,
Auferor; ipsa suos abscideratque sinus.
Panditur interea Diti via: jamque diurnum
Lumen inassueti vix patiuntur equi.
At chorus æqualis, cumulatis flore canistris,
Persephone, clamant, ad tua dona veni.
Ut clamata silet, montes ululatibus implent;
Et feriunt mœstæ pectora nuda manus.
Attonita est plangore Ceres; modo venerat Hennam;
Nec mora, Me miseram, filia, dixit, ubi es?

candida. Longius itur paulatim desiderio colligendi: et forte nulla comes secuta dominam. Patruus hanc aspicit, et celeriter abripit visam; atque rehit in sua regna equis fuscis. Illa quidem vociferabatur, Io, mater dilectissima, abripior; atque ipsa laceraverat suos sinus. Interea via aperitur Diti: jamque vix equi insoliti tolerant lucem diurnam. At turba comitum, quasillis repletis floribus, clamant, Persephone, accede ad tua munera. Postquam vocata tacet, implent colles clamoribus; atque manus tristes plangunt pectora aperta. Ceres obstupuit plangore; modo redierat Hennam; et sine cunctatione, Me infelicem, ait, ubinam es, filia? Amens

---

loci.—447 Tert. Mor. *quid. clamat jam jam caris.* Voss. *clamat Io, Io.* Mor. sec. *Io, comitesque parentes.*—448 Multi vett. *su. excideratque*; pr. A. *abstulerateq.*—449 Alii *namque diurn.*—450 Plurimi *non* pro *vix.*—451 Ursini [et octo libri] *cumulato flore ministræ:* unus V. *cumulato flore ministri:* alii septem ejusdem Bibliothecæ et Statii, *cumulatæ flore ministræ:* magis placet. *Ciofan.* Scribe cum meo libro, *cumulatæ:* nec sane spernendus alter, in quo, *cumulatis flore canistris.* Neapol. *Cumulatis canistris* pr. Edd. cod. Naugerii, et quatuor Heins.—452 Pro *dona* pr. A. *vota*; vennste, Heins. judice.—453 *Ut* ex melioribus dedit Heins. vulg. *Et.* Mox Fr. *ululantibus impl.*—454 *Mœstæ ...manus* ex Ursin. Nanger. et uno Pat. alii *mœsta...manu.* Quidam etiam *fer. nuda pect. mœsta manu.*—456 Nonnulli *clamat* pro *dixit.*—457 Meliores,

NOTÆ

442 *Ipsa*] Proserpina, scilicet.

444 *Casu*] Quia omnes, scilicet, legendis floribus intentæ.

445 *Patruus*] Pluto, qui Cereris frater, si fabulam sequeris; Orcus Rex Molossorum, si Eusebium audis.

446 *Cærulcis*] Fuscis et subnigris; quales regis Inferorum decet esse.

Regna sua] Erebum, scilicet.

449 *Panditur*] Antrum supra memoravimus, qua ad sua regna descendit Pluto.

451 *Æqualis*] Quia ejusdem ferme ætatis comites habuit Proserpina seu Persephone.

453 *Implent*] Quia magno gemitu ac ululatu amissam dominam requirebant.

Mentis inops rapitur: quales audire solemnes
  Threïcias fusis Mænadas ire comis.
Ut vitulo mugit sua mater ab ubere rapto,
  Et quærit fœtus per nemus omne suos;
Sic Dea: nec retinet gemitus, et concita cursu
  Fertur; et e campis incipit, Henna, tuis.
Inde puellaris nacta est vestigia plantæ,
  Et pressam noto pondere vidit humum.
Forsitan illa dies errori summa fuisset,
  Si non turbassent signa reperta sues.
Jamque Leontinos Amenanaque flumina cursu
  Præterit, et ripas, herbifer Aci, tuas:
Præterit et Cyanen, et fontem lenis Anapi,
  Et te, vorticibus non adeunde Gela.

aufertur; quales conspexerimus audire Mænadas Threïcias incedere capillis effusis. Quemadmodum mater sua mugit, vitulo detracto ab ubere, atque quærit partus suos per omnem sylvam; ita Dea, atque concita cursu rapitur, neque reprimit gemitus: et incipit ex tuis arvis, Henna. Inde invenit signa pedis puellaris, et advertit terram notatam onere cognito. Forte illa dies fuisset ultima discursibus, nisi porci invertissent vestigia inventa. Jamque prætergressa est cursu Leontinos et flumina Amenana, atque ripas tuas, Aci herbose: præterit quoque Cyanen, et fontem lenis Anapi; et te, Gela, non adeunde propter voragines. Præterierat Ortygien, Mega-

---

teste Heins. *quales;* alii *ut quas.* — 458 Pro *fusis*, alii *passis*, vel *sparsis.* Fr. etiam *Mænades.* — 460 Unus V. *Et queritur fœt.* — 461 Fr. *ret. gemitum, sed c. currit:* plures etiam alii *currit.*—462 Plurimi *a* pro *e.*—464 *Nois* vett. plerique; alii *natæ.*—465 F. *Fors. ille di.* ut *summa* sit substantivum. Mox ex Zulich. *errori* Heins. recepit, quasi elegantius quam vulg. *erroris:* Nauger. *errorum.* — 466 Voss. pr. A. et quinque alii *sign. repente su.*— 467 Scribitur etiam *Amenenaq. Amenaq. Anisenaq. Amasenaq. Anteneq. Anisnaq.* et similia: Fr. *Menenaq. mœnia curs.*—469 *Fontem* ex duodecim scriptis Heins. edidit pro vulg. *fontes.* Tum Voss. *levis Anapi;* Max. *Apani.*

NOTÆ

458 *Mænadas*] Bacchas Thracias dicit, quibus ab immisso Bacchi furore et insania Græce illud datum nomen.

465 *Illa*] Qua cœpit quærere.

466 *Turbassent*] Rostro pedibusque terram, atque adeo Proserpinæ vestigia, invertendo.

467 *Leontinos*] Leontini urbs inter Catanam et Hyblam, versus mare Siculum.

Amenana] Amenani fluvii ad Ætnam montem.

468 *Aci*] Fluvius est, seu fons potius Ætnæ montis, in quem mutatus Galateæ dilectissimus ille Acis, quem Polyphemus saxo illiserat.

469 *Cyanen*] Syracusani agri fontem.

Anapi] Fluvius est cui Cyane commiscetur.

470 *Gela*] Hic vastis fertur vorticibus in mare inter Agrigentum et

Liquerat Ortygien, Megareaque, Pantagienque,
  Quaque Simetheas accipit æquor aquas,
Antraque Cyclopum, positis exusta caminis,
  Quique locus curvæ nomina falcis habet:
Himeraque, et Didymen, Acragantaque, Tauromenonque;
  Sacrorumque Melan pascua læta boum.
Hinc Camerinan adit, Thapsonque et Heloria tempe;
  Quaque patet Zephyro semper apertus Eryx.

reaque, Pantagienque, et qua mare excipit aquas Simetheas, atque speluncas Cyclopum incensus cuminis appositis, et locum qui obtinet nomina curvæ falcis; Himeraque, et Didymen, Acragantaque, Tauromenonque, et Melan pascua pinguia boum sacrorum. Hinc accedit Camerinam, Thapsonque, et Heloria tempe, et qua vastus

—470 Fr. *te, verticibus non.*—471 Alii *Ortygiam*, vel *Ortygian.*—474 Arund. et Excerpt. D. *Quodque S.*—475 Scribitur etiam *Acracanta* vel *Agraganta.* Tum alii *Tauromenenque.*—476 Alii *Sacrarumque*; et Excerpt. D. P. et duo alii *Sacratumque.* Tum meliores *Melan*; ceteri *Melam.*—477 Alii *Camerinam* vel *Camerina*; *Thapsumque*: et *Oloria.*—478 Ex melioribus Heins. dedit

NOTÆ

Syracusas: diciturque hodie *Fiumé di Terranova.*

471 *Ortygien*] Quæ ponte olim Syracusis annexa insula.

Megarea] Quæ ad Megaram urbem, haud procul a Catana, spectabant.

Pantagien] Pantagias seu Pantagies parvus sed rapidissimus fluvius, murmure magno per saxa in mare, non longe a Catana, decurrens.

472 *Simetheas*] Simethi, fluvii prope Catanam et Cyclopum scopulos.

473 *Antra*] Ætnæ monte, ubi Cyclopes Vulcani ministri ferrariam exercere etiam dicuntur.

474 *Locus*] A falce Drepano etiam nomen. Verum Messanam intelligendam esse ex chorographia, et ex eo quod multo post Erycem nominet Poëta, ad cujus radices sita civitas Drepanitana, non dubitat illustriss. Neapolis.

475 *Himera*] Fluvium magnum, urbemque eo nomine habet Sicilia.

Didymen] Ex insulis Lipareorum, quæ et *Æoliæ* seu *Vulcaniæ* dicuntur, Siciliæ adjacentibus est una. Sed insulæ hujus urbem hanc potius fuisse crediderim.

Acraganta] Siciliæ oppidum inter Pachynum et Lilybæum promontoria; quod Latini Agrigentum dixerunt.

Tauromenon] Urbs quoque Siciliæ inter Pachynum et Pelorum.

476 *Sacrorum*] Sacris destinatorum.

Melan] Fluvium facit Siciliæ, ut vides, quo nomine plures alibi reperiuntur.

477 *Camerinan*] Siciliæ oppidum.

Thapson] Insula est parva juxta Syracusas, quam Servius pæne fluctui parem facit.

Heloria] Quæ ad Helorum fluvium, non longe a Pachyno, Thessalicis similia.

Tempe] Locum Thessaliæ amœnissimum sæpius vidimus in superioribus.

478 *Eryx*] Mons Siciliæ inter Drepanum et Panormum urbes, ubi Veneris templum illud ornatissimum, a quo Erycina dicta est.

Jamque Peloriaden, Lilybeaque, jamque Pachynon
  Lustrarat, terræ cornua trina suæ.
Quacumque ingreditur, miseris loca cuncta querelis
  Implet: ut amissum cum gemit ales Ityn.
Perque vices modo, Persephone, modo, Filia, clamat.
  Clamat, et alternis nomen utrumque ciet.
Sed neque Persephone Cererem, neque filia matrem
  Audit: et alternis nomen utrumque perit.
Unaque, pastorem vidisset an arva colentem,
  Vox erat, Hac gressus siqua puella tulit?
Jam color unus inest rebus; tenebrisque teguntur
  Omnia: jam vigiles conticuere canes.
Alta jacet vasti super ora Typhoëos Ætne,
  Cujus anhelatis ignibus ardet humus.

Eryx semper apertus est Zephyro. Jamque pererraverat Peloriaden, Lilybæumque, atque Pachynum, prima cornua terræ suæ. Quacumque incedit, implet omnia locs luctuosis questibus: ut cum avis luget Ityn sublatum. Et clamat per vices nunc, Persephone, nunc, Filia; et frequentat utrumque nomen alternis vicibus. *Sed neque Persephone audit Cererem, neque filia matrem; et nomen utrumque perit per vices. Atque, seu vidisset pastorem an agricolam, una vox erat, Ecqua puella hac præteriit? Jam color unus est rebus, atque omnia abscondantur tenebris: jam canes vigiles siluerunt. Ætna excelsa imposita est super ora ingentis Typhœi, cujus igni-*

---

patet; ceteri *jacet*.—479 Fr. cum aliis *Peloriadem*.—480 *Trina* recepit Heins. ex emend. Jan. Vlitii pro vulg. *prima*.—482 Ed. Neapol. et Jun. Cod. *amis. congemit al.* Deinde Fr. cum aliis *Ithim*.—483 Pet. et alius *Perq. vicem mod.* Mox pro *clamat* plurimæ Edd. *mater*.—484 P. alter *Vocibus alterq.*—485 Fr. *nec* in utroque loco pro *neque*.—486 Fr. *et alterius nom.*—487 Vulgo edebatur *Vinaque;* quod, teste Burm. est in uno tantum Cod. Mox A. *vid. ut ave.* tres in.—488 *Siqua* omnes fere scripti; recte: *si* pro an. *Burm.* Alii *ecqua*.—490 Pembroc. *Omn. pervigiles*.—491 Fr. *vastis. Ethna:* alii etiam *Ætna*.—

NOTÆ

479 *Peloriaden*] Promontorium illud dicit quod extremam Italiam spectat, a Peloro Annibalis gubernatore ibi interfecto donominatum.

Lilybea] Aliud Siciliæ promontorium, spectans Sardiniam.

Pachynon] Tertium Siciliæ promontorium.

480 *Cornua*] Promontoria cornua appellat, quia prima in mare incurrunt, totamque insulam videntur tueri.

482 *Ales*] Procnes et Philomelæ fabulam habes in Metam. quæ tibi si minus nota, eo ne pigeat redire.

Ityn] Terei fuit filius, a matre Procne jugulatus; cujus tamen transmutata dolet vices.

489 *Unus*] Opacus, scilicet, aut niger.

491 *Typhoëos*] Quem gigantem a Jove Ætnæ Siciliæ monti aut certe toti insulæ suppositum non semel habuimus.

Illic accendit geminas pro lampade pinus:
Hinc Cereris sacris nunc quoque tæda datur.
Est specus exesi structura pumicis asper;
Non homini regio, non adeunda feræ:
Quo simul ac venit, frænatos curribus angues
Jungit, et æquoreas sicca pererrat aquas.
Effugit et Syrtes, et te, Zanclæa Charybdi;
Et vos, Nisæi, naufraga monstra, canes;
Hadriacumque patens late, bimaremque Corinthon.
Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.
Hic primum sedit gelido mœstissima saxo.
Illud Cecropidæ nunc quoque triste vocant.

bus effatis terra incensa est. Accendit ibi duas pinus pro lampade: hinc fax etiam adhibetur sacris Cereris. Est antrum horridum structura pumicis erosi, locus non adeundus homini neque feræ: quo statim atque pervenit alligat serpentes frænatos curribus, et sicca perambulat aquas marinas. Vitavit et Syrtes, et te, Charybdi Zanclæa, et vos, canes Nisæi, monstra naufraga, et vastum Hadriacum, et Corinthum bimarem. Ita venit ad tuos portus, terra Attica. Hic primum tristissima requievit in rupe frigida. Cecropidæ appellant eam *nunc etiam Mœstam. Mansit*

---

492 Cant. *Cuj. ab ehatis ign.*—494 Be. *Hinc Cereri sacr.*—496 *Homini* Heins. dedit ex Urain. Voss. pr. A. Læti, Maz. Zulich. Nauger. et multis aliis pro vulg. *facilis.*—497 Meliores, teste Heins. *advenit* pro *ac venit.*—498 Alii *Junxit, et.*—499 *Effug. ad S.* vulg. '*et S.* meliores. Lege etiam ex uno Med. *Charybdi* pro *Charybdis.*' Heins.—500 Pro *Nisæi* alii *Scyllæi;* et unus A. *Phorcei.* Mox quidam ex melioribus, teste Heins. *naufr. turba, can.*—

NOTÆ

492 *Cujus*] Typhoëi, scilicet, qui Ætnæas flammas ore illo eructare dicitur.

Humus] Ætnæa, scilicet, quæque illi adjacet.

498 *Pinus*] Quæ lucem noctu quærenti præberent.

497 *Angues*] Qui Cereris currum trahere finguntur.

499 *Syrtes*] Quæ loca vadosa maris Libyci dicuntur proprie; hoc in loco pro Scylla et Charybdi Siculi freti voraginibus proximis locis sumuntur.

Zanclæa] A Zancle, quæ deinde Messana dicta est, proxima vorago Charybdis nomen sortita.

500 *Nisæi*] Scyllæ Phorci filiæ, quam et alibi cum altera Nisi confundit Poëta, metamorphosim in famosum illud monstrum seu scopulum, de quo nunc agitur, jam sæpe retulimus.

501 *Hadriacum*] Mare, scilicet, quod et Superum dicitur, partes Italiæ Septemtrionales alluens.

Bimarem] Quia Ægæum simul et Ionium prospicit.

504 *Cecropidæ*] Athenienses, qui a Cecrope rege sic dicti.

Triste] Ἀγέλαστον πέτρην prope puteum Καλλίχορον dixerunt Græci; ubi primum aliquid in Cereris honorem celebratum.

Sub Jove duravit multis immota diebus,
  Et Lunæ patiens, et pluvialis aquæ.
Fors sua cuique loco est: quo nunc Cerealis Eleusin,
  Dicitur hoc Celei rura fuisse senis.
Ille domum glandes excussaque mora rubetis
  Portat, et arsuris arida ligna focis.
Filia parva duas redigebat rupe capellas;
  Et tener in cunis filius æger erat.
Mater, ait virgo, (mota est Dea nomine matris,)
  Quid facis in solis incomitata jugis?
Restitit et senior, quamvis onus urget: et orat
  Tecta suæ subeat quantulacumque casæ.
Illa negat: (simularat anum, mitraque capillos
  Presserat:) instanti talia dicta refert:
Sospes eas, semperque parens: mihi filia rapta est.
  Heu melior quanto sors tua sorte mea!

immota sub dio multis diebus, patiens et Lunæ et aquæ pluvialis. Sors sua est cuique loco. Aiunt eo, quo nunc Eleusin Cerealis, fuisse arva senis Celei. Ille fert domum glandes, et mora derepta rubetis, atque ligna sicca focis arsuris. Parva filia reducebat montibus duas capellas; atque tener filius morbidus erat in cunis. Parens, inquit puella, (Dea tacta est nomine parentis,) quid agis sola in collibus desertis? Senex etiam constitit, quamvis onus gravat, atque precatur ut ingrediatur tecta quantulacumque sui tugurii. Illa recusat; formam induerat anus, atque texerat comam mitra. Reddit hujusmodi verba urgenti: Discedas incolumis et semper pater: mihi filia sublata est. Heu quam tua conditio est potior conditione

501 Pro *patens* Sa. *petens*.—505 R. *mult. ignota dieb.*—507. 508 Sic Heins. distich. constituit; olim legebatur, *qui nunc C. Eleusis Dicitur, hic C. r. fuere s.* Sed *quo nunc* est in Ursin. Pat. et tribus aliis: Be. *nam qui*; Jun. *nam quæ*; quinque scripti *ubi nunc*. Dein meliores, teste Heins. *Eleusin*. Mox *hoc* exhibet Ursin. at unus Pat. *hæc...fuisse*; Helm. *hic*, et alius *hoc fuisse*.—511 *Rupe* Heins. recepit ex Ursin. et uno Pat. pro vulg. *monte*: Jun. et Be. *forte*.—513 Fr. *est de nom.*—514 Duo scripti *sol. non comitata*: et Voss. cum quibusdam aliis *jugis* pro *locis*.—515 *Restitit* Heins. rescripsit ex Zulich. Max. pr. A. Arund. et aliis nonnullis; vulg. *Perstitit*. Mox Jun. et Be. *urgeat, orat*.—516 Unus lib. *ut sube*. et plurimi *qualiacumque*.—517 Pet. *neg. simulavit an*.—520 Fr. *mea est*.—521 Unus lib. *lacr. decorum est*. Fr. *est* deest.

NOTÆ

505 *Sub Jove*] Sub dio.

507 *Fors est*] Ut modo patebit.

Eleusin] Quæ urbs Atticæ ad mare, Cereris sacris notissima.

508 *Celei*] Quem tamen nonnulli regem fecerunt qui Eleusinæ imperium tenuit.

511 *Filia*] Celei, scilicet.

513 *Virgo*] Celei filia.

Dixit: et, ut lacrymæ (neque enim lacrymare Deorum est)
Decidit in tepidos lucida gutta sinus.
Flent pariter, molles animi, virgoque senexque.
E quibus hæc justi verba fuere senis:
Sic tibi, quam raptam quereris, sit filia sospes:
Surge: nec exiguæ despice tecta casæ.
Cui Dea, Duc, inquit: scisti, qua cogere posses.
Seque levat saxo, subsequiturque senem.
Dux comiti narrat, quam sit sibi filius æger;
Nec capiat somnos, invigiletque malis.
Illa soporiferum, parvos initura penates,
Colligit agresti lene papaver humo.
Dum legit, oblito fertur gustasse palato,
Longamque imprudens exsoluisse famem.
Quæ quia principio posuit jejunia noctis;
Tempus habent Mystæ sidera visa cibi.

mea! Absolvit; atque splendida gutta quasi lacrymæ (neque enim est Deorum lacrymas emittere) fluxit in tepidos sinus. Puella atque senex levis animi lacrymantur similiter; e quibus hæ fuerunt voces æqui senis: Ita filia, quam sublatam doles, sit tibi incolumis, surge, neque contemne tecta tenuis tugurii. Ad quam Dea, Præcas, ait: intellexisti quomodo posses persuadere: atque surgit ex tristi rupe, et subsequitur senem. Dux refert comiti, quam male sanus sit sibi filius; neque dormiat, et sit experrectus in dolores. Illa ingressura lenem domum legit terra aspera mite papaver. Dum legit, dicitur attigisse palato immemori, atque incogitanter fregisse longam famem. Quæ, quia incunte nocte solvit inediam, sacerdotes sumunt ad tempus edendi astra con-

---

—522 Arund. Fr. et quatuor alii *in tropidos luc.* Et pr. A. *lurida gutt.* Med. *liquida*; alius *livida.*—523 *Animi* ex Zulich. pr. A. Læti, et tribus aliis Heins. placet præ vulg. *animis.*—524 Zulich. pr. A. et duo alii *lassi* pro *justi.*—525 *Quereris* Heins. dedit ex Zulich. pr. A. et duobus aliis pro vulg. *quæris.*—527 *Duc* ex Ursin. Nanger. Voss. Arund. Max. Zulich. aliisque: vulg. *sic.*—528 Strozzæ *subsequiturq. ducem.*—529 *Quam* Neapolis rescripsit ex optima Ed. plurimi *quod.*—531 V. et Pat. *parv. subitura penat,*—532 Quindecim libri *leve* pro *lene.*—534 Sa. et Bonon. *Et longam impr.*—536 *Mystæ...cibi* Heins. profert ex Zulich. Max. Voss. Læti et sex aliis; vulg. *carnæ...sibi*: Ursin. *mixta...sibi*; duo V. *mixti*, Fr. *mixtum*, et tres alii *mensæ sibi*: multi

NOTÆ

532 *Lene*] Quod lenem somnum inducit.

533 *Oblito*] Quia propositi sui oblita ipsa Ceres, quæ ante quam suam Persephonen invenisset nihil quicquam comesse decreverat.

536 *Mystæ*] Sacerdotes Cereris proprie, seu Epoptæ, quibus ad mysteria aditus.

Limen ut intravit, luctus videt omnia plena.
Jam spes in puero nulla salutis erat.
Matre salutata (mater Metanira vocatur)
Jungere dignata est os puerile suo.
Pallor abit, subitæque vigent in corpore vires:
Tantus cœlesti venit ab ore vigor.
Tota domus læta est, hoc est, materque, paterque,
Nataque: tres illi tota fuere domus.
Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte,
Pomaque, et in teneris aurea mella favis.
Abstinet alma Ceres, somnique papavera causas
Dat tibi cum tepido lacte bibenda, puer.
Noctis erat medium, placidique silentia somni;
Triptolemum gremio sustulit illa suo:
Terque manu permulsit eum: tria carmina dixit;
Carmina mortali non referenda sono.
Inque foco pueri corpus vivente favilla
Obruit, humanum purget ut ignis onus.

specta. Cum limen tetigit, aspicit omnia plena fletus. Jam nulla erat spes salutis in infanti. Matre salutata (mater appellatur Metanira) dignata est tangere os puerile suo. Pallor excutitur, atque advertunt vires repentinas in corpore. Tantus vigor accessit ab ore cœlesti. Tota domus gaudet, hoc est genitrix, et genitor, atque filia: illi tres fuerunt tota domus. Mox admovet cibos, coagula liquefacta lacte, atque poma, et mella flava in teneris favis. Ceres alma nihil tangit, atque præbet tibi, infans, papavera potanda cum lacte calido, causas soporis. Erat nox media, atque silentia lenis soporis; illa recepit Triptolemum in suum sinum: itque ter perlinivit eum manu: tres versus protulit, versus non memorandos voce mortali. Atque tegit in foco corpus infantis favilla ardente, ut ignis abstergat sarcinam

---

etiam alii *mistæ...sibi.*—539 Heins. monet *Metanira* legendum esse: vulg. edebatur *Menalina:* Scaliger *Melarira* legebat, Neapolis *Menalina:* alii *Menalia, Melania, Melanira, Metania, Materna.*—540 *Jungere* ex edd. plurimis et scriptis magis placet Burm. quam vulg. *Tangere.*—541 Vulg. *subitæque vident in:* sed ' multo elegantius mihi videtur lectio Vaticani Codicis *subitæque vigent in c. v.* Burm.—543 Pr. Ed. cum Fr. aliisque scriptis *hæc* pro *hoc.* Heins. conj. *Tota d. l. e. domus est m.*—545 Max. et tres alii cum Fr. *coag. lactis.*—546 *Teneris...favis* Heins. dedit ex Ursin. Zulich. et duobus aliis; conjicitque *cereis...favis:* vulg. edebatur *ceris...favis:* multi editi et scripti *ceris...suis.*—550 Tres libri *grem. sustinet illa.*—551 Med. *man. puerum tersit; tr.* et unus *cussit.* Pro *permulsit* Arund. et alius *demulsit.* Læti liber *permulsit: ad hæc tr.*—554 An non rectius *opus,* ut in uno Heinsii codice erat? corpus

NOTÆ

545 *Liquefacta*] Lac coagulatum.
546 *Aurea*] Aureo colore.
547 *Abstinet*] Ab omni cibo apposito.
550 *Triptolemum*] Qui Celei filius.

Excutitur somno stulte pia mater: et amens,
  Quid facis? exclamat: membraque ab igne rapit.
Cui Dea, Dum non es, dixit, scelerata fuisti:
  Irrita materno sunt mea dona metu.
Iste quidem mortalis erit: sed primus arabit,
  Et seret, et culta præmia tollet humo.
Dixit: et egrediens nubem trahit, inque dracones
  Transit, et aligero tollitur axe Ceres.
Sunion expositum, Piræaque tuta recessu
  Linquit, et in dextrum quæ jacet ora latus.
Hinc init Ægæum; quo Cycladas aspicit omnes;
  Ioniumque rapax, Icariumque legit.
Perque urbes Asiæ longum petit Hellespontum:
  Diversumque locis alta pererrat iter.

mortalem. Genitrix inepte pia excitatur sopore; atque exterrita, Quid agis? exclamat: et aufert artus ex igne. Ad quam Dea, Dum non es scelesta, ait, fuisti: mea munera sunt frustra timore materno. Iste quidem erit morti obnoxius; sed primus subiget terram aratro, et sparget semina, et capiet mercedem ex terra subacta. Absolvit Ceres, atque prodiens ducit nubem, et ascendit in dracones, et infertur curru alato. Præterit Sunium procurrens in mare, *atque Piræa secura recessu, et regionem quæ porrigitur in dextrum latus. Hinc transit in Ægæum, in quo videt cunctas Cycladas, et præterlabitur Ionium vorticosum, atque Icarium. Et contendit in longum Hellespontum per urbes Asiæ, atque excelsa percurrit iter*

enim humanum opus est, ut anima cœleste. Pro *obruit* erat in Putean. *obstruit*. Burm.—555 Multi *subito* pro *stulte*.—557 Multi *vis* pro *es*; et tres *es, inquit, scel.* duo *vis, inquit*.—558 Unus liber *sint* pro *sunt*: et alius *mea verba met*.—559 Duo scripti et Ed. Neapol. *quid. moriturus er*.—561 Pro *inque* Heins. conj. *inde*; quod et erat in P.—562 Heins. conj. *Scandit*; *et*. Tum Thuan. *anguifero toll.* alii *alifero*.—564 Quidam *dextr. qua jac.* nonnulli *qua jac. Ossa*. Pembroc. et Mor. *quæ latet or*. et Mor. tert. *qua latet*.—565 Edd. Gryph. Neapol. et aliæ cum quibusdam scriptis *Hinc adit Æ*. Voss. *legit*. Dein pr. A. et pr. V. *quod C*. et Læti et tres alii *inspicit omn*.—566 *Rapax* meliores omnes, teste Heins. ceteri *capax*. Tum Pet. *Icariamq*. et Sa. *petit*.—

NOTÆ

558 *Irrita*] Velle namque hominis seu fides ad divini operis in eo perfectionem requiritur. Verum in hoc strenue disputare malunt nostri plerique, ne quicquam denique in salutem suam incipere ratione sua quasi cogantur; usque adeo in figmentis et nequitia sua desipuerunt.

561 *Nubem*] Quam ne videantur trahunt Dii.

562 *Axe*] Pro curru. Synecdoche est.

563 *Sunion*] Atticæ promontorium.

Piræa] Atheniensium portus tutissimus, catenis claudi solitus.

564 *In dextrum*] Adeoque Atticam totam, quam e Sunio proficiscens Ceres ad dextram reliquit.

565 *Cycladas*] Has Ægæi insulas centies jam vidimus.

566 *Rapax*] Quia naufragum.

Nam modo thurilegos Arabas, modo despicit Indos:
  Hinc Libys, hinc Meroë, siccaque terra subest.
Nunc adit Hesperios, Rhenum, Rhodanumque, Padumque,
  Teque future parens, Thybri, potentis aquæ.
Quo feror? immensum est erratas dicere terras:
  Præteritus Cereri nullus in orbe locus.
Errat et in cœlo: liquidique immunia ponti
  Alloquitur gelido proxima signa polo.
Parrhasides stellæ, (namque omnia nosse potestis,
  Æquoreas nunquam cum subeatis aquas,)
Persephonem miseræ natam monstrate parenti.
  Dixerat. Huic Helice talia verba refert:
Crimine nox vacua est. Solem de virgine rapta
  Consule, qui late facta diurna videt.
Sol aditus, Quam quæris, ait, ne vana labores,
  Nupta Jovis fratri tertia regna tenet.

diversum locis. Namque nunc ex alto videt Arabas thurilegos, nunc Indos: hinc Libys, hinc Meroë, et tellus arida subest. Modo accedit ad Hesperios, Rhenum, Rhodanumque, Padumque, teque, Thybri, futuræ parens aquæ potentis. Quo abeo? Infinitum est referre terras lustratas: nullus locus in orbe omissus a Cerere. Vagatur quoque in cœlo, atque compellat sidera juncta axi frigido, intacta mari fluido. Stellæ Parrhasides, ostendite infelici matri filiam Proserpinam, namque licet vobis omnia nosse, cum nunquam descendatis in aquas marinas. Absolverat. Helice huic reddit hujusmodi voces: Nox est insons. Consule de puella ablata Solem, qui late conspicit facta diurna, Sol consultus, Quam quæris, inquit, nupta fratri Jovis

---

568 Fr. *Divisumq. loc.*—569 Be. *thurileges A.* et Voss. *mod. respicit I.*—570 Aliæ Edd. *Hinc Libs*, vel *Lybs*. V. *Libye*. Mox Voss. et quatuor alii *Meroën*.—575 Fr. *liquidi quoque numina ponti*.—577 Pet. *omn. ferre pot.* Thuan. et tres alii *scire:* Fr. *posse;* et nosse pro var. lect.—582 Pat. *lat. signa di.* et Bonon.

NOTÆ

568 *Alta*] Quippe per aërem vecta.

570 *Libys*] Libyæ populus.

Meroë] Quæ urbs in Nili est insula eodem nomine.

Sicca] Æthiopia est.

571 *Hesperios*] Eos qui ad occasum sunt porrecti, Hispanos puta et Italos.

Padum] Qui per Cisalpinam Galliam labitur. *Le Pô.*

572 *Potentis*] Propter Romam Urbium reginam.

576 *Signa*] Ursam, scilicet, quæ ex Parrhasia seu Arcadia, cum Callisto esset, orta; in cœlum vero translata; quia prope polum, æquore nunquam mergi videtur.

580 *Helice*] Quæ Ursa major, de qua toties.

581 *Nox*] Cujus tempore Proserpina rapta a Plutone non fuit, ut Ceres suspicabatur.

584 *Fratri*] Diti, scilicet, seu Plutoni.

Questa diu secum sic est affata Tonantem:
(Maximaque in vultu signa dolentis erant:)
Si memor es, de quo mihi sit Proserpina nata;
Dimidium curæ debet habere tuæ.
Orbe pererrato, sola est injuria facti
Cognita: commissi præmia raptor habet.
At neque Persephone digna est prædone marito,
Nec gener hoc nobis more parandus erat.
Quid gravius victore Gyge captiva tulissem,
Quam nunc, te cœli sceptra tenente, tuli?
Verum impune ferat: nos hæc patiamur inultæ.
Reddat, et emendet facta priora novis.
Jupiter hanc lenit, factumque excusat amore;
Nec gener est nobis ille pudendus, ait.
Non ego nobilior. Posita est mihi regia cœlo:
Possidet alter aquas: alter inane Chaos.

sessidet tertia regna: ne fatigeria frustra. Postquam diu apud se indoluisset, sic ut allocuta Tonantem: atque maxima indicia luctus erant in facie: Si recordaris te quo sit mihi filia Proserpina, debet habere dimidium curæ tuæ. Mundo permutato, sola contumelia facinoris est perspecta; prædo fruitur mercede facti. At neque Proserpina merita est virum raptorem; neque gener erat nobis conciliandus hoc modo. Captiva, Gyge superiore, quid passa essem molestius, quam nunc passa sum, te obtinente sceptra cœli? At enim inultus discedat: nos feramus ista sine dicta. Restituat, atque compenset facta priora sequentibus. Jupiter hanc mulcet, et excusat factum amore; Neque, inquit, ille gener est nobis erubescendus. Ego non sum generosior. Regia est mihi assignata in cœlo: alter obtinet aquas:

---

ueta; 'eleganter,' judice Burm.—586 Fr. *in vultus sign.*—587 Arund. et Excerpt. D. *a* pro *de*. Voss. *mihi sit de quo* inverso ordine.—589 Pro *facti* nldam *facto*; Bonon. *fati*: at Heins. emendare vellet *matri*.—590 Tres libri *prætm. frater hab.*—591 Tres libri *est raptore mar.*—592 F. *mor. piandus er.*—593 Scaliger legebat *Gye.*—594 Mor. et sex alii *regna* pro *sceptra*. Gottorph. *scept. regente, tul.*—595 Plurimi *feret...patiemur*. A. et sex alii *nos hoc est*. et R. *non hæc.*—598 Voss. *Ill. pavendus, ait*; et Pet. *videndus:* Heins. olebat *pigendus*. Duo libri *pudendus amor.*—599 Fr. *Non ita nobil.* addito Gl. illo sum.' Tum Gottorph. *cessit m. r. cœli:* Heins. censet posse et legi *posita*

NOTÆ

Tertia] Nam prima Jupiter, altera leptunus.

585 *Tonantem*] Jovem.

587 *De quo*] Jove, scilicet.

592 *Hoc*] Per vim, scilicet.

598 *Gyge*] Hunc centimanum Briarei fratrem, qui Diis bella inferre non veritus, jam supra quoque vidimus.

596 *Novis*] Reddendo raptam.

600 *Inane Chaos*] Vacua Erebi regna.

Sed si forte tibi non est mutabile pectus;
  Statque semel juncti rumpere vincla tori;
Hoc quoque tentemus, siquidem jejuna remansit:
  Sin minus; inferni conjugis uxor erit.
Tartara jussus adit sumtis Caducifer alis:
  Speque redit citius, visaque certa refert.
Rapta tribus, dixit, solvit jejunia granis,
  Punica quæ lento cortice poma tegunt.
Haud secus indoluit, quam si modo rapta fuisset,
  Mœsta parens; longa vixque refecta mora est.
Atque ita, Nec nobis cœlum est habitabile, dixit;
  Tænaria recipi me quoque valle jube.
Et factura fuit: pactus nisi Jupiter esset,
  Bis tribus ut cœlo mensibus illa foret.

aliter Chaos vacuum. Verum, si forte cor non est tibi flectendum, atque constituisti solvere nodos lecti socii, experiamur hoc etiam, siquidem remansit jejuna: sin minus, erit conjux mariti inferni. Caducifer monitus subit inferos, alis captis; atque revertitur citius expectatione, et narrat conspecta induitata. Rapta, inquit, solvit famem tribus granis quæ poma Punica continent molli cortice. Tristis mater non aliter ingemuit, quam si nunc sublata fuisset; atque ægre restituta est longo tempore. Atque ita inquit, Neque cœlum est nobis colendum: impera me etiam recipi valle Tænaria. Atque factura fuit; nisi Jupiter pollicitus esset, illam

---

est m. regia, cœlum.—601 Multi *Quod* pro *Sed.*—602 Mor. tert. et duo alii *rump. jura tor.*—603 Fr. *Hæc quoq.*—604 Fr. *Si min.*—606 *Visaq. certa* est ex duobus V. quatuor alii *certaq. visa:* in aliis *jussaq. certa;* vel *certaq. jussa.*—608 Alii *quæ in lento;* unus Med. *tento;* et Voss. cum aliis sex *duro:* mox duo libri *cort. grana teg.*—609 Fr. *Non sec.*—610 P. *Mœst. sedens; long.*—611 *Est* deest tribus: et duo habent *habitabere:* Heins. conj. nec *cœlum nobis habitabere.*—612 *Tænaria* est ex Max. Zulich. Ursin. Pet. Voss. et multis aliis: Ursin. *Tenarea;* Statii *Tenaria;* vulg. autem *Tartarea.*—613 Be. *Quæ fact.* Pr. V. et duo alii *Et fecisset idem: pact.* Gottorph. *fruitura fuit;* et P. *factura foret.*—614 Fr. *in* pro *ut.*—615 Gottorph. *Tunc d. mater vul-*

NOTÆ

603 *Hoc quoque*] Rumpere vincla tori.

605 *Tartara*] Qui locus Inferorum ultimus.

Caducifer] Mercurius, scilicet, cujus virga serpentibus nexa, quam Caduceum dicunt, fuit gestamen.

608 *Punica*] *Grenade*, Gall.

612 *Tænaria*] Tartarea, Inferis: quia in Tænaro Laconiæ promontorio spiraculum Ditis, aditusque ad Inferos.

614 *Bis tribus*] Senis apud Superos, totidemque mensibus apud Inferos ideo commorari dicta Proserpina, vel propter Lunæ diversos status, vel ratione triticei seminis habita, quod altera anni parte quasi obratum terra videtur, altera proserpendo seu progerminando ad superos redit.

Tum demum vultusque Ceres animumque recepit;
Imposuitque suæ spicea serta comæ.
Largaque provenit cessatis messis in arvis;
Et vix congestas area cepit opes.
Alba decent Cererem: vestes Cerealibus albas
Sumite: nunc pulli velleris usus abest.
Occupat Apriles Idus cognomine Victor
Jupiter: hac illi sunt data templa die.
Hac quoque, ni fallor, populo dignissima nostro
Atria Libertas cœpit habere sua.
Luce secutura tutos pete, navita, portus:
Ventus ab occasu grandine mixtus erit.
Sit licet ut fuerit; tamen hac Mutinensia Cæsar
Grandine militia contudit arma sua.

fore sex mensibus in cælo. Tum denique Ceres restituta est mente atque facie, atque imposuit coronam spiceam suis capillis. Atque messis ampla crevit in agris requietis, atque vix area continuit diritias coacervatas. Candida conveniunt Cereri: induite candida velamina Cerealibus. Jam nullus est usus lanæ atræ.——Jupiter cognomine Victor obtinet Idus Apriles: delubra sunt illi dicata hac die. Hac etiam, opinor, Libertas dignissima populo nostro cœpit obtinere sua.——Die ventura, nauta, occupa portus secures: ventus ab Occidente erit junctus grandini. Scilicet, quanquam fuerit, tamen hac die grandinosa Cæsar oppressit arma Mutinensia.——Cum

tumq. animumq. r. Max. Zulich. Voss. et Arund. *Tum d. vultusq. C.* alii cum vulg. *vultumq.* unus *mentemq.* Pat. etiam *refovit*, quod placebat Heins.—618 Unus liber *vix conjectas terra ferebat opes.*—619 Sic in tribus V. et in vulgatis: at multi scripti *Alb. decet Cererem vestis; C.* ‘ Forte *Alba decent Cererem: festis C. alba Sum.*—621 Fr. *Aprili.*—623 Sa. et Pat. *quoq. si memini, pop.* Burm.—624 Opt. V. et Ursin. *die* pro *sua.*—627 Olim edebatur *Sit licet et fuer.* Ursin. Pet. et sex alii *Scilicet et fuer.* Max. Zulich. A. Voss. Arund. et quinque alii *Sit licet ut fuer.* Heins. legit *Scilicet ut fuer.* i. e. quamvis fuerit. Burm. præfert *Sit licet.* Meliores teste Heins. *hac;* alii *hæc.*—628 Pro *contudit* Voss. A. Max. Zulich. Ursin. Pet. et plurimi alii *perculit;*

NOTÆ

616 *Spicea*] Quibus quidem solet coronari.

617 *Cessatis*] Ad illud alludit quod in Metam. finxit de mœsta et irata Cerere: ‘ Terras increpat omnes, Ingratasque vocat, nec frugum munere dignas.’

621 *Victor*] Huic ædem voverat Q. Fabius Maximus Rullianus Consul contra Samnites, anno Urbis conditæ 458.

624 *Atria*] Hæc Tiberius Gracchus primus erexit, restauravit postea nobilis ille Senator Asinius Pollio; qui et illi bibliothecam addidit, quæ omnibus pateret.

625 *Tutos*] Ob futuram tempestatem.

627 *Mutinensia*] Apud Mutinam Galliæ Cisalpinæ urbem; ubi Antonius ab Augusto castris exutus.

628 *Grandine*] Pro tempore gran-

Tertia post Veneris cum lux surrexerit Idus,
Pontifices forda sacra litate bove.
Forda ferens bos est fœcundaque, dicta fuendo e:
Hinc etiam fœtus nomen habere putant.
Nunc gravidum pecus est: gravidæ nunc semine terræ
Telluri plenæ victima plena datur.
Pars cadit arce Jovis: ter denas Curia vaccas
Accipit; et largo sparsa cruore madet.
Ast ubi visceribus vitulos rapuere ministri,
Sectaque fumosis exta dedere focis;
Igne cremat vitulos, quæ natu maxima Virgo;
Luce Palis populos purget ut ille cinis.
Rege Numa, fructu non respondente labori,
Irrita decepti vota colentis erant.
Nam modo siccus erat gelidis Aquilonibus annus;
Nunc ager assidua luxuriabat aqua.

die tertia post Idus Veneris illuxerit, Sacerdotes adolete sacra vacca gravida. Forda est vacca ferens et fœcunda, appellata a ferendo: hinc etiam credunt fœtus ducere nomen. Nunc pecus est plenum; nunc terræ plenæ semine. Victima gravida offertur terræ gravidæ. Pars mactatur in arce Jovis: Curia accipit boves triginta, atque irrigatur sparsa multo sanguine. At postquam sacerdotes excussarunt vitulos præcordiis, et obtulerunt viscera discerpta altaribus fumidis; Virgo, quæ vetustissima, torret igne vitulos; ut ille cinis lustret populos die Palis. Nunc regnante, vota agricolæ illusi erant inania, fructu non sequente operam. Nam modo annus erat aridus per frigidos Aquilones; nunc arva luxuriabant pluvia co-

in nonnullis *pertulit*: pr. A. *pertudit*, quod placet Heins. vel *perculit*, ut ad τὸ *grandine* alludat hoc verbo. Quatuor etiam scripti *militiæ...suæ*: V. *militiæ protulit arma suæ*.—631 Zulich. *dict. ferundo*.—633 *Nunc* dedit Heins. ex pr. A. Voss. Arund. Max. et Zulich. pro vulg. *quoque*: Be. habet pr. Sq. *nunc germine*.—635 A. et alius *J. tradendas C*.—639 Max. *Ign. cremat ut*, Arund. *cremant*: unus Heins. *cremt*.—640 Plurimi *Luc. Pales pop.* Voss. et

NOTÆ

dinoso.

629 *Tertia*] 17. Kal. seu 15. die Aprilis fordicidia erant.

Veneris] Apriles ergo; Veneri namque sacer hic mensis.

630 *Forda*] Gravida.

Sacra litate] Sacrificate.

631 *Ferendo*] Atque adeo *e* simplici sine *o* scribi debet fœtus: quanquam alii ab obsoleto *feo* magis deducunt. Fœtum vero per *œ* si scripseris a *fœcundo* desumseris.

635 *Pars*] Victimarum, scilicet.

Ter denas] Quia totidem Curiæ, scilicet, in quarum singulis vacca una mactabatur.

639 *Virgo*] Vestalis, scilicet.

640 *Palis*] Hæc Pastorum Dea, quam etiam Vestam et Tellurem esse voluerunt.

641 *Rege Numa*] Mactandarum boum unde orta sit causa enarrat Naso.

644 *Luxuriabat*] Totus in herbam

Sæpe Ceres primis dominum fallebat in herbis;
Et levis obsesso stabat avena solo:
Et pecus ante diem partus edebat acerbos:
Agnaque nascendo sæpe necabat ovem.
Sylva vetus, nullaque diu violata securi,
Stabat, Mænalio sacra relicta Deo.
Ille dabat taciti animo responsa quieto
Noctibus. Hic geminas rex Numa mactat oves.
Prima cadit Fauno; leni cadit altera Somno.
Sternitur in duro vellus utrumque solo.
Bis caput intonsum fontana spargitur unda;
Bis sua faginea tempora fronde premit.
Usus abest Veneris: nec fas animalia mensis
Ponere: nec digitis annulus ullus inest.
Veste rudi tectum supra nova vellera corpus
Ponit, adorato per sua verba Deo.

tinus. Ceres frequenter decipiebat dominum in primis herbis; et avena fatua occupabat terram obsessam. Atque pecus emittebat fœtus immaturos ante tempus, et sæpe agna occidebat ovem nascendo. Lucus erat antiquus atque a longo tempore intactus bipenni, relictus sacer Deo Arcadico. Ille reddebat oracula animo tranquillo per noctis silentia. Numa hic immolat duas bidentes. Prima mactatur Fauno, altera offertur miti Somno. Pellis utriusque explicatur in terra rigida. Caput intonsum bis irroratur aqua fontana; bis tegit sua tempora foliis faginea. Abstinet a Venere; neque fas adhibere animalia mensis: neque annulus ullus est in digitis. Demittit corpus velatum amictu aspero super recens detractus pellet,

tres scripti *palam*.—644 Sa. *piger* pro *eger*: et tum Jun. *exigua lux*.—645 Fr. C. *primus dom.* V. et Pat. *dominos fall.* et Stroznæ lib. *fall. aristis*.—646 Pet. alter *lev. oppresso stab.*—647 Pro *partus* quatuor libri *fœtus*.—648 Pet. et tres alii *sæp. necavit ov.*—649 Pembroc. plurimi alii, et Excerpt. D. *die* pro *dies*.—650 Unus Heins. *M. sera rel.*—651 Ursin. Max. Voss. et quatuor alii *Ille dab.* Heins. conj. *Inde*.—652 Pro *hic*, multi vett. *hinc*: Be. *his*.—653 Jun. *leu. datur alt.*—654 Max. *vell. utrinque sol.*—656 *Premit* Heins. dedit ex Voss. Max. et sex aliis pro vulg. *tegit*.—657 Unus pro *abest* dedit *habet*; unde Heins. *hebet*.—659 Sic Heins. emend. Be. etiam habet *Veste rudi tectus*, cum

NOTÆ

sine fructu absumebatur.

645 *Ceres*] Pro segete.

Primis] Ita ut tenellæ adhuc perirent herbæ.

646 *Levis*] Sterilis.

Obsesso] Ab ipsa avena sterili, quæ tritico locum non faciebat.

650 *Mænalio*] Arcadico, Pani, scilicet, seu Fauno, cujus jam non semel recensuimus fabulas.

653 *Somno*] Quem etiam in Metam. Deum esse vidimus, ex somniis, scilicet, Ethnicorum.

654 *Vellus*] Utriusque ovis pellis.

657 *Abest*] Idem dictum supra de Hercule rem divinam facturo.

658 *Nec digitis*] Nihil ornatus supplicem maxime decet.

Interea placidam redimita papavere frontem
  Nox venit, et secum somnia nigra trahit.
Faunus adest; oviumque premens pedo vellera duro,
  Edidit a dextro talia dicta toro:
Morte boum tibi, Rex, tellus placanda duarum:
  Det sacris animas una necata duas.
Excutitur terrore quies; Numa visa revolvit;
  Et secum ambages caecaque jussa refert.
Expedit errantem nemori gratissima conjux;
  Et dixit, Gravidae poscëris exta bovis.
Exta bovis dantur gravidae; felicior annus
  Provenit, et fructum terra pecusque ferunt.
Hanc quondam Cytherea diem properantius ire
  Jussit, et aethereos praecipitavit equos;
Ut titulum imperii quam primum luce sequenti
  Augusto juveni prospera bella darent.

Deo culto per suos sermones. Interea Nox adest habens caput lene coronatum papavere, atque ducit secum atra somnia. Faunus venit; atque insistens pellibus pede rigido, emisit talia verba a dextra lecti: Rex, Terra est tibi pianda nece duarum vaccarum: una anima interfecta exhibeat sacris duas animas. Somnus fugatur horrore; Numa recolit animo somnia; atque revolvit secum ambages et obscura mandata. Uxor gratissima extricat haesitantem nemori atque dixit, Petuntur a te viscera vaccae praegnantis. Viscera vaccae praegnantis offeruntur: annus uberior ortus est, et Tellus atque pecus emittunt suos fœtus. Cytherea imperavit olim hanc diem celerius currere, atque egit praecipites equos caelestes, ut bella felicia citissime praeberent Augusto adolescenti titulum imperii.——Verum quartus

Gloss. 'scil. Numa.' Hanc quoque lect. exhibent Max. Zulich. Ursin. pr. A. Læti et multi alii: at vulg. *Vesper ubi est, tectum.*—660 Fr. *Pon. odorato* per, quod corr. m. sec.—662 Unus liber *nigr. tulit.*—664 *Dicta* dedit Heins. ex Max. Zulich. Voss. et Arund. pro vulg. *verba.* Mor. tert. *dicta solo.*—665 Max. Be. et sex alii *plac. duorum.*—666 Plurimi *Dat*, vel *Detque*; vel *Detque satis anim.* Mox multi ex scriptis *una juvenca du.* D. Heins. monet nostram esse veram lectionem.—667 P. *Exuitur terr.* Mox Fr. *N. jussa revolv.* Plurimi quoque alii *resolvit.*—668 *Jussa* ex Ursin. Max. Voss. pr. A. Læti, et multis aliis, placet Heins. præ vulg. *visa*: quidam *visaq. cæca ref.*—669 Pro *errantem* Heins. malit *hærentem.*—671 Fr. *grav. dant. fœcundior ann.* plures etiam alii *fœcundior.*—674 In nonnullis *et admissos pr.* in uno Heins. *alatos.* —675. 676 Varie admodum hic versus in codicibus scriptis legitur: quidam,

NOTÆ

659 *Nova*] Recens ovibus detracta.
661 *Papavere*] Quia inducit somnos.
664 *A dextro*] Bono adeoque omine.
665 *Tellus*] Quæ Dea, scilicet.
668 *Ambages*] Obscura oracula,
669 *Conjux*] Egeria, scilicet, in nemore Aricino habitans.
670 *Gravidæ*] Quæ sola mactata duæ animæ necantur.
673 *Cytherea*] Venus, cui mensis

Sed jam præteritas quartus tibi Lucifer Idus
Respicit. Hac Hyades Dorida nocte petunt.
Tertia post Hyadas cum lux erit orta remotas,
Carcere partitos Circus habebit equos.
Cur igitur missæ vinctis ardentia tædis
Terga ferant vulpes, causa docenda mihi.
Frigida Carseoli, nec olivis apta ferendis,
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager,

Lucifer jam respicit Idus tibi elapsas. Hac nocte Hyades concedunt ad Doridem. ——Cum dies tertia post Hyadas depulsas illuxerit, Circus habebit in repagulis equos divisos. Ratio igitur a me dicenda, quamobrem vulpes impulsæ habeant terga incensa facibus alligatis. Carseoli est *terra gelida, neque idonea olivis producendis,*

---

cum primum, vel, *primum cum imperii* titulum: *tunc luce secuta* Farnes. et in alio Farnesiano erat erasa vetus lectio: in uno Patavino erat, *Ut primum imperii sua præmia luce sequenti.* unde posset legi, *Ut tit. imperii, sua præmia, luce sequenti Augusto juv. &c.* Multi etiam, *prospera signa:* recte autem Neapolis de, quinto consulatu Augusti ex Dione capit, quo post victoriam de Ægyptiis reportatam domum redux aram Victoriæ erexit, Janum clausit, et Imperatoris titulo ornatus, inde Imperii sui annos numerare cœpit. *Burm.* —677 Maz. Pet. et alii nonnulli cum pr. Edd. agnoscunt *prat. quart. tib. L.* alii *ubi quart.* vel *quart. ubi.*—678 *Petunt* Heins. rescripsit ex Voss. Arund. Maz. Zulich. et sex aliis; vulg. *tenent.*—679 Ante hunc vs. Be. Cod. habebat vs. 713. usque ad 720. Unus V. *Idus* pro *Hyadas.*—680 Sa. *part. ludus hab.* et duo *habebat eq.*—681 Quinque scripti *ig. tædis unctis ardentia missæ.* Pro *vinctis* plurimi *junctis;* et Pet. *victis:* Cant. et duo *cinctis.*—682 Strozæ Cod. *Terg. ferat vulp.* Mox Fr. *mihi est.*—683 Vulg. *Carseolis.* ‘ *Carseoli* malim, si per libros veteres liceat; ut per appositionem hæc dicantur, *Fri-*

NOTÆ

Aprilis sacer, gentisque suæ Juliæ seu Augustæ cura maxima.

675 *Sequenti*] 16. Kal. Maias decimoque sexto die mensis Aprilis, Augusto v. Consule, anno ab Urbe 724. quo quidem triplici triumpho ille Urbem ingressus est, rediit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus, certa cuique suarum rerum possessio, idem Imperator peculiari quodam jure sibi atque posteris Imperatoris nomen vindicavit.

677 *Quartus tibi*] 15. Aprilis ergo Hyades seu Suculæ stellæ in fronte Tauri, quæ olim Atlantis filiæ, occidunt.

678 *Dorida*] Pro mari hanc Oceani et Tethyos filiam frequenter sumunt Poëtæ.

679 *Tertia post*] 13. Kalend. ludi iterum in Circo, quibus a Cerealibus in hunc usque diem nulla Romæ fuit pausa; ut observat illustriss. Neapolis.

680 *Carcere*] In ipsis repagulis, unde ad cursum mittebantur.

Partitos] In diversas factiones, scilicet, diversis coloribus distinctas, dividebantur aurigantes.

681 *Missæ*] Per ludorum tempus in Circo.

683 *Carseoli*] Fuerunt in Æquis Carseoli, atque una ex claris eorum urbibus.

Hac ego Pelignos, natalia rura, petebam;
  Parva, sed assiduis uvida semper aquis.
Hospitis antiqui solitas intravimus sedes.
  Demserat emeritis jam juga Phœbus equis.
Is mihi multa quidem, sed et hæc, narrare solebat;
  Unde meum præsens instrueretur opus:
Hoc, ait, in campo (campumque ostendit) habebat
  Rus breve cum duro parca colona viro.
Ille suam peragebat humum: sive usus aratri,
  Sive cavæ falcis, sive bidentis erat.
Hæc modo verrebat stantem tibicine villam:
  Nunc matris plumis ova fovenda dabat.
Aut virides malvas, aut fungos colligit albos:
  Aut humilem grato calfacit igne focum.
Et tamen assiduis exercet brachia telis;
  Adversumque minas frigoris arma parat.

sed solum fœcundum tritico. Ego hac concedebam in Pelignos agros natales, exiguos, sed indesinenter humidos aquis jugibus. Ingressi sumus domum consuetam veteris hospitis. Jam Phœbus levaverat jugo equos officio functos. Ille quidem consueverat mihi referre multa, verum hæc etiam, quibus præsens opus augeretur. In hoc agro, inquit, atque monstrat agrum, Colona frugi cum aspero marito potiebatur tenui arvo. Ille excolebat suam terram; sive opus aratro esset, sive curva falce, seu ligone. Hæc nunc purgabat villam impositam fulcro: nunc supponebat ova incubanda plumis matris. Vel legit malvas virides, vel fungos albos: vel accendit igne tenuem focum. Et nihilominus negotium facessit brachiis telis continuis; atque adornat præsidia adversus minas frigoris. Filius hujus erat protervus

---

gida Carseoli terra. Nam Zulichemianus, *pars coli.*' Heins.—686 *Uvida* est ex Heins. emend. quod et O. habet pro var. lect. *obvia* vett. magna ex parte: et multi *humida*.—687 Zulich. Voss. Arund. et alii *ant. fidas intr.*—689 Fr. deest *et*.—690 Pro *meum* Heins. mallet *miki*.—694 *Sive cavæ* ex pr. A. Læti, pr. F. et sex aliis Heins. profert: vulg. *Seu curvæ:* alter Maz. *Sive citreæ*.—695 *Stantem tibicine* Ursin. Mazar. Zulich. Nauger. Voss. et tres alii; bene: quatuor, *stanti tibicine villam;* quidam, *telam;* male; nam de *tela* mox agit: nonnulli, *raro tibicine pretum:* Zulich. pro diversa lectione, *stanti tibicine cellam.* Alii aliter: nos veram lectionem expressimus. *Heins.* Scal. Poëtic. lib. IV. pag. 462. præfert antiquam lectionem, *Verrebat raro cum pectine terram.* Sed recte viri docti receperunt optimorum codicum lectionem: *stanti tibicine partum* Bernens. alii aliter. Apud Juvenal. Sat. III. interpres vetus interpretatur *urbem tibicine fultam, tibicinatam. Verrere villam* convenit rusticæ: nam hoc officium diligentis matrisfamiliæ humilioris; in potentiorum autem domibus id ancillæ obibant; ut Polyxena apud Euripid. Hec. 366. Προσβὰς

NOTÆ

688 *Demserat*] Nox adventabat.
690 *Præsens*] Fastorum, scilicet.
698 *Peragebat*] Colebat.
695 *Tibicine*] Structuras dicit seu fulcra quibus domus sustinebatur.

[redacted]

Filius hujus erat primo lascivus in ævo;
  Addideratque annos ad duo lustra duos.
Is capit extremi vulpem sub valle salicti:
  Abstulerat multas illa cohortis aves.
Captivam stipula fœnoque involvit, et ignes
  Admovet. Urentes effugit illa manus.
Qua fugit, incendit vestitos messibus agros:
  Damnosis vires ignibus aura dabat.
Factum abiit: monumenta manent. Nam vivere captam
  Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.
Utque luat pœnas gens hæc, Cerealibus ardet:
  Quoque modo segetes perdidit, ipsa perit.
POSTERA cum veniet terras visura patentes
  Memnonis in roseis lutea mater equis;
E duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen,
  Sol abit: egresso victima major adest.

prima ætate, et adjecerat duos annos duobus lustris. Is corripit vulpem sub valle ultimi salicti: illa rapuerat multas aves ex cohorte. Integit captivam culmis et fœno, atque incendit. Illa elabitur manibus urentibus. Qua transit, immittit ignes campis decoratis segetibus: ventus augebat vires flammæ nocentis. Factum præteriit, monumenta supersunt: nam lex Carseolana prohibet nunc etiam vulpem captam vivere. Atque, ut istud genus persolvat pœnas, inceditur Cerealibus; et ipsa perit quo more perdidit segetes.——Cum sequens Aurora rubicunda aderit in equis roseis aspectura campos apertos, Sol deserit ducem pecoris lanigeri, qui prodidit

---

ἐ ἀνάγκῃ σιτοποιὸν ἐν δόμοις, Χαίρειν τε δῶμα, κηρύσσειν τ' ἐφεστάναι. *Burm.*—700 *Adversumq.* Sa. Gottorpii. et duo alii: vulg. *Adversusq.*—701 Thuan. *Fil. huic fuerat pr.* et R. *primis l. in annis.*—703 Mor. *cap. extrema vulp.* Tum *sub valle* est ex Ursin. et uno Pat. alii *convalle* vel *de valle:* nonnulli etiam *in convalle.*—707 Pro *incendit* alter Mor. et duo alii *accendit;* unus *abscondit.*—709 Unus Mor. *mon. patent;* et Maz. *monent.* 'Mox, pro *dicere certam,* lege cum Ursin. Voss. Naugær. et tribus aliis, *vivere captam: dicere curtam* Mazar. *dicere cautam* Zulich. *dicere cæcam* unus: *cernere cunctam* unus Vatic. *ducere certam* Bonon. Forte, *ducere captam.*' Heins.—711 *Gens hæc* Ursin. Arund. Pat. Maz. et multi alii: vulg. *genus hoc.*—713 Multi scripti *Proxima cum ven.* at Fr. *Postera conveniet.* Deinde pr. V. *vis. nitentes.*—715 Quinque *lanigeri pecudis;* duo

NOTÆ

707 *Qua*] Dubium mihi non est, quin ex Samsonis historia, quæ Judicum xv. refertur, detorta sit hæc fabula.

714 *Memnonis mater*] Aurora, scil.

715 *E duce*] Arietem Sol relinquit, ut Taurum ineat.

Prodidit] Helles fabulam sæpius jam vidimus.

716 *Victima*] Taurus, scilicet, in quem Sol 12. Kal. Maias transit.

Vacca sit an taurus, non est cognoscere promptum:
Pars prior apparet: posteriora latent.
Seu tamen est taurus, sive est hoc fœmina signum;
Junone invita munus amoris habet.
Nox abiit, oriturque Aurora. Palilia poscor.
Non poscor frustra, si favet alma Pales.
Alma Pales, faveas pastoria sacra canenti;
Prosequor officio si tua festa pio.
Certe ego de vitulo cinerem, stipulasque fabales,
Sæpe tuli plena, februa casta, manu.
Certe ego transilui positas ter in ordine flammas;
Virgaque roratas laurea misit aquas.

Hellen. Grandior victima adest egresso. Non est facile cognoscere situs juvenca an juvencus: pars anterior est conspicua, posterior obscuratur. Sive tamen hoc dictus est juvencus, sive est femina, obtinet mercedem amoris, Junone volente.—Nox recessit, atque Aurora exsurgit. Palilia petuntur a me. Non petuntur incassum, si alma Pales est propitia. Alma Pales faveas canenti sacra pastoritia, si colo tua festa pio officio. Certe ego sæpe tuli cinerem de vitulo, et stipulas fabales, februa pura, plena manu. Certe ego ter trajeci corpus per ignes ordine constitutos; et virga laurea misit aquas roratas. Dea tacta est; atque favet labori. Solve a

---

lanigeræ pecudis; et mox alii *perdidit* pro *prodidit.*—718 P. Be. et quinque alii *posteriorque latet.*—719 Juu. *Seu tam. hoc taur.* et mox plurimi *sive hoc est.*—720 Thuan. Fr. et alii *mun. honoris hab.*—721 O. et Med. *Nox abit, exoriturq. A.* Heins. tamen mallet *abiit, orerisque A.* Mox alii scribunt *Parilia.*—722 Heins. conj. *Non poscar.*—723 Plurimi *fav. pastorum sacr.*—724 Multi *Persequor offic.* Dein olim edebatur *si tua facta meo;* et quidam scripti cum Fr. *facta pio:* Scaliger emend. *sacra pio:* at meliores, teste Heins. *festa pio.*—725 Fr. cum aliis quibusdam *stipulamque fabalem:* Pat. *stipulamque fabalis;* unde Heins. conj. *stipulaque fabali.*—726 *Casta* Heins. recepit ex pr. A. Læti, Max. Zulich. et multis vett. pro vulg. *testa:* Ursin. et Pat. *fercula testa.*—727 Fr. *eg. transivi pos.* et alii nonnulli *transilii.*—728 Vulg. *Udaque rorales laur.* at *Virgaq.* judice Heins. rectius: et plerique meliores *roratas:* tres re-

NOTÆ

717 *Non est cognoscere*] Quia semisectus et parte tantum anteriore pingitur Taurus.

720 *Invita*] Quia neque Jovis Europæ tauri forma illudentis amores, neque Ius vaccæ metamorphosim Juno probavit.

Amoris] Taurus quippe amoribus Jovis erga Europam favit: vacca ad celanda ejusdem furta cum Io præsto fuit.

721 *Palilia*] Hæc festa sibi vindicabat Pales Dea pastorum; quæ quidem jam sibi exponenda dicit Naso.

725 *Vitulo*] De quo supra in fordicidiis.

726 *Februa*] Quo nomine quævis dicta purgamina, uti ab ipso Nasone prolixe inculcatum in Februario.

727 *Transilui*] De isto more audies postea ipsum Poëtam.

Mota Dea est; operique favet. Navalibus exi,
  Puppis: habent ventos jam tua vela suos.
I, pete virginea, populus, suffimen ab ara:
  Vesta dabit. Vestæ munere purus eris.
Sanguis equi suffimen erit, vitulique favilla:
  Tertia res, duræ culmen inane fabæ.
Pastor, oves saturas ad prima crepuscula lustra.
  Uda prius spargat, virgaque verrat humum.
Frondibus et fixis decorentur ovilia ramis;
  Et tegat ornatas longa corona fores.
Cœrulei fiant vivo de sulfure fumi;
  Tactaque fumanti sulfure balet ovis.
Ure mares oleas, tædamque, herbasque Sabinas;
  Et crepet in mediis laurus adusta focis.
Libaque de milio milii fiscella sequatur:
  Rustica præcipue quo Dea læta cibo est.

navalibus, navis: tua vela jam fruuntur aura sua. Ito, plebs, pete suffimen ex alteri virgineo, Vesta dabit: eris purgatus dono Vestæ. Sanguis equi, et cinis vituli erit suffitus. Tertia res culmen vacuum duræ fabæ. Opilio, purga oves saturas ad prima crepuscula. Humida prius spargat, atque virga verrat terram. Præsepia ornentur foliis, et ramis affixis; atque multa serta velent januas decoratas. Fumi cærulei excitentur de vivo sulfure; atque ovis tacta sulfure fumanti balet. Adole mares oleas, tædamque, atque herbas Sabinas; et laurus tosta crepitet in mediis ignibus. Atque quasillus milii jungatur libo de milio; quo

---

rentes.—729. 730 Alii *naval. exit Pupp.* Mox *tua* ex Maz. et Zulich. Heins. placet præ vulg. *mea.* Pet. *mea cymba suos;* et Jun. *mea vela bonos.*—731 Pro *populus* Excerpt. D. et multi scripti *populo;* A. *populis;* Be. *popule;* alii *populum.*—732 Unus liber *mun. mundus er.* P. Arund. Be. et duo alii *lutus;* unus *totus,* Burm. putat pro *lotus.* Pr. A. Læti, et unus Mor. *purus abis;* Heins. conj. *abi.*—733 Unus V. *Sang. equæ suff.*—735 *Lustra* Heins. recepit ex Pet. Voss. Arund. et aliis: ceteri *lustrat,* vel *lustret.*—736 *Uda* ex emend. Jan. Vlitii, et sic etiam Læti Cod. alii *Unda.* Mox unus Pat. optimæ notæ *virgaq. vergat hum.* Heins. conj. *tergat.*—738 Neapolis liber *Obtegat orn.* Deinde Be. *multa* pro *longa.*—739 *Vivo* est ex Voss. Arund. Maz. Zulich. pr. A. Læti et octo aliis; vulg. *puro.*—740 *Tactaque* Heins. legendum censet cum Ursin. Nauger. Zulich. Maz. et sex aliis pro vulg. *Tectaque.*—741 In nonnullis *Ur. maris rorem,* vel *rores, tædamq.*—742 Duo scripti *Concrepet in med.*—743 Nonnulli *mil. milium fisc.* Novem etiam scripti *sequetur.*—744 Fr. cum vulg. *præcip. est hoc D. l.*

NOTÆ

729 *Navalibus*] Aggredior opus. Metaphorice locutus est.

731 *Suffimen*] Quo se purgari etiam stulte arbitrabantur.

732 *Vesta*] Aut ejus virgines.

733 *Vitulique*] Illius, scilicet, qui in fordicidiis una cum matre mactatus.

735 *Crepuscula*] Post Solis occasum.

740 *Fumanti sulfure*] Sulfuris fumo.

Adde dapes mulctramque suas: dapibusque recentis
Sylvicolam tepido lacte precare Palen.
Consule, dic, pecori pariter pecorisque magistris:
Effugiat stabulis noxa repulsa meis.
Sive sacro pavi, sedive sub arbore sacra;
Pabulaque in bustis inscia carpsit ovis:
Seu nemus intravi vetitum, nostrisve fugatæ
Sunt oculis Nymphæ, semicaperve Deus:
Seu mea falx ramo lucum spoliavit opaco,
Unde data est ægræ fiscina frondis ovi:
Da veniam culpæ: nec, dum degrandinat, obsit
Agresti fano supposuisse pecus.
Nec noceat turbasse lacus. Ignoscite, Nymphæ,
Mota quod obscuras ungula fecit aquas.

cibo Dea rustica inprimis gaudet. Adjice epulas tuas atque mulctrale: et epulis divisis adora Palen sylvestrem lacte calido. Dic, Prospice æquiter pecori et magistris pecoris: damnum propulsum recedat a meis præsepibus. Seu egi pecus in sacra, vel requievi sub arbore sacra, aut ovis ignara vellit pabula ex sepulcris, seu ingressus sum lucum interdictum, vel Nymphæ, aut Deus semicaper est versus in fugam nostris oculis; seu mea falx deripuit luco ramum faciens umbram, ex quo exhibita est corbis foliorum pecudi morbidæ, ignosce, neque id damno subegisse pecus fano rustico, dum desævit grando. Neque sit fraudi turbasse stagna; Nymphæ, parcite, quod ungula lota reddidit latices turbatos. Tu,

---

cibo, Max. etiam *cibo est*, ut τὸ *est* geminetur.—745 Thuan. *Add. preces: in utramque su.* vulg. etiam *in utrumque*; duo scripti *in utraque*; et multi *in utramque*: plurimi vero Codd. *in mulctramque*. P. habet *in utrasque manus: dap.* Heins. legit *Adde dapi mulctramque*, vel *mulctrumq. suæ*. Deinde ex melioribus Heins. profert *resectis*: alii *refertis, relictis, remotis*, vel *refectis*: Burm. ex uno, qui habet *paratis*, conj. *peractis*.—746 Fr. *Palem*.—747 Alii *sacra* pro *sacro*.—750 Plurimi vett. *in*: vulg. *e*. Tum Fr. a sec. man. *carpit*: prius fuit *sapit*; et pro var. lect. *carpsit*.—751 *Seu* est ex uno V. quod et habet Fr. pro var. lect. vulg. *Si*. Deinde in uno vet. *nem. intravit vet.* Alii etiam *nostrisque*.— 752 Be. *Sint* pro *Sunt*; et Fr. *semicaperque*. — 753 Heins. corr. *Seu*; alii *Si*. Mox Arund. et tres alii *spol. opacum*.—754 Arund. *agr. fascia frond.* septem *fuscina*; tres *fuscina*.—755 Heins. malebat *dum, Dea, grandinat*.—756 Multi vett. *Agr. Fanno supp.*—758 Pro *Mota* Arund. *Nota:*

NOTÆ

743 *Fiscella*] Calathus. *Un Panier.*

744 *Rustica*] Pales, scilicet, pastorum Dea rustica est.

745 *Dapes*] Lac, scilicet, et caseum.

Mulctram] Vas illud dicit quo lac excipitur, cum mulgetur.

Resectis] Comminutis; siquidem tamen vera ea lectio: alii namque *refectis, paratis, relictis* exhibent.

747 *Dic*] Pastorem alloquitur, cui precandi formulam præscribit.

749 *Sacro*] Loco, scilicet.

750 *Bustis*] Ubi quispiam sepultus.

752 *Semicaper*] Pan seu Faunus.

754 *Fiscina*] *Un Panier de feuilles.*

755 *Degrandinat*] Desæpit grando.

Tu, Dea, pro nobis Fontes fontanaque placa
  Numina; tu sparsos per nemus omne Deos.
Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ;
  Nec Faunum, medio cum premit arva die.
Pelle procul morbos. Valeant hominesque gregesque;
  Et valeant vigiles, provida turba, canes.
Neve minus multo redigam, quam mane fuerunt;
  Neve gemam referens vellera rapta lupo.
Absit iniqua fames. Herbæ, frondesque supersint:
  Quæque lavent artus, quæque bibantur, aquæ.
Ubera plena premam: referat mihi caseus æra:
  Dentque viam liquido vimina rara sero.
Sitque salax aries; conceptaque semina conjux
  Reddat; et in stabulo multa sit agna meo.
Lanaque proveniat, nullas læsura puellas,
  Mollis, et ad teneras quamlibet apta manus.

Dea, flecte pro nobis fontes et numina fontana; tu placa *Deos sparsos per omnem sylvam. Neque nos intueamur Dryadas, neque balnea Dianæ, neque Faunum, cum insistit campis medio die. Fuga longe morbos: homines atque greges bene se habeant; atque canes agmen experrectum valeant. Neve cogam minus multos, quam fuerunt mane; neve lugeam, reportans pelles ablatas a lupo. Fames aspera sit procul. Gramina atque folia sint residua: tum lymphæ quæ abluant membra, quæque potentur. Traham mammas uberes: caseus mihi paret nummos; atque vimina rara faciant viam liquido sero. Atque aries sit lascivus; et fœmina reponat semina concepta; atque plurima agna sit in ovili meo. Lanaque tenuis crescat nullas puellas læsura, atque idonea ad manus quantumvis molles. Quæ oro, fiant;*

Heins. conj. *Lota.* Mox plurimi scripti *obs. virgula fec.*—759 F. F. *montanaq. pl.* Et ' Maz. Zulich. et duo alii *præsta;* forsan recte.' *Heins.*—760 Fr. *tot* pro *tu;* et Be. *sparsos...Deas.*—761 Malim *Dryadum* ut ad *labra* referatur. *Heins.*—762 Mor. et tres alii *F. media cum.* Et idem Mor. *premat;* duo *premet.* —763 Voss. *Pell. precor, morb.* Dein Fr. *valeantque hom.* et unus *valeant pecudesq. gregesq.*—765 *Multo* Heins. rescripsit ex Ursin. Voss. Arund. aliisque pro vulg. *multas;* plurimi etiam scripti *multos.*—766 Sa. et quinque alii *Nec. gemens ref.*—768 Mor. et Sa. *Quæve:* et tum nonnulli *levent art.*—772 In nonnullis *in stabulis...meis.*—774 *Quælibet,* vel *quaslibet* nonnulli, ut Ed. Nea-

NOTÆ

Desinit grandinare.

761 *Dryadas*] Nemorum Nymphas.

Labra Dianæ] Lacus ubi lavatur. Ad Actæonis alludit fabulam.

769 *Æra*] Nummos.

770 *Dentque*] Ut bene fingatur caseus.

771 *Salax*] Ad procreandam sobolem.

773 *Nullas læsura*] Atque adeo tenuis.

Quæ precor, eveniant: et nos faciamus ad annum
Pastorum dominæ grandia liba Pali.
His Dea placanda est: hæc tu conversus ad ortus
Dic ter, et in vivo prolue rore manus.
Tum licet, apposita, veluti cratere, camella,
Lac niveum potes, purpureamque sapam.
Moxque per ardentes stipulæ crepitantis acervos
Trajicias celeri strenua membra pede.
Expositus mos est. Moris mihi restat origo.
Turba facit dubium; cœptaque nostra tenet.
Omnia purgat edax ignis, vitiumque metallis
Excoquit: idcirco cum duce purgat oves.
An, quia cunctarum contraria semina rerum
Sunt duo, discordes ignis et unda Dei;

atque nos fingamus recurrente anno vasta liba Pali dominæ pastorum. Dea est pianda his: ter ista repete spectans ortum, atque lava manus in aqua viva. Tum fas est bibas lac niveum, et sapam purpuream camella admota tanquam cratere. Moxque transmittas veloci pede validos artus per cumulos stipulæ stridentis. Ritus declaratus est. Origo ejus mihi superest dicenda. *Numerus* me *facit incertum, atque moratur nostrum institutum. Ignis vorax expurgat omnia, atque percoquit vitium metallis: ideo purgat oves cum duce. An quia Ignis et Aqua, Dii duo dissidentes, sunt semina repugnantia omnium rerum, majores junxerunt elementa;*

polis.—775 Heins. vellet *prec. evenient: at nos fac.* Tum Thuan. *in ann.*—777 Jun. *tu generosus ad ort.* Ed. Neapol. *conversus ad ortum*; Thuan. et tres alii *ad Orcum.*—778 *Ter et in viv.* ex Læti Cod. et pr. A. et *prolue* ex Sa. vulg. *quater, et viv. perlue.* Heins. mallet *ter, et i viv.*—779 Nonnulli *Tunc* vel *Dum lic.* Et Fr. *lic. a posita*, a man. pr. Tum nonnulli *velut in.* Alii etiam *crat. camilla*, vel *canella.*—780 Zulich. *Lac mistum pot.* quod Heins. arridet. Mox Cant. *purpureamq. sapar*; et Jun. *sapum.*—781 In Ursin. *fac* pro *per.* Mox Mas. a pr. man. *stipula crepitante sacerdos.*—782 Unus Pat. et Gottorph. *Transilias cel.* et alter V. *turba* pro *membra.* Heins. totum distich. sic refingere volebat *Moxq. ter ard. s. c. a. Transilias*, [vel *Trajicias*] *cel. s. turba pede.*—785 *Métallis* ex melioribus recepit Heins. pro vulg. *metalli.*—788 Pro *discor-*

NOTÆ

779 *Camella*] Vas fuit quoddam ligneum.

780 *Sapam*] Mustum ad mediam partem decoctum.

782 *Trajicias*] Intelligis jam quid sibi voluerit Naso, cum se flammas dixit transiluisse.

Celeri] Tutum namque hic non foret lento pede ambulare.

784 *Turba*] Causarum multitudo.

Cœpta] Causam reddere moris.

785 *Omnia*] Ex Judaica quidem et Græcanica opinione, quæ et Christianos invaserat. Verum Dei gratia apud sanæ mentis viros nullæ jam sunt hujuscemodi ineptiæ.

786 *Idcirco*] Annon hæc præclara argumentatio?

Duce] Pastore, scilicet. Quasquam et dux gregis aries.

Junxerunt elementa patres: aptumque putarunt
  Ignibus et sparsa tangere corpus aqua?
An, quod in his vitæ causa est; hæc perdidit exul:
  His nova fit conjux: hæc duo magna putant?
Vix equidem credo: sunt qui Phaëthonta referri
  Credant, et nimias Deucalionis aquas.
Pars quoque, cum saxis pastores saxa terebant,
  Scintillam subito prosiluisse ferunt.
Prima quidem periit: stipulis excepta secunda est.
  Hoc argumenti flamma Palilis habet.
An magis hunc morem pietas Æneia fecit,
  Innocuum victo cui dedit ignis iter?
Num tamen est vero propius; cum condita Roma est,
  Transferri jussos in nova tecta Lares?

atque arbitrati sunt conveniens esse tangere corpus ignibus et aqua injecta? An, quia causa vitæ est in istis; exul excidit his; nova nupta fit his; credunt hæc duo magna? Ægre equidem fidem adhibeo; sunt qui arbitrentur Phaëthontem et nimias aquas Deucalionis memorari. Nonnulli etiam dicunt scintillam repente emicuisse, cum pastores concuterent silices silicibus. Prima quidem extincta est: secunda est excepta stipulis. Flamma Palilis habet hoc indicii. An potius pietas Æneæ, cui victo flamma fecit viam facilem, induxit hunc ritum? Num tamen est verisimilius, cum Roma est constructa, Lares jussos transportari in novas domos?

.....

des Heins. conj. *dissortes.*—789 In voc. *aptumq.* valde discrepant scripti: *sanctumque* P. *certumque* Pet. *astumque* Thuan. *sanumque* Pembr. a manu sec. quod non ineptum; nisi *faustumque* malis. *Burm.*—790 Meliores, teste Heins. *tangere;* alii cum vulg. *tingere.*—791 Heins. malebat *perdit et exul.*—794 Heins. pro *Credant* legit *Edant*, vel *Prodant*, vel *Tradant:* nam præcesserat *credo.* Dein pr. A. Læti, et quatuor alii *et vivas D.* unus *multas;* alius *veras:* Heins. conj. *veteres;* et Burm. *tumidas.*—795 Bonon. et septem alii *Pars quoq. pastorum cum saxis saxa feribant. Terebant* est ex Heins. emend. pro vulg. *feribant:* nam plerique scripti habent *ferebant.*—796 A. *Scint. tenuem pros.* et Jun. *saxo.*—797 Fr. *stip. accepta sec.*—798 *Argumenti* est ex Jun. alii *argumentum;* alter Pet. *argumentis.* Pet. etiam et Maz. *fl. Parilis hab.*—800 Pro *cui* Heins. malebat *cum.*—801 *Num* est ex uno Pat. vulg. *Hoc:* multi etiam ex melioribus *Nunc.* Fr. *Nunc t. e. verum.*—802 Pro *jussos* Be. *justum*

NOTÆ

787 *Semina*] Quia ex calore in aqua omnia generantur.

789 *Patres*] Majores.

791 *Hæc*] Aqua et igni interdicti quippe exules.

792 *Nova*] Veneris adeoque comites aqua et ignis, ut docet Varro, quibus adhibitis justos fieri viros IL. de Arte Noster scripsit.

793 *Phaëthonta*] Cujus filii Solis fabulam prolixe habes in Metam.

794 *Deucalionis*] Diluvium quoque, quod hujus tempore evenisse dicitur, non semel vidimus in superioribus.

796 *Palilis*] Quæ Palilibus excitatur.

800 *Dedit*] Hinc ipse Æneas apud

Mutantesque domum tectis agrestibus ignem,
  Et cessaturæ supposuisse casæ?
Per flammas saluisse pecus, saluisse colonos?
  Quod fit natali nunc quoque, Roma, tuo.
Ipse locus causas vati facit. Urbis origo
  Venit: ades festis, magne Quirine, tuis.
Jam lucrat pœnas frater Numitoris, et omne
  Pastorum gemino sub duce vulgus erat.
Contrahere agrestes, et mœnia ponere utrique
  Convenit. Ambigitur mœnia ponat uter.
Nil opus est, dixit, certamine, Romulus, ullo.
  Magna fides avium est: experiamur aves.
Res placet. Alter init nemorosi saxa Palati:
  Alter Aventinum mane cacumen adit.

Atque migrantes sedibus submisisse ignem domibus rusticis, et tugurüs inutilibus? Pecus saluisse per ignes, colonos saluisse? Quod fit nunc etiam tuo natali, Roma. Ipse locus præbet causas Poëtæ. Origo Urbis venit: magne Quirine, veni ad festa tua. Frater Numitoris jam penderat pœnas, et omne vulgus erat sub duce gemello. Uterque cœunt, ut in unum cogant rusticos, et statuant muros: in dubio est uter statuat muros. Nihil opus est ulla contentione, inquit Romulus. Magna est fides alitum: faciamus periculum alitum. Res probatur. Alte concedit in rupes Palatii nemorosi: alter contendit mane in verticem Aventini montis. Remus

---

est; septem *visum est*; tres *jussum est*.—805 *Saluisse* ex auctoritate Prisciani t. p. 906. et meliorum Codicum reponatur. *Heins.* Vulg. *saliisse*.—807 Sic Ursin. et unus V. et Pat. cum Nauger. Vulg. *Ipse locum vati casus fac.* Fr. *locum casus vati*; et sic plerique vett. Heins. scribit *Ipse locus casu vati fac.*—808 Pro vulg. *factis*, 'lege *fastis*, vel *festis*, vel *sacris*; quicquid obtinuntur libri veteres: qui error et alibi in hisce libris occurrit.' *Heins.*—810 Zulich. *Pastoris gem.* Heins. mallet *Pastores...erant*.—811 Quatuor scripti *poner. uterque*; V. *utrimque*.—812 Scriptura nostra *ambigitur*. Heins. Alii *ambiguum est*. Mox *mœnia* Heins. rescripsit pro vulg. *nomina* ex Ursin. Pet. et alia. Tum Fr. *ponet*; sed *ponat* pro var. lect.—813 Fr. *isto* pro *ullo*.—815 Voss. et sex alii *alt. adit nem.*—816

NOTÆ

Maronem: 'flammam inter et hostes Expedior; dant tela locum, flammæque recedunt.'

801 *Cum condita*] Atque adeo in Palilibus ignes transiliendi non fuit antiquius initium Urbis natali: quod et Tibullus et Plutarchus pariter tradiderunt.

802 *Nova*] Novæ Urbis, scilicet.

806 *Natali*] Qui in 11. Kalendas incidebat.

807 *Causas*] Ut multa narret.

809 *Frater Numitoris*] Amulius, scilicet, cujus supra vidimus feritatem, necem, &c.

810 *Gemino*] Romulo atque Remo, scilicet.

812 *Mœnia*] Alii legunt *nomina*; id est, uter Urbi nomen imponat, auspicetur, et regat.

814 *Magna*] Ad auspicia ergo uterque digressi sunt.

815 *Alter*] Romulus, scilicet.

Sex Remus, hic volucres bis sex vidit ordine: pacto
  Statur: et arbitrium Romulus urbis habet.
Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro.
  Sacra Palis suberant: inde movetur opus.
Fossa fit ad solidum: fruges jaciuntur in ima,
  Et de vicino terra petita solo.
Fossa repletur humo, plenæque imponitur ara;
  Et novus accenso fungitur igne focus.
Inde premens stivam designat mœnia sulco:
  Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.
Vox fuit hæc Regis: Condenti Jupiter urbem,
  Et genitor Mavors, Vestaque mater ades:

aspicit sex aves, hic duodecim ordine: statur pacto; et Romulus habet auspicium Urbis. Dies idonea legitur, qua perscribat mœnia aratro. Sacra Palis aderant: inde opus incipitur. Fit fossa de more: fruges mittuntur in fundum, itemque terra demuta ex proximo solo. Fossa cumulatur terra, atque altare imponitur plenæ: et locus novus dividitur igne incenso. Mox tenens burim describit mœnia sulco: Junix candida cum tauro albo tulit jugum. Hæc fuerunt dicta Regis: Jupiter, atque Mars pater, et Vesta mater, adjuva statuentem Urbem: vosque Dii omnes,

Omnes libri scripti, teste Ciofano, *cæcum. init.*—817 *Sex Remus hic volucres, bis sex videt ordine: pacto Statur.* Sic distingue ac lege; quamvis in quatuor Vatic. sit, *facto*, non *pacto:* in uno tantum Vatic. Fratris et in ora Stat. *pacto* reperi. *Ciofan.* Ab antiquis germana lectio eruitur, *bis sex videt ordine: pacto Statur.* Neap. Hæc vera lectio, quicquid turbant codicum nonnulli. *Heins.*—819 Jun. et sex alii *quæ* pro *qua:* et Fr. *sign. arator.*—820 In quibusdam *Pales.* Onufrius Panvinius legebat *Sacra Pales aderant.*—821 In plurimis vett. *ad solitum: frug.* Deinde Be. *in imo;* Maz. *imam;* P. *illa.*—822 Fr. *pet. loco est.*—823 Multi scripti et ed. Gryph. *hum. terræque imp.* V. prior *plenæ imponuntur arenæ*, vel *avenæ.*—824 *Fungitur* rectum est. *Heins.* In aliis *finditur*, vel *funditur*, vel *fingitur.* Duo V. *inde foc.*—825 Duo scripti *Unde* pro *Inde;* et Jun. *Igne.* Tum tres libri *stivâ design.* et P. *stipam.*—826 Jun. *vacc. trahit.*—827 *Condentis* scripti magno numero. *Heins.*—829 Be.

NOTÆ

817 *Sex Remus*] Prior quidem sex vultures Remus; Romulus postea, sed duodecim vidit.

Pacto] Ut per auspicia ils dirimeretur.

819 *Signet*] Ducat sulcum, qua, de more, atque ut ex ritualibus libris acceperat Romulus, jacturus sit fundamenta.

820 *Inde*] Eo die; hora post secundam, ante tertiam plenam, ut ex Tarrutio Mathematico insigni scripsit Julius Solinus; anno ante Christum natum 750. ut vulgo numerant, post Ilium captum 432.

821 *Ad solidum*] Usque ad duram et firmam terram, quæ pondere ne subsideret.

Jaciuntur] In omen fœcunditatis.

822 *De vicino*] Ut agri atque imperii propagandi quasi pignus esset.

824 *Fungitur*] Alii habent *finditur;* quia in medio foco positus ignis.

Quosque pium est adhibere Deos, advertite cuncti:
  Auspicibus vobis hoc mihi surgat opus.
Longa sit huic ætas, dominæque potentia terræ:
  Sitque sub hac oriens occiduusque dies.
Ille precabatur. Tonitru dedit omina lævo
  Jupiter: et lævo fulmina missa polo.
Augurio læti jaciunt fundamina cives;
  Et novus exiguo tempore murus erat.
Hoc Celer urget opus, quem Romulus ipse vocarat;
  Sintque, Celer, curæ, dixerat, ista tuæ.
Neve quis aut muros, aut factam vomere fossam
  Transeat, audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros
  Cœpit: et, His populus, dicere, tutus erit?
Nec mora, transiluit. Rutro Celer occupat ausum.
  Ille premit duram sanguinolentus humum.

quos sanctum est invocare, adeste, hoc opus mihi crescat vobis faventibus. Longum sit ævum atque robur huic terræ dominæ: et dies nascens atque occidens huic subjiciatur. Ille fundebat preces; Jupiter fecit omina tonitru sinistro; atque fulmina missa axe sinistro. Cives alacres omine ponunt fundamenta, atque nova mœnia surrexerunt parva mora. Celer procurat hoc opus, quem ipse Romulus arcessiverat, atque dixerat, Sint ista curæ tuæ. Neve quisquam transiliat aut muros aut terram inversam vomere: oppone morti conantem talia. Quod Remus nescius, cœpit spernere exiguos muros, atque dicere, Plebs erit secura istis? Atque continuo transiluit. Celer pone appetit ausum. Ille cruentatus urget rigidam terram.

---

adhib. Dei. Mox *cuncti* Neapolis profert ex vet. Cod. vulg. *vultus;* et sic nonnulli Codd. unus *cunctos;* alius *certi.*—830 Unus Heins. *Auspiciisq.* et Pet. cum aliis undecim *Auspicibusq. bonis.* Tum Med. *hoc bene surg.* alius *breve;* Sa. *modo.*—831 Læti et V. *domitæque.*—832 Quinque scripti *Ill. loquebatur: ton.* Deinde pro *lævo,* alius *læva;* Læti, Fr. et A. *læta;* Sa. *læto;* Voss. *dextro;* unus Heins. *plena.*—834 Be. *Tunc dedit et læv.* et A. *Jup. e læv.*—835 Unus Heins. *Aug. læto jac.* at Maz. Arund. et quatuor alii *faciunt fund.*—839 *Factos...sulcos* Gottorph. *tactam...fossam* Zulich. Maz. et duo alii: *versam...terram* Læti: *tactam...terram* unus Moreti: *factam...terram* prim. Med. *pressam...terram* prim. Ambros. *fractam...terram* unus Patavinus. Vulgatum non mutem temere: paulo ante habuimus, *Fossa fit ad solidum.* Heins. *Ne q. a. m. a. fossam v. factam* Be.—842 Med. unus *tut. eris.*—843 Vulg. legebatur *trans. retro C.* ' nonnulli *rustro;* sex *ultro;* unus *ristro:* in Maz. et Zulich. erasa est vetus lectio. Scribe *rutro.*' Heins.—844 Decem libri *diram*

NOTÆ

834 *Lævo*] Quod felix creditum, siquidem, ut docet Plinius, dextrum sit ejus qui postulata largitur.

842 *His*] Per contemtum locutus.

843 *Celer*] Alii a Fabio Romuli duce, rutro quidem pastorali, interfectum volunt Remum; alii ab ipso Romulo; alii aliter.

Hæc ubi Rex didicit, lacrymas introrsus obortas
Devorat, et clausum pectore vulnus habet.
Flere palam non vult, exemplaque fortia servat:
Sicque meos muros transeat hostis, ait.
Dat tamen exequias: nec jam suspendere fletum
Sustinet; et pietas dissimulata patet.
Osculaque applicuit posito suprema feretro:
Atque ait: Invito frater ademte, vale.
Arsurosque artus unxit: fecere, quod ille,
Faustulus, et mœstas Acca soluta comas.
Tum juvenem nondum facti flevere Quirites:
Ultima plorato subdita flamma rogo.
Urbs oritur (quis tunc hoc ulli credere posset?)
Victorem terris impositura pedem.

Postquam Rex ista cognovit, absorbet lacrymas introrsum motas, atque habet vulnus clausum pectore. Non vult lugere coram, atque servat exempla generosa: et dicit, Hostis ita transiliat mea mœnia. Procurat tamen funus, neque jam potest cohibere lacrymas; atque pietas tecta retegitur. Tum junxit ultima oscula, feretro admoto, atque inquit, Germane, rapte nolenti, ave. Atque unxit membra flagratura; Faustulus, et Acca habens capillos tristes passos, præstiterunt quod ille. Tum Quirites nondum creati fleverunt juvenem: novissimus ignis suppositus rogo plorato. Urbs surgit (quis tunc posset istud credere unquam?) impositura pedem victorem terris.

pro *duram;* quatuor *puram.* — 846 Unus V. *claus. pectora v. habet.* — 849 Heins. rectius scribi putat *D. tam. inferias: nec:* sed quia in Max. erasa erat vetus lectio, et restabat initio versus, loco *Dat,* litera unica *I* legendum censet *It tamen exequias.*—850 Duo scripti et Ed. Gryph. *piet. dissimulanda pat.*—851 Jun. et duo alii *Osculaq. apposuit pos.* et tres *implicuit.* Dein Max. Mor. et duo alii *postrema feretr.*—853 Be. et unus Heins. *quod illi.*—855 Fr. cum aliis *Tunc* pro *Tum.* Heins. præfert *juvenem* ex nonnullis scriptis vulg. *juvenes.*—856 Fr. cum aliis *rog. est:* Unus Heins. *foco.*—857 Quidam *nunc* pro *tunc. Ulli* ex antiquorum nonnullis Heins. legit pro

NOTÆ

848 *Sic*] Male adeoque pereat. Sunt quoque illa verba Livii; qui ab irato Romulo interfectum fratrem dicit.

851 *Feretro*] Quo mortui ad funus efferebantur.

852 *Invito*] Credas, invito! quem ipse mactavit.

854 *Faustulus*] Gemellorum nutritius; quem quidem alii per eam contentionem volunt cecidisse. Sed poëtis, modo ad rem nec imperite, quidvis fingendi datur licentia.

Acca] Faustuli conjux, nutrix geminorum.

855 *Nondum facti*] Romani quippe Quirites post factam cum Tatio pacem tantum appellati.

857 *Tunc*] Quia tam vilis, et ab ineptis pastoribus posita.

Cuncta regas: et sis magno sub Cæsare semper
  Sæpe etiam plures nominis hujus habe.
Et quoties steteris domito sublimis in orbe,
  Omnia sint humeris inferiora tuis.
Dicta Pales nobis: idem Vinalia dicam.
  Una tamen media est inter utramque dies.
Numina vulgares Veneris celebrate puellæ.
  Multa professarum quæstibus apta Venus.
Poscite thure dato formam, populique favorem:
  Poscite blanditias, dignaque verba joco.
Cumque sua domino date grata sisymbria myrto,
  Textaque composita juncea vincla rosa.
Templa frequentari Collinæ proxima portæ
  Nunc decet: a Siculo nomina colle tenent.

Imperes omnibus; atque sis semper sub ingenti Cæsare; habeas etiam multos hujus nominis. Et quoties steteris excelsus in orbe subacto, omnia sint minora tuis humeris.——Pales cantata a nobis: idem referam Vinalia. Una tamen dies est inter utramque. Puellæ prostitutæ adorate numina Veneris. Venus est multum idonea quæstibus professarum. Orate pulchritudinem atque favorem plebis thure exhibito: petite blanditias, atque dicta digna joco. Atque offerta sisymbria grata domino cum sua myrto, et vincula juncea inserta cum rosa. Nunc decet deinde juncta portæ Collinæ celebrari; habent nomina a monte Siculo. Utque Claudius

---

vulg. *illi*. Plurimi etiam scripti *cred. possit*.—859 Fr. *sis et*. Multi etiam *sub magno*: at Be. *cum magn*.—860 Pr. A. et Læti *Et semper plur*.—863 Editi quidam *nob. est, jam V*. Quidam etiam scribunt *Vivalia*.—865 Mor. *Munera vulg*. Voss. *Nomina*.—866 Heins. mallet *Culta prof*.—868 Ex scriptis potioribus Heins. rescripsit *joco* pro vulg. *loco*.—869 Max. *Cuncta sua*: et Heins. conj. *Juncta*.—870 Multi *Tectaque comp*. Dein Pet. *junc. serta ros*.—871 Be. et decem alii *Tecta freq*.—872 *Tenent* reposuit Heins. ex multis scriptis:

NOTÆ

863 *Vinalia*] Quæ 9. Kalendas Maias celebrabantur: alii Veneri, e cujus templo eo die multum vini effundebatur, alii Jovi sacra credidérunt. Volunt tamen viri docti hæc Veneris, alia vero quæ mense Sextili 14. Kalendas Septembres, Jovis esse. Nasonis insuper sententiam ipse videbis.

865 *Vulgares*] Hoc festo meretriculæ Veneris Erycinæ templa adibant; oblatisque floreis munusculis, cuncta expetebant quibus populo placerent.

866 *Multa*] Pro, multum. Venus est multum apta.

868 *Joco*] Venereo, scilicet, vel eo spectante.

869 *Sua*] Veneri quippe sacra myrtus.

Sisymbria] Nasturtio similem faciunt, ex cujus foliis coronæ etiam nectebantur.

870 *Texta*] Id est, coronas ex rosis, juncis intextas.

871 *Templa*] Veneri Erycinæ ad eam portam dicatum fuisse testis est Livius.

Utque Syracusas Arethusidas abstulit armis
Claudius, et bello te quoque cepit, Eryx;
Carmine vivacis Venus est translata Sibyllæ;
Inque suæ stirpis maluit urbe coli.
Cur igitur Veneris festum Vinalia dicant,
Quæritis; et quare sit Jovis ista dies?
Turnus an Æneas Latiæ gener esset Amatæ,
Bellum erat. Hetruscas Turnus adoptat opes.
Clarus erat, sumtisque ferox Mezentius armis:
Et vel equo magnus, vel pede major erat.
Quem Rutuli Turnusque suis asciscere tentant
Partibus. Hæc contra dux ita Tuscus ait:

armis superavit Syracusas Arethusidas, atque te etiam potitus est bello, Eryx; Venus est transportata carmine Sibyllæ longævæ, et maluit celebrari in urbe suæ prolis. Petitis quamobrem ergo vocent festa Veneris Vinalia, et quare ista dies sit Jovis? Lis erat, Turnusne an Æneas esset gener Amatæ Latinæ. Turnus suas facit copias Hetruscas. Mezentius erat illustris, et asper armis captis: atque vel clarus erat equo, vel clarior pede. Quem Rutuli atque Turnus nituntur adjungere suis partibus. Dux Tuscus sic contra fatur: Virtus mea non parva mihi stat:

vulg. *tenet.*—877 Fr. *fest. Ven.* inverso ordine; et mox *V. dicent*, at supr. script. *dicant:* P. et octo alii *dicam.*—878 A. et V. *J. iste di.*—880 In voc. *Hetruscas* Sa. *Et Thuscas* notat pro var. lect. Mox *adoptat* est ex Zulich. alii fere omnes *adorat.*—882 Jun. *dubium* pro *magnus;* Mor. et Pembroc. *nullus.*—883 Fr. *su. accissere tent.* at a man. sec. priore scriptura erasa, quæ videtur fuisse *accersere.*—884 Septem libri *e* pro *hæc;* duo *hos.* Alter Mor.

NOTÆ

872 *Siculo*] Eryce, scilicet, ubi prius Venus culta.

873 *Syracusas*] Quæ Urbs fuit Siciliæ ampliissima.

Arethusidas] Ab Arethusa illa Syracusii fontis nympha.

874 *Claudius*] Hic Claudius Marcellus vir fortissimus qui Syracusas scalis expugnavit, et bene adversus Hannibalem pugnavit, per hujus denique insidias cecidit.

875 *Carmine*] Pace tua dicam, mi Ovidi, hallucinaris: nam hæc Veneris ædes prope portam Collinam non dedicata monitu carminis Sibyllini, sed vovit sponte L. Porcius Ligustino bello, dedicavit Porcius L. F. Licinius, ut ex Livio vidimus, anno 572. Fateor aliam eidem Veneri vovisse Q. Fabium Maximum jussu libri fatalis, sed ante hanc positam annis 34. Verba hæc sunt illustriss. Neapolis.

876 *Suæ stirpis*] Quia Roma ab Æneæ pronepotibus condita, qui quidem Æneas Veneris filius.

879 *Turnus*] Rex Rutulorum.

Amatæ] Quæ Latini uxor Laviniam filiam Turno potius quam Æneæ collocare maluisset.

880 *Bellum*] Quod fuse describit Maro.

881 *Mezentius*] Qui crudelissimus et summe impius Rex Hetruscorum.

Stat mihi non parvo virtus mea: vulnera tantus,
  Armaque, quæ sparsi sanguine sæpe meo.
Qui petis auxilium, non grandia divide mecum
  Præmia, de lacubus proxima musta tuis.
Nulla mora est operæ. Vestrum dare; vincere nostrum est.
  Quam velit Æneas ista negata mihi!
Annuerant Rutuli. Mezentius induit arma:
  Induit Æneas; alloquiturque Jovem:
Hostica Tyrrheno vota est vindemia Regi;
  Jupiter, e Latio palmite musta feras.
Vota valent meliora: cadit Mezentius ingens,
  Atque indignanti pectore plangit humum.
Venerat Autumnus, calcatis sordidus uvis:
  Redduntur merito debita vina Jovi.
Dicta dies hinc est Vinalia. Jupiter illam
  Vindicat, et festis gaudet inesse suis.

plaga testes, atque arma, quæ sæpe infeci cruore meo. Tu qui poscis opem divide mecum mercedem non magnam, musta proxima de cupis tuis. Nulla est dilatio auxilii. Vestrum est præbere, nostrum vincere. Quam cupiat Æneas ista mihi non concessa! Rutuli approbaverant. Mezentius capit arma: Æneas capit; atque affatur Jovem: Jupiter, vindemia hostilis est promissa regi Tyrrheno; habeas musta e palmite Latino. Vota potiora præstant: vastus Mezentius procumbit, atque verberat terram pectore furenti. Autumnus squalidus racemis pressis aderat: vina debita exhibentur Jovi merito. Inde dies appellata est Vinalia. Jupiter illam asserit, atque lætatur adesse suis festis.——Cum Aprilis habebit sex dies qui

---

contr. rex ita.—885 *Testes* Heins. dedit ex vett. quibusdam pro vulg. *testor.*—886 In voc. *meo* Fr. habet *suo* pro var. lect.—888 Unus liber *lac. de mihi must.* Tum Thuan. *meis.*—889 Plurimi *est operi: vestrum est dar.* at meliores *operæ;* et hoc *est* deest optimis.—890 Fr. *ist. negunda mih.* at *negata* pro var. lect.—891 Scaliger *Annuerunt R.* quatuor libri *Advenium;* et Arund. *Annumerant.* Dein Max. *M. intulit arm.*—893 Arund. et septem alii *Hostia T.*—894 Jun. *vina* pro *musta;* et cum plurimis aliis *feres:* Pet. dedit *feras.*—896 Quatuor scripti *Atq. indignato pect.* Tum pr. V. et Ed. pr. *tangit hum.* Be. *pulsat.*—897 V. unus *A. calcandis sord.* sex libri *sordibus uv.* et Arund. Pet. et tres alii *horridus.*—898 A. Gottorph. et duo alii *deb. vota* J.—899 *Illam* reposuit Heins. ex Ursin. pr. A. Max. Zulich.

NOTÆ

888 *Lacubus*] Quæ majora sunt vasa mustis continendis.

Proxima] Quæ proximis vindemiis capientur.

890 *Negata*] Ne acceptis mustis a vestris stem partibus.

891 *Annuerant*] Musta præbere sunt polliciti.

893 *Hostica*] Hostium meorum Rutulorum.

Tyrrheno] Mezentio, scilicet, Tuscorum seu Tyrrhenorum Regi.

896 *Meliora*] Æneæ, scilicet, qui Jovi voverat.

Cadit] Ab ipso Æneæ peremtus.

Sex ubi, quæ restant, luces Aprilis habebit;
In medio cursu tempora veris erunt.
Et frustra pecudem quæres Athamantidos Helles:
Signaque dant imbres: exoriturque Canis.
Hac mihi Nomento Romam cum luce redirem,
Obstitit in media candida pompa via.
Flamen in antiquæ lucum Robiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ovis.
Protinus accessi, ritus ne nescius essem.
Edidit hæc Flamen verba, Quirine, tuus:
Aspera Robigo, parcas Cerealibus herbis:
Et tremat in summa leve cacumen humo.

superint, tempora veris erunt in medio cursu. Et nequicquam requires ovem Helles Athamantidos: atque pluviæ faciunt indicia: et Canis exoritur. Cum revertérer Romam Nomento eo die, pompa alba mihi obstitit in media via. Flamen contendebat in lucum veteris Robiginis, missurus in focos viscera Canis, atque viscera ovis. Continuo accessi, ne essem ignarus moris. Quirine, Flamen tuus protulit hæc dicta: Robigo scabra, parcas herbis Cerealibus; atque fastigium leve

et multis aliis pro vulg. *illa*.—901 Ex melioribus Heins. dedit *restant:* alii *restent*.—902 Pr. A. et quinque alii *Jam med*.—904 Fr. *imbr. exoriente Lyra: F. occidit atque Canis*.—905 Alii *Hæc m. Numento;* vel *Momento:* Mor. tert. *Hæc m. nam memini*. Deinde Jun. *cum rure red.* duo *forte*.—906 *Pompa* ex pr. A. Max. et aliis placet Heins. præ vulg. *turba*.—907 Jun. et alii *in antiquum luc.* Tum Fr. et alii *Rubiginis ib*.—908 Tres libri *Ext. canum fl*.—909 Fr. *ne rit.* inverso ordine.—912 *Et tremet* duo libri; *premat* P. Arund. et multi alii. '*Leve* omnino scribendum cum nonnullis membranis.' *Heins.*

NOTÆ

901 *Sex*] Septimo Kalendas, ut et ex aliis liquet: quanquam ad ipsum Palilium diem ver medium assignavit Columella.

903 *Pecudem*] Arietem qui acronyce occiderit.

Athamantidos] Athamantis filiæ, quæ in mare decidit, illo ariete vecta qui postea in cœlum translatus est.

904 *Exoritur*] Mira et nova fateor. Nunquam audivi a nata Astrologia post Arietis occasum, immo post Tauri ortum, Canem exoriri. Quidam mallet *exoriturque Capra*. Sed ad quid? sequuntur Robigalia, quæ ad occasum Canis instituta, et celebrata. Vide Plin. XVIII. 29. Suspicio hinc mihi de menda venit; et adlabet scribere: *Signa dabunt imbres, effugietque Canis*. Hic enim moto Tauro statim cedit navi Argoæ. Virgil. primo Georg. 'Taurus, et averso cedens Canis occidit astro.' Firmat etiam nostram emendationem, quod ille in occasu vehemens, gelidus, pluvius. Neapolis illustriss. sunt ista.

905 *Nomento*] Sabinorum oppido prope suburbano.

906 *Candida*] Flaminis aliorumque ad placandam Robiginem in albis vestibus, de more, properantium.

907 *Robiginis*] Robigum Deum fe-

Tu sata sideribus cœli nutrita secundi
  Crescere, dum fiant falcibus apta, sinas.
Vis tua non levis est. Quæ tu frumenta notasti,
  Mœstus in amissis illa colonus habet.
Nec venti tantum Cereri nocuere, nec imbres;
  Nec sic marmoreo pallet adusta gelu;
Quantum, si culmos Titan incalfacit udos:
  Tum locus est iræ, Diva timenda, tuæ.
Parce, precor, scabrasque manus a messibus aufer;
  Neve noce cultis: posse nocere sat est.
Nec teneras segetes, sed durum contere ferrum:
  Quodque potest alios perdere, perde prior.
Utilius gladios et tela nocentia carpes.
  Nil opus est illis: otia mundus agit.
Sarcula nunc, durusque bidens, et vomer aduncus,
  Ruris opes niteant: inquinet arma situs.

tremat in ultima terra. Tu patiaris segetes nutritas astris faventibus augeri, donec fiant idoneæ falcibus. Potentia tua non est parva: agricola tristis ducit in perditis illa tritica quæ tu tetigisti. Neque venti tantum obfuerunt Cereri, neque pluvia; neque adusta gelu rigido ita pallet, quantum si Titan urget radiis culmos humidos. Tum locus est iræ tuæ, Dea metuenda. Parce, oro, atque tolle manus asperas a segetibus; neve obsis cultis: satis est posse obesse. Neque corripias molliæ sata, sed ferrum rigidum; atque absume prior quod potest absumere alios. Corroden melius enses et tela lædentia. Nihil est opus illis: orbis agitat pacem. Nunc sarcula, et rigidus bidens, atque vomer curvus divitiæ ruris splendeant: situs maculet

---

Vulg. *lene.*—913 *Secundi* Burm. recepit ex Arund. Fr. et plerisque vett. pro vulg. *secundis.*—915 Ed. Dan. Heins. *qua* pro *quæ.*—918 Decem libri *Nec si marm.* Tum Voss. et tres alii *messis adust.*—919 Pro *udos* Fr. *udus* a pr. man.—920 Fr. *Tunc* pro *Tum.*—921 Pet. *e* pro *æ.*—923 Tres libri *tener. messes, sed*; unus *fruges.* Mox *contere* Heins. dedit ex pr. A. et Læti Cod. ceteri *amplectere.*—924 Pr. V. *aliud* pro *alios.* Mox *prior* est ex duobus V. Ursin. et Statii libro; vulg. *prius:* Be. et multi alii *precor.*—925 Pet. *Utilior glad.* et mox pr. A. et duo alii *nocent. perdas.*—926 Alii *mund. agat*; vel etiam *habet.*—927 Læti lib. *et vomis adunc.*—928 Quidam *Rur. opus nit.*—929 Plu-

NOTÆ

cerunt Varro atque Festus: sed enim pudet me in his quisquiliis immorari.

911 *Cerealibus*] Tritici, quod invenit Ceres.

912 *Leve*] Minus adeoque rubigine adustum, atque hinc asperum.

919 *Si culmos*] En vero tunc rubigo sævit maxime cum in madidos culmos Sol nimius radios suos jaculatur.

921 *Scabras*] Quia ex rubigine scabra messis.

928 *Inquinet*] Ferrugine arroditur ferrum ex situ.

Conatusque aliquis vagina ducere ferrum,
  Astrictum longa sentiat esse mora.
At tu ne viola Cererem: semperque colonus
  Absenti possit solvere vota tibi.
Dixerat. A dextra villis mantele solutis,
  Cumque meri patera thuris acerra fuit.
Thura focis vinumque dedit, fibrasque bidentis,
  Turpiaque obscœnæ (vidimus) exta canis.
Tum mihi, Cur detur sacris nova victima, quæris?
  (Quæsieram) causam percipe, Flamen ait:
Est Canis, (Icarium dicunt,) quo sidere moto
  Tosta sitit tellus, præcipiturque seges.
Pro cane sidereo canis hic imponitur aræ:
  Et, quare pereat, nil nisi nomen habet.
Cum Phrygis Assaraci Titania fratre relicto
  Sustulit immenso ter jubar orbe suum;

arma. Atque aliquis tentans stringere ensem, intelligat esse vinctum longo tempore. At tu ne lædas Cererem: et agricola possit semper tibi expendere vota. Absolverat. Mantele villis solutis, atque acerra thuris cum patera vini fuit a dextra. Imposuit aræ vinum, atque exta ovis, et turpia viscera impuræ canis: hoc *vidimus. Tum mihi* dixit, *petis quamobrem nova victima adhibeatur sacris? Petiveram: percipe rationem, inquit Flamen. Est Canis (vocant Icarium) quo sidere exorto, terra usta siti laborat, et seges præripitur. Hic canis admovetur altari pro cane sidereo: et nihil habet cur mactetur præter nomen.——Postquam Tithonia omisso fratre Phrygis Assaraci ter elevavit suum lumen super orbem immensum, Dea florum co-*

rimi scripti *vag. educere ferr.*—931 Duo libri *nec* pro *ne.*—932 Mor. A. et tres alii *poss. reddere vot.*—933 In uno libro *Duxerat ad dextram:* Priscianus etiam agnoscit *ad dextram* lib. VI. p. 681. Ursin. et duo alii *at dextra.* Quidam etiam mox *mantile* scribunt.—940 Alii *Tota sit.* Deinde pr. V. et Pat. *Præciditurq.* et alii *præripiturq.*—942 *Pereat* Heins. recepit ex Zulich. Man. Voss. Arund. et aliis: vulg. *fiat.*—943 Fr. et Thuan. *Ut* pro *Cum.* Quædam Edd. vett. *Cum Priami conjux.* Deinde *Titania* Heins. reponendum censet pro vulg. *Tithonia:* Fr. *Titonia.*—944 Quinque libri *Sust. immensum:* J.

NOTÆ

930 *Mora*] Ex qua ferrugo oritur.

933 *Mantele*] Linteum tegendæ mensæ, ad cujus extrema subtemen de industria relictum, ut censuit vir doctus; quanquam alii per omnia insurgentes villos malunt statuere.

939 *Canis*] Stella in cœlo, scil. *Icarium*] Ab Icaro patre Erigones, quæ hujus canis ductu interfecti patris cadaver invenit.

Moto] Exorto; si tamen Nasonem audis, aut receptam supra scripturam retines, et ad sensum ejus spectas. Nam moveri sidus proprie dicitur, quod ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸ φανερὸν procedit; et e contra quod ἀπὸ τοῦ φανεροῦ εἰς τὸ ἀφανές.

940 *Tosta*] Calore, qui a Cane intendi creditur.

942 *Nisi nomen*] Quia Canis appel-

Mille venit varlis florum Dea nexa coronis: 945
Scena joci morem liberioris habet.
Exit et in Maias sacrum Florale Kalendas.
Tunc repetam: nunc me grandius urget opus.
Aufert Vesta diem: cognato Vesta recepta est
Limine: sic jussi constituere patres. 950
Phœbus habet partem; Vestæ pars altera cessit:
Quod superest illis, tertius ipse tenet.
State, Palatinæ laurus, prætextaque quercu
Stet domus. Æternos tres habet una Deos.

renata mille variis sertis venit: scena habet morem joci liberioris. Sacrum Floræ porrigitur quoque in Kalendas Maias. Tunc repetam: nunc majus opus me premit. Vesta præripit diem: Vesta admissa est in domum cognatam: ita censuerunt justi Patres. Phœbus habet partem; pars altera data est Vestæ, ipse tertius tenet quod illis est superfluum. State, laurus Palatinæ; stetque domus coronata quercu: una domus habet tres Deos.

Vlitius legebat *emenso*. Sex libri *immenso t. j. ore:* P. cod. *emerso ... orbe:* Heins. suadet *emerso ... ore.*—945 Be. *D. mixta cor.*—947 Multi *festum* pro *sacrum.*—949 Ursin. pr. Pet. Mas. et decem alii *Aufer V.* alter Pet. *Aufers;* et tum Heins. censet *es* mox pro *est* legendum. Vulg. præterea *cognati:* at *cognato* Heins. recepit ex Arund. et quatuor aliis.—950 Be. *Limite: sic.* Tum plurimi *justi . . senes* pro *jussi patres:* alii etiam *senes.*—952 Fr. *ille* pro *ipse:* et Ed. Gryph. *ille tulit.*—953 Fr. *prætextaq. quercus.*—954 Duo libri *Sed dom.* unus *Sat;* duo *Stat.* Et duo *hab. ista;* unus *illa.* F. *habitura;* unde Heins. *Sta, domus, æternum tres habitura Deos.* 'Nihil muto; nam variatio illa modorum frequens poëtis.' *Burm.*

NOTÆ

latur Cani mactatur.

943 *Cum Phrygia*] 4. Kalendas Maias Floralia incipiebant.

Assaraci] Trois fuit filius, atque patruus Laomedontis, ex quo quidem Laomedonte Priamus et Tithonus.

Fratre] Tithono, scil. Auroræ marito. Verum Assaracum, qui in majoribus fuit Priami et Tithoni, pro Priamo ipso Poëtica licentia posuit.

946 *Scena*] Theatrum in quo Scena.

949 *Vesta*] Quia ne Augustus Pontifex Maximus designatus qui Palatium incolebat longe a Vesta contra morem habitaret, ejus Dea atque sacri ignis in domum Palatinam facta translatio. Atque ideo festum, scil.

Cognato] Augusti cognati, ut superiori libro ostendimus.

950 *Sic*] Senatus ergo auctoritate translata Vesta.

952 *Ipse*] Augustus, scil.

953 *Quercu*] Quam in Metam. videris, si tanti est.

P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBER V.

ARGUMENTUM.

Tres sententiæ de nomine Maii 1-110. Ortus Capellæ et origo 111-128. Præstites Lares, eorumque ara constituta 129-146. Bonæ Deæ templum 147-158. Argestes ventus et Hyadum tam ortus quam origo 159-182. Ludi Florales, fata, potentia, cultus Floræ apud Romanos, ratio Floralium; his inserta fabula de Martis ortu 183-378. Centauri sideris ortus et fabula de Chirone 379-414. Lyræ et Scorpii ortus 415-418. Lemuria nocturna et Remi sepultura 419-492. Orionis occasus, natales, relatio inter sidera 493-544. Templum Martis Ultoris, Crassi clades, signa a Parthis relata 545-598. Pliadum ortus et æstatis initium 599-602. Tauri sideris ortus et origo 603-620. Simulacra scirpea de ponte mittuntur; Hercules in Latio 621-662. Hymnus in Mercurium; ejus festum; preces mercatorum ad eum 663-692. Sol transit in Geminos; horum origo, Pollucis et Castoris pugna cum Lynceo 693-720. Agonalia iterum; Canis sideris ortus 721-724. Tubilustria 725. 6. Quatuor notæ in Kalendario 727. 8. Fortunæ Publicæ templum 729-732. Bootes occidit, Hyades oriuntur 743-fin.

Quæritis, unde putem Maio data nomina mensi?
Non satis est liquido cognita causa mihi.
Ut stat, et incertus qua sit sibi nescit eundum,
Cum videt ex omni parte viator iter:

Petitis unde credam nomina imposita mensi Maio? Ratio non est satis aperta mihi manifesta. Quemadmodum viator, quando cernit viam ex omni latere, resistit,

Sic, quia posse datur diversas reddere causas,
  Qua ferar ignoro: copiaque ipsa nocet.
Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes
  Grata Medusæi signa tenetis equi.
Dissensere Deæ. Quarum Polyhymnia cœpit.
  Prima. Silent aliæ, dictaque mente notant.
Post chaos, ut primum data sunt tria corpora mundo,
  Inque novas species omne recessit opus;
Pondere terra suo subsedit, et æquora traxit:
  At cœlum levitas in loca summa tulit.

et dubius nescit quæ sit sibi incedendum: sic, quia licet posse dare varias rationes, nescio quæ pergam, atque ipsa abundantia obest. Aperite, vos, quæ possidetis fontes Aganippides Hippocrenes jucunda vestigia equi Medusæi. Deæ in partes varias abierunt: quarum Polyhymnia cœpit prima: aliæ tacent, et observant verba animo. Post Chaos, ut primum tria corpora data sunt mundo, et omne opus abiit in novas species, tellus subsedit sua mole, atque rapuit maria: at levitas tulit cœlum in loca

---

2 Jnn. *Quæ sat.* et Be. *Dum.*—5 Pr. A. et Læti liber *div. nescere caus.*—6 Multi scripti et Edd. *Quo fer.*—8 Pro *Grata* Heins. scribit *Graia*; exemplisque monstrat has voces sæpe confundi. Burm. autem hic *Grata* retinendum censet; 'signa enim illa *grata* poëtis, quia aquam illam perennem ediderunt, unde irrigantur vatum ora.'—9 *Dissedere* primus Farnesianus, elegantor: sic Met. xv. 648. 'Dissidet et variat sententia.' Sed si silent, quod sequitur, cur dissentire dicuntur? rectius igitur forsan Junianus, *Assensere:* ut sub finem libri vi. 'Sic cecinit Clio: doctæ assensere sorores.' Sed puto *Desedere* reponendum esse pro *Consedere:* in Helmæst. *Discessere.* Heins. *Assensere* etiam Be. sed Musas hic quasi in consilium missas considerat, quæ, cum inter se consultarent, dissensere; sed tandem Polyhymnia, ut doctior et auctoritate alias vincens, sententiam dicit, cui assentiuntur deinde Clio et Thalia: sed Uranie alias, et deinde Calliopeia diversas causas produnt. Vel potest *dissensere* capi de eventu, ex quo patet, diversis datis causis, dissensisse. *Burm.*—12 Jun. Mor. et decem alii *onus* pro *opus.*—14 Pet. *summ.*

NOTÆ

7 *Quæ fontes*] Musas dicit.

Aganippides] Aganippe fons Bœotiæ Musis sacer, qui et Hippocrene dicitur; quanquam Pausanias diversos, in eodem tamen Helicone monte, scribit. Posterior *Aganippis* per Pleonasmi quandam speciem a Poëta appellatur.

8 *Medusæi*] Pegasi, scilicet, alati equi, ex Medusæ sanguine orti, ungula apertos illos fontes fabulati sunt Græci; ut sæpe dictum.

9 *Deæ*] Musæ, scil. ut hinc magis rei difficultas appareat.

Polyhymnia] Quæ Musa, ut nominis ratio indicat, laudibus et cantus copiæ præesse dicitur.

10 *Notant*] Namque reconditissima neque alibi reperienda prædicat. Arrige modo aures quisquis longe patentum altissuque cumulatarum nugarum es avidus.

11 *Tria*] Terram, scil. Aquam, et Aërem, quasi Ignis non sit corpus a ceteris distinctum, sed per omnia diffusum: quanquam aliter non semel Naso.

Sol quoque cum stellis nulla gravitate retentus,
Et vos Lunares exsiluistis equi.
Sed neque terra diu cœlo, nec cetera Phœbo
Sidera cedebant: par erat omnis honos.
Sæpe aliquis solio, quod tu, Saturne, tenebas,
Ausus de media plebe sedere Deus.
Et latus Oceano quisquam Deus advena junxit:
Tethys et extremo sæpe recepta loco est.
Donec Honos, placidoque decens Reverentia vultu
Corpora legitimis imposuere toris.
Hinc sata Majestas; hos est Dea censa parentes:
Quaque die partu est edita, magna fuit.

suprema. Sol etiam nullo pondere repressus, atque stella, et vos equi Lunares in altum sublati estis. Verum longo tempore neque tellus decedebat cœlo, neque reliqua astra Soli: omnis honos erat æqualis. Sæpe aliquis Deus de vulgari turba ausus sedere in solio quod tu obtinebas, Saturne. Atque aliquis Deus peregrinus commisit latus Oceano: Tethys etiam recepta est sæpe sede ultima. Donec Honor, atque Reverentia decens facie leni collocaverunt corpora in lectis legitimis. Hinc orta Majestas; Dea agnovit hos parentes; et quo die in lucem prodiit, fuit magna.

tenet.—15 Mor. unus *grav. retentis.*—16 Jun. *L. præsiluistis:* duo libri *præsiliistis.*—17 Fr. *neque cæter.*—18 Fr. *omn. honor.*—19 Unus Med. cum pr. Ed. *sol. quo t. S. solebas:* Max. Strozzæ, et tres alii *quo t. S. sedebas.*—21 Max. *Nam l. O. quis quando laxe tegebat;* et multi *Nec* pro *Nam:* unde Heins. *Nec l. Oceano, quamvis grandævo, tegebat T.* Burm. autem sic emend. *Et l. Oceano, quamvis D. a. j.*—22 Pro *Tethys* libri plerique vett. *Thetis,* vel *Themis.* Mox *F. sæp. reperta loc.* et Fr. pro var. lect. *relicta.*—23 Fr. *Honor* pro *Honos.* Dein Pat. *placidique recens R. cultus:* Voss. *placidoq. sedens R. s.*—24 Neapolis malebat *composuere tor.*—25 Sic Heins. ex uno F. at Med. et Max. vulgo legebatur *Hinc a. M. quæ mundum temperat omnem.*

NOTÆ

19 *Saturne*] Qui tamen Deorum primus imperium obtinuisti.

21 *Oceano*] Quem ex Orphei atque Homeri sententia Maro 'Rerum patrem' appellat. Audierant, scilic. Ex aquis omnia fuisse extracta.

Advena] Advenam istum Deum Oceano latus consorentem non rides? Mirer simul ego ingenium Poëtæ.

22 *Tethys*] Uxor tamen Oceani, omniumque Deorum etiam nutrix.

Extremo] Cum nullus illam reveretur, aut illi decederet.

23 *Placidoque*] Resarcit elegans ista Reverentiæ descriptio, quod in præcedentibus nugis contrivimus.

24 *Corpora*] Deorum ipsorum, scil.

Legitimis] Fundamentum adeoque honoris in ipsa est dignitate et meritis illius cui tribuitur. Ast enim placidam Reverentiam ut decet de suo largiri, aliosque innata gloria illustrare! Omnes o utinam de ejus in beneficiendo voluptate aliquid delibassent!

26 *Quaque*] Optime dixit; namque is vere magnus et Majestatem habet

Nec mora, consedit medio sublimis Olympo,
  Aurea, purpureo conspicienda sinu.
Consedere simul Pudor et Metus. Omne videres
  Numen ad hanc cultus composuisse suos.
Protinus intravit mentes suspectus honorum.
  Fit pretium dignis; nec sibi quisque placet.
Hic status in cœlo multos permansit in annos;
  Dum senior fatis excidit arce Deus.
Terra feros partus, immania monstra, Gigantas
  Edidit, ausuros in Jovis ire domum.
Mille manus illis dedit, et pro cruribus angues:
  Atque ait, In magnos arma movete Deos.
Exstruere hi montes ad sidera summa parabant,
  Et magnum bello solicitare Jovem.

Et statim magnifica, splendida veste purpurea sedit excelsa in medio cœlo. Verecundia et Metus una consederunt. Cerneres singulos Deos fixisse suos habitus ad hanc. Continuo cultus et admiratio honorum subiit animos. Digni habentur in pretio, neque quisque sibi plaudit. Hic status perstitit in cœlo per multos annos, donec Deus senior excussus est cœlo fatis. Tellus protulit crudelem sobolem Gigantes, monstra ingentia, qui non metuerent appetere sedes Jovis. Dedit illis mille manus, atque serpentes pro pedibus; atque inquit, Sumite arma adversus magnos Deos. Hi intenderant exstruere montes ad suprema astra, et inquietare magnum

---

Quidam etiam *His* pro *Hinc*: et Be. *M. qua m.*—26 Pat. *Quoque dic.*—27 Arund. Voss. et quatuor alii *mor. conscendit med.*—30 Ex Ursini Cod. Heins. recepit *cultus* pro vulg. *vultus.*—32 Duo V. *Fert pret.*—35 Pro *feros* quidam *ferox*; et alii *ferax.* Mox *Gigantas* est ex Ursin. et Læti Cod. alii *Gigantes.*—37 In Scholiaste Statii legitur *Ille man.* Deinde Jun. cum quinque aliis *pro crinibus ang.*—38 Heins. conj. *Ite, ait.* Mox Thuan. et Pet. *magn. bella*

NOTÆ

qui ex se est, semperque unus et idem.

27 *Medio*] Ut ceteris omnibus rebus emineret.

29 *Pudor et Metus*] Majestatis individui comites, qui omnis turpitudinis notam procul a Majestate avertunt.

31 *Suspectus*] Cultus et admiratio dignorum.

32 *Nec sibi*] Dignioribus quod eorum est tribuit.

34 *Senior*] Saturnus, scil. fatorum deinde necessitudine a Jove filio regno pulsus.

35 *Partus*] Gigantes ipsos, scil. qui montibus exstructis bellum ipsis quoque Diis inferre non sunt veriti.

37 *Mille manus*] Numeros Ovidianos non de nihilo desideravit hic clariss. Heins. Ceterum mille manus quod refertur, ad Briareum aliosque centimanos alluditur.

39 *Montes*] Pelion, Ossam, Olympum, quos jam toties vidimus.

Fulmina de cœli jaculatus Jupiter arce,
Vertit in auctores pondera vasta suos.
His bene Majestas armis defensa Deorum
Restat: et ex illo tempore firma manet.
Assidet illa Jovi: Jovis est fidissima custos:
Et præstat sine vi sceptra tremenda Jovi.
Venit et in terras: coluerunt Romulus illam,
Et Numa: mox alii, tempore quisque suo.
Illa patres in honore pio matresque tuetur:
Illa comes pueris virginibusque venit.
Illa datos fasces commendat, eburque curule:
Illa coronatis alta triumphat equis.
Finierat voces Polyhymnia. Dicta probarunt
Clioque, et curvæ scita Thalia lyræ.
Excipit Uranie: fecere silentia cunctæ;
Et vox audiri nulla, nisi illa, potest.

...vem bello. Jupiter jaculatus fulmina ex sublimi cœlo vertit ingentes moles in ...ctores suos. Majestas Deorum bene tecta his armis superest: atque stat incon...ssa ex illo tempore. Illa adhæret Jovi; est certissima custos Jovis; et servat ...ovi sine vi sceptra metuenda. Descendit quoque in terras: Romulus et Numa co...erunt illam; deinde alii, quisque suo tempore. Illa servat patres atque matres in ...nore pio: illa fit comes pueris atque virginibus. Illa commendat fasces concessos ...que ebur curule; illa sublimis triumphat equis coronatis. Polyhymnia absolverat ...cta. Atque Clio et Thalia perita curvæ lyræ laudaverunt ejus verba. Urania ...rosequitur: omnes conticuerunt; neque sonus ullus, præter illum potest audiri.

...ov.—40 Thuan. *cœlo* pro *bello*.—42 Fr. *in actores pond.* Et Be. *pond. justa* ...—44 *Firma* Heins. dedit ex multis melioribus pro vulg. *culta*; quatuor ...cripti *tuta*.—45 Meliores, teste Heins. *illa*: vulg. *inde*. Et nonnulli *conjux* ...ro *custos*; Heins. conj. *consors*.—46 *Tremenda* Heins. recepit ex A. et Læti ...od. vulg. *tenenda*; et multi meliores dant *timenda*.—48 A. et Læti Cod. *N.* ...*est illos, temp.*—49 *Pio* exhibent meliores; ceteri *suo*.—51 Mor. tert. *Illa* ...*ovos fasc.*—52 Pro *alta* unus Med. *alba*. Dein Maz. alter *tenetur eq.*—53 Fr. ...t Voss. *Polimnia*.—54 Plurimi ex scriptis *curv. docta T.*—55 Jun. *U. tenuere*

NOTÆ

42 *Pondera*] Montes, scil.

43 *His*] Fulminibus.

50 *Pueris*] Si qui sint indolis præstantioris.

51 *Fasces*] Dignitatem Consularem, Prætoriam, aliasque insuper.

Ebur] Pro sella curuli posuit metonymice.

52 *Coronatis*] Imperatorum, scil. qui triumphant.

54 *Clio*] Musarum una, a gloria Græce sic dicta.

Scita lyræ] Quia lyricos vates dicitur movere hæc Musa.

55 *Uranie*] Musa, quæ a cœlo, in quod etiam viros sapientes tollit, nomen accepit.

Magna fuit quondam capitis reverentia canī,
  Inque suo pretio rara senilis erat.
Martis opus juvenes animosaque bella gerebant:
  Et pro Dis aderant in statione suis.
Viribus illa minor, nec habendis utilis armis,
  Consilio patriæ sæpe ferebat opem.
Nec nisi post annos potuit tunc Curia seros:
  Nomen et ætatis mite Senatus erat.
Jura dabat populo senior: finitoque certis
  Legibus est ætas, unde petatur honos.
Et medius juvenum, non indignantibus ipsis,
  Ibat: et interior, si comes unus erat.

Magna fuit olim venerantis capilli albi, et rara senilis erat in suo pretio. Juvenes exercebant bella fortis Martis opus; atque manebant in statione pro Dis suis. Illa ætas impar viribus, atque inutilis armis tractandis, sæpe auxilium ferebat patriæ consilio. Neque tunc Senatus apertus est nisi post annos tardos: atque nomen Senatus erat lenis ætatis. Ætate provectior dicebat jus; atque ætas, unde honos petatur est definita certis legibus. Atque ille *ambulabat medius juvenum, ipsis non repugnantibus; et interior, si unus comes erat. Quis auderet proferre*

---

sil.—57 Alii *cap. quond.*—58 Quatuor libri *Inq. sui prat.*—59 Sa. et duo alii *bell. parabant.*—60 Gryph. Ed. *Ut* pro *Et.* Mox pr. V. et duo alii *stat. suis.*—61 *Ille minor* Max. a m. pr. sed *illa* rectum est; licet enim *juvenes* præcedat, hic subintelligitur *juventus*, vel *ætas:* sæpe enim ita solent variare genus et numerum: vid. ad Quinct. de Instit. Or. v. 10. p. 436. et ad Met. I. 168. *Burm.*—62 Ita veteres constanter. pro *sæpe* tamen *turba* reponendum videtur, vel quid simile, ut sit, ad quod referatur τὸ *illa* in superiori versu. *Heins.*—64 *Erat* longe venustius decem ex melioribus. *Heins.* Ceteri cum vulg. *habet.*—65 Max. *Jur. dabant;* et Pet. cum sex aliis *populis sen.*—66 Fr. ut alibi *honor* pro *honos.*—68 Pro *interior* multi *anterior;* Max. *inferior;* Turnebus lege-

NOTÆ

57 *Magna*] Atque adeo grande nefas seniori 'non assurgere credidérunt: neque temere. Is namque honorem et reverentiam qui majoribus debitam negligit, omnem boni sensum videtur exuisse. Verum passim oberrantibus nebulonibus qui hodie terram scalpunt quis aliquem reddiderit?

59 *Martis opus*] Bellum, quod ipse subjicit Naso.

61 *Illa*] Senilis. Statum describit Reipublicæ prout a Romulo fuit constituta.

63 *Nec nisi*] 'Hunc rex sapientissimus,' inquit Florus de Romulo, 'statum Reipublicæ imposuit; juventus, divisa per tribus, in equis et in armis ad subita belli excubaret: consilium Reipublicæ penes senes esset, qui ex auctoritate *Patres*, ob ætatem *Senatus*, vocabantur.' Parata lex Julia deinde aliæque Annales, quibus juvenum in petendis Magistratibus impetus coërceretur.

65 *Certis*] Bene dixit, certis; namque longum fuisset atque ineptum singula ad hanc rem referre. Quæsturam ante 25. annum non licebat appetere. Prætura ad trigesimum ex-

Verba quis auderet coram sene digna rubore
  Dicere? censuram longa senecta dabat.
Romulus hoc vidit: selectaque pectora, Patres
  Dixit. Ad hos Urbis summa relata novæ.
Hinc sua majores posuisse vocabula Maio
  Tangor, et ætati consuluisse suæ.
Et Numitor dixisse potest, Da, Romule, mensem
  Hunc senibus; nec avum sustinuisse nepos.
Nec leve præpositi pignus successor honoris
  Junius, a juvenum nomine dictus, habet.
Tum sic, neglectos hedera redimita capillos,
  Prima sui cœpit Calliopea chori:

voces erubescendas coram sene? longa senecta dabat censuram. Romulus hoc vidit; atque appellavit Patres corpora selecta: summa Urbis novæ ad hos relata. Hinc suadam Majores dedisse nomina Maio, et prospexisse suæ ætati. Numitor potest etiam dixisse, Romule, Concede hunc mensem senibus; nec nepos restitisse avo. Neque Junius successor, appellatus a nomine juvenum, habet parvum pignus honoris præmissi. Tum Calliope, prima suæ turbæ, habens comam neglectam vinctam hedera,

---

bat *exterior*.—69 Max. *quis audiret cor*.—71 Plurimi cum vulg. *delectaque*. Tum Heins. ex melioribus *pectora* rescripsit pro vulg. *corpora*.—72 Max. et quatuor alii *summ. relicta nov*.—73 Meliores, teste Heins. *posuisse*; ceteri cum vulg. *tribuisse*.—76 Pr. A. Læti Cod. Max. Zulich. pr. F. et quatuor alii *nec avo mutia*.—77. 78 Sic Heins. ex Codd. emend. Olim scribebatur *Nec l. prœsitii p. successit honoris: J. a j. n. d. adest*. Fr. Læti Cod. et pr. A. cum sex aliis *proposito...honori*: quinque *præpositi...honoris*, quod Heins. sequitur; cui neque displicet *præposito honori*: quidam *propositum*. Deinde in Zulich. et Max. *successor* a man. pr. et *habet* pro *adest*: *successor* etiam est in uno F. et Med. et *habet* in Ursin. opt. et pr. F. et uno Pat.—79 Fr. *Tunc* pro *Tum*.—80 Jun. *Primaque succepit*.—81 Unus lib. *quond*. Ci-

NOTÆ

tandebatur. Consulatus per leges ante 42. non obtinebatur, &c.

67 *Medius*] Loco apud Romanos digniori: neque imperite, modo ne aliqua ratio eum ordinem mutet.

68 *Interior*] Ita ut senioris latus junior tegeret, si quæ pondera aut obstacula per vicos invenirentur.

70 *Censuram*] Ætate sua, quasi jure quodam naturali, senes morum censores erant.

74 *Tangor*] Moveor ut credam.

Consuluisse] Ut sibi honos ex mensis appellatione servaretur.

75 *Numitor*] Maternus avus Romuli.

76 *Nec avum*] Immo quod postulabat avo concessisse, atque adeo a Senibus seu Majoribus Malum appellasse.

77 *Nec leve*] Additum istud ad superioris etymologiæ confirmationem; ut sicut a junioribus *Junius*, a Majoribus *Maius*, appelletur.

79 *Neglectos*] Ut Musarum reginam, cuique majora curæ, decet.

Hedera] Quæ semper virens Baccho Nympharum doctori sacra.

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn,
  Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.
Hinc sata Pleione cum cœlifero Atlante
  Jungitur, ut fama est; Pleiadasque parit.
Quarum Maia suas forma superasse sorores
  Traditur, et summo concubuisse Jovi.
Hæc enixa jugo cupressiferæ Cyllenes
  Ætherium volucri qui pede carpit iter.
Arcades hunc, Ladonque rapax, et Mænalos ingens
  Rite colunt, Luna credita terra prior.
Exul ab Arcadiis Latios Evander in agros
  Venerat: impositos attuleratque Deos.
Hic, ubi nunc Roma est orbis caput, arbor et herbæ,
  Et paucæ pecudes, et casa rara fuit.
Quo postquam ventum; Consistite, præscia mater,
  Nam locus imperii rus erit istud, ait.

sic orsa est: Oceanus, qui cingit aquis fluidis terram qua porrigitur, duxerat olim Tethyn Titanida. Hinc orta Pleione copulatur cum Atlante cœlifero, ut aiunt; atque in lucem edit Pleiadas. Quarum Maia dicitur vicisse sorores suas pulchritudine, atque concubuisse supremo Jovi. Hæc peperit in cacumine Cyllenes cupressiferæ illum, *qui calcat viam cœlestem pede alato. Arcades, et Ladon rapax, et Mænalus ingens, tellus credita antiquior Luna, colunt hunc rite. Evander profugus venerat in campos Latinos ex Arcadicis; atque apportaverat Deos impositos. Sylva, et gramina, et raræ pecudes, et aliquot tuguria hic erant, ubi nunc Roma est caput orbis. Quo postquam ventum, Mater vates inquit, Subsistite, nam iste*

---

donida T. V. et tres *Tythonida.* Tum Fr. *Tethim.*—82 Heins. malit *Quæ terr.*—83 Nonnulli *cum stellifero A.*—86 In voc. *concubuisse* Fr. exhibet pro var. lect. *succubuisse.*—89 Multi ex scriptis *Ladoq. rap.* P. alter *Ladonq. ferox.* Alii etiam *Mænalus*, vel *Mænalon.*—90 Tres libri *L. condita terr.*—91 *Arcadiis* Heins. reponit ex pr. A. opt. Pat. Maz. Zulich. pro vulg. *Arcadia.*—92 Pr. A. et Læti Cod. *apposites intuleratque.*—94 Jun. *cas. parva fu.* et Voss. *pauca.*—95 Fr. *vent. est; Cons.*—96 Be. *rus nil istud erit:* tres alii *rus ait illud erit.*

NOTÆ

81 *Titanida*] Titanis filiam.

83 *Hinc*] Ex Oceano, scilicet, atque Tethy.

84 *Jungitur*] Matrimonio, scil.

Pleiadas] Quæ Atlantis filiæ, cœlo denique receptæ.

87 *Cyllenes*] Montis Arcadici, ex quo etiam Mercurius *Cyllenius.*

88 *Ætherium*] Mercurium, scil. cui talaria seu alati calcei a poëtis affixi.

89 *Ladon*] Arcadiæ fluvius, qui pro ipsis accolis positus, metonymice.

Mænalos] Hæc urbs est ejusdem regionis.

90 *Prior*] Hanc et sequentem fabulam supra licet repetas ex Poëta ipso.

95 *Mater*] Carmentis fatidica.

Et matri et vati paret Nonacrius heros;
  Inque peregrina constitit hospes humo.
Sacraque multa quidem, sed Fauni prima bicornis
  Has docuit gentes, alipedisque Dei.
Semicaper, coleris cinctutis, Faune, Lupercis;
  Cum lustrant celebres vellera secta vias.
At tu materno donasti nomine mensem,
  Inventor curvæ, furibus apte, fidis.
Nec pietas hæc prima tua est; septena putaris,
  Pleiadum numerum, fila dedisse lyræ.
Hæc quoque desierat; laudataque voce sororum est.
  Quid faciam? turbæ pars habet omnis idem.

ager erit locus imperii. Heros Nonacrius obtemperat matri atque vati, et advena mansit in terra peregrina. Atque docuit quidem multa sacra has nationes, verum præsertim Fauni bicornis, et Dei alipedis. Faune semicaper celebraris a Lupercis cinctutis, cum pelles dissectæ purgant vias celebres. At tu repertor curvæ lyræ, et favens furibus, imposuisti mensi nomen matris. Neque hæc est prima tua pietas: diceris attribuisse lyræ septem chordas numerum Pleiadum. Hæc etiam absolverat, et laudata est voce sororum. Quid agam? omnis pars chori habet idem. Gratia

—98 Voss. et Jun. et sex alii *const. exul hum.*—101 Pro *cinctutis* quidam editi et scripti habent *succinctis.*—102 Vett. nonnulli *lustr. celeres verbera sect.* et pro *verbera* quidam *tergora.* Tum Læti Cod. pr. A. et multi alii *sect. manus.*—103 Fr. *Et* pro *At.* Mox Voss. et Sa. *don. munere mens.*—104 Sex libri *Inv. citharæ fur.* Plurimi etiam *apta fides.* R. et Thuan. *Inventorque lyræ f. apta fides.*—105 Be. *Hæc pietas hæc pr.* et in voc. *prima* R. dedit *plena* pro var. lect.—106 *Numerum* Heins. protulit ex Ursin. et aliis; 'qui loquendi modus Ovidio familiaris.' P. et Voss. *in numerum;* Pet. alter *ad numerum.*—107 Olim scribebatur *laudata est voc. sororum:* quatuor scripti *laudatque;* unde Heins. emend. *laudataq. v. s. est.*—108 Quædam Edd. cum vet. scripto

NOTÆ

97 *Matri et vati*] Duplici adeoque ratione.

Nonacrius] Evander, ab Arcadiæ monte Nonacri sic dictus.

99 *Prima*] Utpote magis horrenda.

100 *Alipedis*] Mercurii, scil.

101 *Semicaper*] Cui cornua et pedes capri.

Cinctutis] Qui nudi, subligaculis tamen circa pudenda alligatis, per omnia discurrebant, ut dictum in superioribus.

102 *Vellera secta*] Pellea sectas quibus obvias fœminas verberarent Luperci vidimus etiam supra.

103 *Materno*] Ut a Maia Maius mensis diceretur.

104 *Apte*] Namque idem Mercurius et lyræ et furibus favet.

105 *Hæc*] Cum mensem a matre denominasti.

106 *Pleiadum*] Quæ septem fuisse memorantur. Quanquam illum, qui chordas lyræ aptaverit, potius est ex vocum numero aptasse ut credas.

Gratia Pieridum nobis æqualiter adsit;
  Nullaque laudetur plusve minusve mihi.
Ab Jove surgat opus. Prima mihi nocte videnda
  Stella est in cunas officiosa Jovis.
Nascitur Oleniæ signum pluviale Capellæ:
  Illa dati cœlum præmia lactis habet.
Nais Amalthea, Cretæa nobilis Ida,
  Dicitur in sylvis occuluisse Jovem.
Huic fuit hædorum mater formosa duorum,
  Inter Dictæos conspicienda greges;
Cornibus aëriis, atque in sua terga recurvis:
  Ubere, quod nutrix posset habere Jovis.
Lac dabat illa Deo: sed fregit in arbore cornu;
  Truncaque dimidia parte decoris erat.

Pieridum nobis faveat æqualiter; nullaque plus aut minus probetur a me.——Opus initium sumat a Jove. Prima nocte stella officiosa in cunabula Jovis est mihi aspicienda. Sidus imbriferum Capellæ Oleniæ oritur: illa habet cœlum meritedem lactis oblati. Nais Amalthæa, celebris in Ida Cretensi, dicitur abdidisse Jovem sylvis. Illa habuit pulchram matrem duorum hædorum insignem inter greges Dictæos, cornibus elatis, atque reflexis in sua terga, mamma quam nutrix Jovis posset habere. Illa præbebat lac Deo: verum rupit cornu in arbore; atque erat spoliata

---

faciant pro *faciam*.—109 Be. *Grat. Pierides nob.*—111 Fr. *A Jov.*—112 Alii *in cunis*: et mox Sa. cum quinque aliis *offic. Jovi*.—113 In nonnullis scriptis *sidus* pro *signum*.—115 *Cretæa et nob.* Ursin. et opt. Pat. *Cretæaque* Mor. Heins. conj. *Creteide*, vel *Curetide*. Tum Jun. *nob. ora*.—117 Duo F. *mat. famosa duor*.—119 Jun. *terg. reversis*.—120 In voc. *posset*, Fr. dat pro var. lect. *debet*; tres libri *possit*.—121 V. *L. dedit ill. Jovi: sed*; et quatuor *debet ipsa Deo*.—122 Unus Mor. *Fractaque*. Tum alter Mor. *de media part*.—123 *Cinctumque* ex uno V. placet Heins. præ vulg. *cinxitque*. *Recentibus* est ex

NOTÆ

107 *Hæc*] Calliope Musa, scil.

108 *Idem*] Omnes quippe Musæ, Deæ, &c.

111 *Jove*] Cujus causa capellæ meminit Amaltheæ, Jovis nutricis.

Prima] Kalendis etiam Maiis Columellæ oritur Capella heliace: post hasce Ptolemæo.

113 *Oleniæ*] Oleni quæ ad filias spectabat, Ægan et Ælicen, quæ Jovis fuerunt nutrices: ut docet Hyginus. Quanquam alii ab Oleno Bœotiæ oppido istud illi capræ nomen affinxerunt.

114 *Dati*] Jovi exhibiti.

115 *Cretæa*] Nam alius mons fuit Ida in Phrygia.

116 *Occuluisse*] Ne a Saturno patre devoraretur.

118 *Dictæos*] Dictæi montis in Creta.

119 *Aëriis*] In altum primo porrectis.

120 *Quod nutrix*] Amplo adeoque atque formoso.

Sustulit hoc Nymphe; cinctumque recentibus herbis
Et plenum pomis ad Jovis ora tulit.
Ille, ubi res cœli tenuit, solioque paterno
Sedit, et invicto nil Jove majus erat,
Sidera nutricem, nutricis fertile cornu,
Fecit; quod dominæ nunc quoque nomen habet.
Præstitibus Maiæ Laribus videre Kalendæ
Aram constitui, signaque parva Deum.
Voverat illa quidem Curius: sed multa vetustas
Destruit, et saxo longa senecta nocet.
Causa tamen positi fuerat cognominis illis,
Quod præstant oculis omnia tuta suis.
Stant quoque pro nobis, et præsunt mœnibus Urbis,
Et sunt præsentes, auxiliumque ferunt.
At canis ante pedes, saxo fabricatus eodem,
Stabat. Quæ standi cum Lare causa fuit?

altera parte decoris. Nymphe illud sustulit, atque portavit vinctum novis herbis et plenum pomis ad ora Jovis. Postquam ille obtinuit res cœli, et sedit in solio paterno, nihilque erat majus Jove invicto, mutavit nutricem in sidus, jussit cornu nutricis fœcundum esse, quod nunc etiam obtinet nomen dominæ. Kalendæ Maiæ viderunt altare et parva simulacra Deorum poni Laribus Præstitibus. Curius voverat quidem illa: sed tempus multa evertit; atque producta vetustas rodit rupem. Ratio tamen cognominis illis impositi fuerat, quod præstant omnia secura suis oculis. Stant etiam pro nobis, atque præsunt muris Urbis, suntque præsentes, et ferunt opem. At canis sculptus in eodem saxo erat ad pedes. Quæ fuit ratio

opt. Pat. Max. Zulich. pr. A. Læti, et aliis; vulg. *decentibus:* in nonnullis *decoribus;* in aliis *virentibus.*—125 Pro *res cœli* Arund. *rex cœlum:* Heins. inde faciebat *rex rerum;* Voss. et sex alii *rex cœli.* Mox V. *solioq. paterni.* —127 In uno Neapol. *nutr. et nutr.*—128 *Quod* meliores plerique, teste Heins. ceteri *quæ.*—129 Sa. *Præst. festum L.*—130 Fr. *parvaque signa D.* —131 *Voverat* est ex lib. Ursin. aliisque libris vett. Vulg. *Ara erat*...*Curibus:* in una vet. membrana *Struxerat.* Mox *multa* Heins. reposuit ex Max. Zulich. Voss. pr. A. Læti, et quatuor aliis pro vulg. *longa.* Fr. ita vs. exhibet: *Ara erat illa q. populis sed longa vetustas;* et in voc. *populis,* dat *Laribus* pro var. lect.—133 Statii lib. *Causa quidem fuerat positi cogn. &c.* et Ursin. *illa* pro *illis.*—135 Unus lib. *et prosunt mœn.*—137 Alii *Et can.* et quatuor *ant.*

NOTÆ

128 *Nymphe*] Amalthea, scil.

125 *Tenuit*] Atque adeo Olympi moderator factus est.

127 *Sidera nutricem*] Capram in sidus mutavit.

Fertile] Dicitur namque Amalthea cornu Cornu copiæ, ex quo quicquid optari posset continuo prodiret.

129 *Præstitibus*] Qui domestici Dii nostra omnia præstant tuta, et pro mœnibus stant.

130 *Signa*] Larium simulacra.

131 *Curius*] Vir fuit strenuus exactissimæ frugalitatis, qui 'pauper re-

Servat uterque domum, domino quoque fidus uterque.
Compita grata Deo: compita grata cani.
Exagitant et Lar, et turba Diania, fures:
Pervigilantque Lares, pervigilantque canes.
Bina gemellorum quærebam signa Deorum,
Viribus annosæ facta caduca moræ:
Mille Lares, Geniumque ducis, qui tradidit illos,
Urbs habet; et vici numina trina colunt.
Quo feror? Augustus mensis mihi carminis hujus
Jus dabit. Interea Diva canenda Bona est.

quamobrem esset cum Lare? Uterque tuetur domum, uterque etiam fidelis domino. Trivia placent Deo, trivia placent cani. Et Lar, et agmen Dianium fugant fures: et Lares pervigilant, et canes pervigilant. Quærebam duo simulacra Deorum gemellorum, sublata viribus longi temporis: Urbs habet mille Lares, et Genium Imperatoris qui illos tradidit; atque vici colunt trina numina. Quo abeo? Mensis Augustus dabit mihi jus hujus carminis. Interea Bona Diva est celebranda. Est molas re-

---

pedem, sax.—138 Hamburg. *stanti* pro *standi.*—139 P. *dom. fidelis uterq.* Thuan. *quoq. gratus*; et Jun. *factus.*—140 Sa. *Joci* pro *Deo.*—141 *Exag. furs et Lar. et t. Dianæ* Jun. et A. nisi quod ille *Exag. et Lar. fures.*—144 In nonnullis *Usibus ann.* Mox Be. *cod. Deæ.*—145 Pro *Geniumq. ducis* est in scriptis *gemitumq. geminumq. geminiq. gremiumq. ducis*; *geminumq. decus*; vel *geminumq. ducem.*—146 Pro *trina* A. et quinque alii *terna*; duo *bina.*—147 F. *sibi* pro *mihi.* Tum Læti Cod. A. et duo alii *nominis huj.* Burm. conj. *sibi numinis.*—148 Cant. et Arund. *Urbs* pro *Jus.* Tum *dabit* ex Læti Cod. A. Arund. Maz.

NOTÆ

ges cum vinceret armis.'

137 *Pedes*] In Larium simulacris.

140 *Grata*] Illa namque servabant, atque in iisdem ipsis sacra peragebantur: quare et Compitales dicti.

141 *Turba Dianiæ*] Canes Dianæ venatrici addicti.

143 *Gemellorum*] Geminos namque peperisse Laram supra docuit Naso.

145 *Mille*] Ut pro veteribus duobus tempore detritis, quæ Naso quærebat, mille in Urbe inveniantur. Atque hæc in Augusti laudem.

Ducis] Commentatorem miror, quem nihil puduit hoc in loco, ut neque alibi, inter se pugnantia sine omni judicio congerere. Cavesis illum in Mercurii gratiam nunc audias, Dux intelligendus Augustus, cujus Genium in quovis larario domestico, in quovis compito, cum geminis Laribus colucrunt.

Tradidit] Quia de illorum cultu fuit solicitus, quos ornare bis anno instituit vernis floribus et æstivis; ut habet Tranquillus.

146 *Trina*] Geminorum Larium, scil. atque Augusti.

147 *Quo feror*] Dicit istud, quia ad mensem Augustum referenda Larium Compitalia.

Hujus] Quo de Laribus agetur.

148 *Bona*] Quæ Ops, Fauna, Fatua, multis præterea aliis nominibus appellata, Kalendis Maiis colebatur.

Est moles nativa: loco res nomina fecit.
Appellant saxum: pars bona montis ea est.
Huic Remus institerat frustra, quo tempore fratri
Prima Palatinæ signa dedistis aves.
Templa Patres illic, oculos exosa viriles,
Leniter acclivi constituere jugo.
Dedicat hæc veteris Clausorum nominis hæres,
Virgineo nullum corpore passa virum.
Livia restituit; ne non imitata maritum
Esset, et ex omni parte secuta virum.
Postera cum roseam pulsis Hyperionis astris
In matutinis lampada tollit equis;
Frigidus Argestes summas mulcebit aristas,
Candidaque a Calabris vela dabuntur aquis.

tion: res dedit nomen loco. Vocant saxum: ea est pars multa montis. Remus nequicquam hæserat in eo, quo tempore, volucres Palatinæ, fecistis potiora omina fratri. Patres posuerunt ibi in colle leniter acclivi delubra aversantia oculos viriles. Hæres antiqui nominis Clausorum, nullum passa virum, corpore virgineo dedicat hæc. Livia refecit, ne non esset imitata virum, et secuta maritum ex omni parte. ——Cum proles Hyperionis tollit facem roseam in equis matutinis, stellis fugatis, frigidus Argestes mulcebit supremas aristas; et vela candida tradentur ab aquis

et sex aliis; vulg. *habet*.—151 Zulich. a man. pr. *Hunc R.* decem libri *Hic;* novem *Huc*.—152 *Signa* ex Ursin. nno Pat. et Nauger. rescripsit Heins. pro vulg. *regna*.—154 P. et sex alii *Len. acclivo const.*, novem *acclini*.—155 Neapol. ex priscis libris dedit *Clausorum* pro vulg. *Crassorum*.—156 *Nefas* [pro *virum*] primus Farnesianus pro diversa lectione; forte rectius; quia *secuta virum* mox sequitur; nisi illic *suum* malis; ut ad τὸ *maritum* referatur. Præterea, *est omni*, Sarravianus, Mazar. et infiniti alii: forte, *Ut est omni parte secuta suum*. Heins.—160 *Tollit* Heins. dedit ex melioribus pro vulg. *tollet*.—161 Alii *Frig. Agrestis summ.* 'Elegantior mihi lectio Sarraviani et quatuor aliorum Codicum *miscebit* [pro *mulcebit*,] videtur: concutiendo enim miscet aristas. Eadem varietas I. 155.' *Burm.*—162 *Calabris* Neapolis pro-

NOTÆ

149 *Est moles*] Rupes. Locum describit in Aventino ubi templum bonæ Deæ.

151 *Frustra*] Quia augurio victus a Romulo, qui duodecim vultures ex Palatino observavit, cum Remus ex Aventino sex tantum vidisset.

152 *Prima*] Potiora, ex majori avium numero.

153 *Exosa*] Quia bonæ Deæ templa viris non licebat ingredi.

155 *Hæres*] Hæc Appia illa Claudia probatæ pudicitiæ fœmina, de qua supra.

157 *Maritum*] Augustum, scil. templorum restitutorem.

159 *Postera Hyperionis*] Aurora est ex sententia Hesiodi.

Pulsis] Quia majore Auroræ luce exorta, minor stellarum evanescit.

Hyperionis] Qui Hygino Ætheris filius.

At simul inducunt obscura crepuscula noctem,
  Pars Hyadum toto de grege nulla latet.
Ora micant Tauri septem radiantia flammis,
  Navita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.
Pars Bacchum nutrisse putant: pars credidit esse
  Tethyos has neptes, Oceanique suis.
Nondum stabat Atlas, humeros oneratus Olympo;
  Cum satus est forma conspiciendus Hyas.
Hunc stirps Oceani maturis nisibus Æthra
  Edidit, et Nymphas: sed prior ortus Hyas.
Dum nova lanugo; pavidos formidine cervos
  Terret; et est illi præda benigna lepus.

Calabris. At cum primum subnigra crepuscula adducunt noctem, nulla pars de toto agmine Hyadum occultatur. Frons Tauri fulget, splendens septem ignibus, quos nauta Graecus appellat Hyades a pluvia. Nonnulli arbitrantur educasse Bacchum: illi existimant has esse neptes Tethyos et senis Oceani. Atlas nondum vigebat habens humeros pressos caelo, cum Hyas natus est spectabilis suo decore. Æthra filia Oceani peperit tempestivo partu hunc atque puellas; verum Hyas natus est prior. Dum prima lanugo, concitat timidos cervos formidine, atque lepus est illi ampla

---

tulit ex uno suo 'infimæ vetustatis:' *Caprois* plurimi scripti cum vulg. Fr. et tres alii *campis*; tres *canis*: V. pr. *Candida qua canis*.—163 *Inducunt* meliores, teste Heins. ceteri *inducent*; at Jun. *induerint*. Tum unus Heins. et multi alii *nocturna crepusc*.—165 Duo libri et Be. *radiant. stellis*.—167 *Putat* vett. nonnulli; venustius. *Heins*. At *putat* non movendum censet Burm. quia 'credidit' sequitur: Be. habet *fernut*.—171 Mor. *O maternis sis*. Tum Fr. cum plurimis aliis *nexibus Æ*. Sa. et septem alii *mensibus*.—173 *Tò est* post

NOTÆ

161 *Argestes*] Ventus ab occasu solstitiali, qui et Iapyx dictus.

162 *Calabris*] Quæ in extrema Italia. Brundusio, scil. Calabriæ urbe, solvebant, ut plurimum, qui in Orientem navi contendebant.

163 *Simul*] Ne tam quidem: heliace namque Hyades matutino tempore tum oriuntur, paulo ante Solis exortum: non possunt emergere statim a crepusculo.

165 *Ora*] Quia in Tauri fronte illæ stellæ Hyades positæ, ut sæpe dictum.

Imbre] Pluv. enim est *pluvia*.

166 *Neptes*] Quia Æthræ nymphæ filiæ; quam Tethys peperit ex Oceano.

169 *Stabat*] In montem versus, qui Olympum seu cœlum humeris suis sustineret.

170 *Hyas*] Atlantis quoque filium facit Hyginus; qui Fabularum capite 192. hæc et alia plura refert.

171 *Stirps*] Quippe filia.

Nisibus] Partu.

173 *Dum nova*] Cum adolescens. Lanugo enim tum primulum mentum vestit.

Formidine] Lineas diximus jam in præcedentibus versicoloribus implicitas pennis, ad feras terrendas capien-

At postquam virtus annis adolevit; in apros
Audet, et hirsutas cominus ire leas.
Dumque petit latebras fœtæ catulosque leænæ;
Ipse fuit Libycæ præda cruenta feræ.
Mater Hyan, et Hyan mœstæ flevere sorores,
Cervicemque polo supposituras Atlas.
Victus uterque parens tamen est pietate sororum.
Illa dedit cœlum: nomina fecit Hyas.
Mater, ades, florum, ludis celebranda jocosis:
Distuleram partes mense priore tuas.
Incipis Aprili: transis in tempora Maii.
Alter te fugiens, cum venit alter, habet.
Cum tua sint, cedantque tibi confinia mensum;
Convenit in laudes ille vel ille tuas.
Circus in hunc exit, clamataque palma Theatris:
Hoc quoque cum Circi munere carmen eat.

præda. At postquam vires auctæ sunt tempore, non formidat aggredi comminus apros et leænas hispidas. Et dum petit speluncas leæ fœcundæ atque ejus catulos, ipse fuit præda sanguinolenta feræ Libycæ. Genitrix, et tristes sorores, atque Atlas subnixurus collum cœlo deploraverunt Hyan. Attamen uterque parens superatus est pietate sororum: illa præbuit cœlum; Hyas imposuit nomen. Parens florum, colenda ludis jocosis, accedito: protuleram partes tuas mense superiore. Initium facis Aprili; transis in tempora Maii. Alter recedens habet te, alter cum incipit. Siquidem concursus mensium ad te spectent, et tibi contingunt; ille vel iste aptus est tuis præconiis. Circus et palma citata in theatris huic obtigit: istud etiam

---

'lanugo,' quod est in vulgatis, meliores non agnoscunt.—175 Pro annis plurimi *annos*: Be. et Med. *animos*; et plurimi alii *animis*.—176 Pro *Audet* Heins. malebat *Gaudet*. Tum in voc. *et* pro var. lect. Fr. exhibet *in*. Mox *leas* ex vet. protulit Neapolis; quod et Gebhard. olim monuit legendum: ceteri *feras*.—178 *Fœtæ* Zulich. Max. Voss. Arund. Læti, opt. Pat. et quatuor alii, quod placet Heins. præ vulg. *leæ*; nam 'leæ,' et 'leænæ' jam præcesserant.—180 Pr. A. *Cervicemq. polis supp.*—183 Scripti plerique *lud. celebrata joc.*—184 Tres libri *laudes* pro *partes*.—188 Be. *Cum venit in laud.* Mox meliores, teste Heins. *Ille vel iste*. At de repetitione pronominis Burm. citat Heroid. II. 148.—189 Voss.

NOTÆ

dasque.

183 *Illa*] Pietas dedit cœlum Hyadibus.

Fecit] Ab Hyante fratre Hyades dictæ.

186 *Mater*] Flora est, insignis olim meretrix, quæ per dedecus summum multo partas opes P. Romano testamento reliquit: quare editione ludorum, alio tamen detorta fabula, cum res ipsa flagitiosa videretur, natalis ejus celebrati.

Jocosis] Immo flagitiosissimis; quibus non nudari modo publice impurissimas meretrices, sed lascivire genus omne exercere, mos fuit.

186 *Fugiens*] Ultimo quippe die.

189 *Circus*] Qui, scil. huic impu-

Ipsa doce quæ sis. Hominum sententia fallax.
Optima tu proprii nominis auctor eris.
Sic ego: sic nostris respondit Diva rogatis:
Dum loquitur, vernas efflat ab ore rosas:
Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino
Nominis est nostri litera Græca sono.
Chloris eram Nymphe campi felicis, ubi audis
Rem fortunatis ante fuisse viris.
Quæ fuerit mihi forma, grave est narrare modestæ:
Sed generum matri reperit illa Deum.
Ver erat; errabam. Zephyrus conspexit; abibam.
Insequitur; fugio. Fortior ille fuit.

carmen procedat cum numero Circi. Tu ipsa indica quæ sis. Sententia hominum incerta. Tu eris optissima index proprii nominis. Ita ego: Deus hoc modo respondit nostris petitis: dum verba facit emittit rosas vernas ab ore: Ego *quæ dicor Flora, eram Chloris: litera Græca nominis nostri est deformata sono Latino.* Ego *Chloris eram nympha agri fœcundi, ubi audis rem ante fuisse viris beatis. Molestum est modestæ dicere quæ fuerit mea pulchritudo; verum illa invenit Deum generum matri* meæ. *Ver erat; vagabar. Zephyrus* me *vidit; discedebam. Inse-*

---

et tres alii *laudataque palm.* Pro *palma* Neapolis legebat *verba.* Tum Mor. et duo alii *palma triumphis.*—190 Jun. et Maz. *C. numine carm.*—191 In nonnullis *scis* pro *sis.* Mox in Be. mutata distinctione *hom. sent. fallax Optima. Tu, &c.*—192 Fr. *nom. actor er.*—193 Alii *nostr. respondet D.*—194 *Efflat* ex melioribus dedit Heins. pro vulg. *afflat.*—195 Jun. *Gloris er.* et a quibusdam notatur ad Gell. IX. 12. quasi scriberetur *Floris* ab Ovidio, Mox nonnulli libri *corrupta Latini;* tres libri *Latinis.*—196 Duo libri *lit. prima son.*—199 Multi scripti et ed. Gryph. *Quæ fuerat mih.* Neapolis profert *modestæ* ex duobus vett. vulg.

NOTÆ

dicæ proprius in regione sexta: nam plures fuerunt Romæ.

Hunc] Mensem Maium, scil. in quem translati ludi qui in Circo celebrabantur.

Clamata] Quia ejus consequendæ gratia multum contendebatur.

190 *Munere*] Ludis, scil. qui mensis Maii initio in Floræ honorem celebrabantur.

191 *Fallax*] Quot et quibus modis, quibusve de causis quis dixerit? Ad fallacia et inania rerum videtur unice comparatus homo. Ipse ut certius fallat, fallaciam caute velle vitare simulat Naso.

195 *Corrupta*] Quia pro Χλωρὶς *Flora* dicta: quanquam et *Chloris* Latinis recepta.

197 *Campi felicis*] Horti, scil.

198 *Fortunatis*] De loco quopiam peculiari siquidem mentitur Flora, nullum quidem fortunatis insulis contra Mauritaniam, aut Alcinoi hortis in Corcyra insula, commodiorem video.

200 *Reperit*] Modestissime quidem de stupro sibi illato loquitur.

Deum] Zephyrum, scil. ventum ab occasu.

202 *Fortior*] Lenes tamen Zephyri dicuntur. At enim apud poetas fa-

Et dederat fratri Boreas jus omne rapinæ,
  Ausus Erechthea præmia ferre domo.
Vim tamen emendat dando mihi nomina nuptæ:
  Inque meo non est ulla querela toro.
Vere fruor semper: per me nitidissimus annus:
  Arbor habet frondes, pabula semper humus.
Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris:
  Aura fovet; liquidæ fonte rigatur aquæ.
Hunc meus implevit generoso flore maritus:
  Atque ait, Arbitrium tu, Dea, floris habe.
Sæpe ego digestos volui numerare colores;
  Nec potui: numero copia major erat.
Roscida cum primum foliis excussa pruina est,
  Et variæ radiis intepuere comæ;
Conveniunt pictis incinctæ vestibus Horæ,
  Inque leves calathos munera nostra legunt.

quitur; fugio. Ille fuit superior. Atque Aquilo ausus rapere præmia domo Erechthea dederat fratri omne jus rapinæ. Corrigit tamen violentiam conferendo mihi nomina conjugis; neque ulla est querimonia in meo lecto. Fruor semper vere: annus est formosissimus vere. Arbor est semper vestita foliis, terra graminibus. Est mihi hortus fertilis in campis dotalibus. Aura recreat, aspergitur fonte aquæ puræ. Vir meus hunc implevit flore haud vulgari; atque dixit, Tu, Dea, esto domina floris. Sæpe ego cupivi recensere colores ordinatos; neque potui: abundantia erat major numero. Cum primum pruina roscida dejecta est ex foliis, et frondes versicolores intepuerunt radiis Solis, *Horæ incinctæ vestibus pictis conveniunt, atque colligunt*

modeste.—203 Maz. *At* pro *Et.*—204 *Erichthea* male quidam editi. *Burm.*—205 Heins. cum uno Pat. malebat *mihi numina nupt.* tres libri *præmia.* Nonnulli etiam *nymphæ* pro *nuptæ.*—207 *Per me* quod habent nonnulli Codd. admodum arridet Burm. vulg. edebatur *semper:* unus Mor. *vere est;* liber Strozzæ *vere:* unde Heins. *veri.* Tum opt. Pat. pr. F. Maz. Zulich. a man. pr. et duo alii *tepidissimus ann.*—210 Quidam *liquidis . . aquis.* Arund. Voss. et Fr. cum sex aliis *sponte rigantur aq.* et P. et tres alii *rigatur:* Pet. alter *rorantur.*—211 Francius malebat *impl. numeroso fl.*—213 Mor. et Be. *ego dispectos vol.* Tum quatuor libri *narrare;* et unus *mirare col.*—214 Fr. pro var. lect. habet *cop. magna nocet.*—217 Ed. Gryph. et quatuor scripti *Tunc veniunt*

NOTÆ

tiores qui leniores.

203 *Fratri*] Boreæ, scilic. frater Zephyrus, siquidem uterque venti.

Jus] Quod violentissimi Boreæ proprium videtur. Verum ad Floram aut flores non foret ille idoneus.

204 *Erechthea*] Erechthei Athenarum regis, cujus filiam Orithyiam Boreas rex Thraciæ, magis quam ventus, rapuit.

207 *Semper*] Quia Ver æternum ubi illa fuit.

212 *Arbitrium*] Hinc adeoque Dea florum.

216 *Variæ*] Florum diversi coloris.

217 *Horæ*] Apposite, siquidem in

Protinus arripiunt Charites, nectuntque coronas,
  Sertaque cœlestes implicitura comas.
Prima per immensas sparsi nova semina gentes.
  Unius tellus ante coloris erat.
Prima Therapnæo feci de sanguine florem:
  Et manet in folio scripta querela suo.
Tu quoque nomen habes cultos, Narcisse, per hortos:
  Infelix, quod non alter et alter eras!
Quid Crocon, aut Attin referam, Cinyraque creatum;
  De quorum per me vulnere surgit honor?
Mars quoque, si nescis, per nostras editus artes.
  Jupiter hoc ut adhuc nesciat, usque precor.

nostra dona in leves quasillos. Continuo Charites accipiunt, atque implicant coronas et serta ornatura capillos cœlestes. Prima, sevi nova semina per vastas nationes: terra erat prius unius coloris. Prima feci florem de cruore Therapnæo: et querimonia superest scripta in folio suo. Tu etiam, Narcisse, obtines famam per pulchros hortos: miser quod non eras alter et alter! Quamobrem recenseam Crocon, aut Attin, atque ortum ex Cinyra, de quorum plaga honor nascitur per me? Mars etiam, si te latet, procreatus est per nostras artes. Precor semper adhuc ut Jupiter

pict. Et tres vett. *incinct. floribus H.*—219 *Arripiunt* ex Zulich. vulg. *accedunt*: Maz. *accipiunt* C. opt. Pat. *accidunt*—220 Pr. A. *Sertaq. divinas implic.*—221 Mor. *per innumeras spars.* alius *ingentes.* Mox Maz. et unus Heins. cum vulg. *sem. terras.*—223 In vetustissimo Neapolis Cod. *Prima ego Amyclæo fec.*—225 Pet. alter *carmen* pro *nomen*; P. *numen.* Deinde multi vett. et quædam Edd. *per agros.*—227 Pro *Attin* nonnulli scribunt *Acin*; alii *Athim*, *Atym*, vel *Astim*: Zulich. *Athin*; Voss. *Atyn*; Ursin. *Actyn.* Mox multi scripti *Cinaraque* vel *Cynaraq.*—228 Plurimi vett. *vulnere*; at multi *sanguine*: nonnulli etiam *munere.*—229 Mor. *qui* pro *si.* Dein Be. *nostr. editur art.*—230 Fr. *J. hæc ut.*—

NOTÆ

horas diversi flores explicantur. Videlicet triumphat Naso, ubi hujuscemodi occurrit argumentum.

219 *Charites*] Gratiæ dicuntur Latine tres Jovis et Eunomiæ filiæ Aglaia, Thalia, atque Euphrosyne: de quibus aliter alii.

223 *Therapnæo*] Therapne Laconiæ vico oriundo. De Hyacintho autem, Apollini dilectissimo puero, sermo est: cujus fabulam non semel in præcedentibus.

224 *Querela*] At at enim, lugentibus vocis usitatæ, vestigia quædam in Hyacinthi, seu gladioli, foliis apparent.

226 *Alter et alter*] Ut alter alterius, non sui amore Narcissus tabesceret, Fabulam ejus videsis in Metam.

227 *Attin*] Cujus cruorem in violam mutatum scripsit Arnobius.

Cinyra] Adonis est Cinyræ ex Myrrha filia natus, cujus fabulam habes in Metam.

228 *Honor*] Quia post fata revirescunt, atque festis et coronamentis adhibentur.

229 *Nostras*] Flora nempe Junoni,

Sancta Jovem Juno, nata sine matre Minerva,
Officio doluit non eguisse suo.
Ibat, ut Oceano quereretur furta mariti:
Restitit ad nostras fessa labore fores.
Quam simul aspexi; Quid te, Saturnia, dixi,
Attulit? Exponit, quem petat, illa locum,
Addidit et causam. Verbis solabar amicis.
Non, inquit, verbis cura levanda mea est.
Si pater est factus neglecto conjugis usu
Jupiter, et nomen solus utrumque tenet;
Cur ego desperem fieri sine conjuge mater;
Et parere intacto, dummodo casta, viro?
Omnia tentabo latis medicamina terris;
Et freta, Tartareos excutiamque sinus.
Vox erat in cursu: vultum dubitantis habebam.
Nescio quid, Nymphe, posse videris, ait.

istud ignoret. Sancta Juno, Minerva edita sine matre, doluit Jovem non habuisse opus auxilio suo. Ibat ut quereretur Oceano furta viri sui: confecta labore requievit ad nostram januam. Quam cum primum vidi, quæ causa, inquam, te adduxit? Illa narrat quo eat; atque adjecit rationem. Consolabar sermonibus amicis. Non, ait, dolor meus est minuendus sermonibus. Si Jupiter est factus genitor sine officio uxoris, et solus habet utrumque nomen, quamobrem ego desperem fieri genitrix sine marito, atque parere marito intacto, dummodo pudica? Faciam periculum omnium medicaminum quæ sunt in vastis terris; atque exquiram per maria, et per latebras infernas. Vox erat in cursu; habebam faciem hæsitantis. Nympha, inquit, vi-

228 Ex uno Pat. Heins. recepit *furta* pro vulg. *facta*.—235 Pr. A. *Quam postquam vidi; Quid.* Et Fr. *Qui* pro *Quid*.—236 Alii *Att. exposuit, quem.* Tum Sa. Be. et sex alii *petit;* et novem *ipsa loc.*—237 P. et Excerpt. D. *Edidit et caus.* Mor. et Ed. Neapol. *causas.*—240 Pro *nomen* P. *numen*, et sic Ed. Gryph. alii etiam *sol. nom.* inverso ordine.—241 Octo ex melioribus, teste Heins. *eg. desierim fier.* tres *despicerem:* Heins. conj. *despuerim*, vel *respuerim*, quod præstat.—242 Thuan. *cast. Jove.*—243 Pro *latis* Maz. et Zulich. *latiis:* Ursin. et Pat. unus *Latiis.*—244 Sex libri *excutiamq. Deos.*—

NOTÆ

ob natam sine ipsius ope Minervam multum tristi, floris cujusdam index fuit, quo tacto, sine viro fœcunda, Martem peperit.

230 *Nesciat*] Ne ideo infensus, scil.

231 *Sine matre*] Namque ex Jovis cerebro, aut capite armata prosiliit.

235 *Saturnia*] Saturni filia Juno.

240 *Utrumque*] Patris et matris.

242 *Dummodo*] Illud vero maxime curæ.

245 *Dubitantis*] Quæ aliquid haberet, et cunctanter proferret.

Ter volui promittere opem, ter lingua retenta est:
  Ira Jovis magni causa timoris erat.
Fer, precor, auxilium, dixit; celabitur auctor:
  Et Stygiæ numen testificatur aquæ.
Quod petis, Oleniis, inquam, mihi missus ab arvis
  Flos dabit: est hortis unicus ille meis.
Qui dabat, Hoc, dixit, sterilem quoque tange juvencam;
  Mater erit. Tetigi: nec mora, mater erat.
Protinus hærentem decerpsi pollice florem.
  Tangitur; et tacto concipit illa sinu.
Jamque gravis Thracen, et læva Propontidos intrat:
  Fitque potens voti; Marsque creatus erat.
Qui memor accepti per me natalis, Habeto
  Tu quoque Romulea, dixit, in Urbe locum.
Forsitan in teneris tantum mea regna coronis
  Esse putes: tangunt numen et arva meum.

deris quid posse. Ter volui polliceri auxilium, ter lingua repressa est: ira excelsi Jovis erat causa metus. Adjuva, quæso, inquit, auctor tacebitur; atque testem facit numen aquæ Stygiæ. Flos, dixi, mihi missus ab agris Oleniis præbebit quid quæris: ille est solus in hortis meis. Qui obtulit, mihi dixit, tange etiam vaccam sterilem hoc, fiet mater. Tetigi, et sine cunctatione erat mater. Continuo revelli pollice florem stantem. Tangitur, atque illa concipit gremio tacto. Jamque gravida ingreditur Thracen, et sinistra Propontidos, atque fit compos voti: et Mars erat genitus. Qui memor natalis accepti per me, Tu etiam, inquit, obtineas sedes in Urbe Romulea. Forte credas mea jura esse tantum in mollibus sertis. Campi

246 Pro *posse* quidam scripti et editi *scire*.—250 In nonnullis *S. nomen test.* Tum Fr. cum aliis et vulg. *testificabor aq.* At *testificatur* cum opt. Pat. Mar. Zulich. et aliis magis arridet Heinsio.—251 Max. et alius *pet. hoc Geticis, inq.* Unus Cod. *O. super mihi miss.* Omnes fere scripti *mihi;* sed vulg. *tibi.* Pr. A. *mihi messis ab arv.* Et unus *ab agris;* alius *ab aris:* Fr. pro var. lect. *ab oris.*—253 Scribe, impellente nostro libro, *Cui dabat hunc.* Neapol. In Fr. *Qui dedit, Hoc, dixi;* at *dixit* pro var. lect. In vulg. etiam scribebatur *hunc;* Heins. suadet *hoc.*—254 Plurimi *tetigit* pro *tetigi.*—255 Tres libri *decerpa. stipite flor.*—256 Neapol. suadet *Tangit, et intacto conc.* Heins. Malebat *Tangit, ut intecto:* Gryphius edidit *Tangit, et e tacto;* et sic tres libri.—258 In voc. *voti* Fr. habet pro var. lect. *uteri.*—259 Pro *Qui* vett. plerique *Cum* vel *Tum.*—262 *Tangunt* prætulerim cum Erfurt. et uno Pat. *Heins.* Alii cum

NOTÆ

250 *Stygiæ*] 'Di cujus jurare timent et fallere numen.'

251 *Oleniis*] Ad Olenum, Achaiæ, seu Ætoliæ, urbem spectantibus.

253 *Qui dabat*] Zephyrum credideris.

256 *Tangitur*] Juno, scil.

257 *Læva Propontidos*] Ibi vero Thracia, in qua Mars natus; neque temere, siquidem ad virorum spectas ferociam.

260 *Dixit*] Martis, scil. opera in-

Si bene floruerint segetes; erit area dives.
Si bene floruerit vinea; Bacchus erit.
Si bene floruerint oleæ; nitidissimus annus:
Pomaque proventum temporis hujus habent.
Flore semel læso pereunt viciæque fabæque;
Et pereunt lentes, advena Nile, tuæ.
Vina quoque in magnis operose condita cellis
Florent: et nebulæ dolia summa tegunt.
Mella meum munus: volucres ego mella daturas
Ad violam, et cythisos, et thyma cana voco.
Nos quoque idem facimus: tunc cum juvenilibus annis
Luxuriant animi, corporaque ipsa virent.
Talia dicentem tacitus mirabar. At illa,
Jus tibi discendi, si qua requiris, ait.

etiam spectant ad meum numen. Si segetes bene floruerint, area erit opulenta. Si vinea bene floruerit, Bacchus erit. Si oleæ bene floruerint, annus erit *splendidissimus; atque poma habent fructum hujus tempestatis. Viciæ atque fabæ pereunt flore semel læso: lentes etiam tuæ intercidunt, Nile peregrinæ. Vina etiam servata curiosè in vastis cellis florent, et nebulæ operiunt suprema dolia. Mella* sunt *meum donum. Ego cieo ad violam, et cythisos, et thyma alba alites præbituras mella. Nos etiam idem facimus, tunc cum mentes luxuriant, atque ipsa corpora virent annis juvenilibus. Mirabar silens proferentem talia: at illa inquit, jus tibi discendi, si*

---

vulg. tangit.—265 Unus liber *flor. plantæ; nitid.*—266 Olim edebatur *Poma quoque eventum temp.* at *pomaq. proventum* Naugerii, Ursini, et unus Patavinus Codex: recte; sic 'proventus anni' et similia apud Rei rusticæ scriptores. *Heins.* Citat hos versus Gerard. Maurisius in Hist. Domin. de Romano pontifice; sed habet *Pomaque et eventum.*—266 Plurimi *Flor. simul læs.* Mox Gerard. Maurisius citat *per. viteaq. fab.*—268 Unus Pat. *Nil. Deæ.*—269 Pr. A. et Læti Cod. *Vinaq. in immensis:* et tum Be. *copiose cond.*—270 Thuan. *summ. tenent.*—272 Be. et tres alii cum Edd. Gryphii et Neapolis *thym. grata voc.* Fr. et sex alii *summa.*—273 Gottorph. *cum puerilibus ann.*—274 *Virent* Heins. protulit ex Maz. et Zulich. a pr. man. vulg. *vigent:* in uno Pat. *valent.*—276 Olim edebatur *tib. dicendi est:* sed meliores plerique teste Heins. *dis-*

NOTÆ

stituta Floralia.

265 *Nitidissimus*] Nitent quippe oleo quæ sunt peruncta.

266 *Hujus*] Nisi enim floruerint nulla sunt.

268 *Advena*] Quia ex regionibus remotis in Ægypti campos exundat.

270 *Nebulæ*] Supernatantem florem in dolio ita appellavit.

271 *Volucres*] Apes, scilicet.

272 *Cythisos*] Fruticis hujus diversissimæ exhibentur a diversis descriptiones; de cujus etiam flore, contra quam sensit Flora, nunquam delibare apes nonnulli scripserunt.

273 *Facimus*] Floremus, scilicet.

Dic, Dea, ludorum, respondi, quae sit origo.
Vix bene desieram; retulit illa mihi.
Cetera luxuriae nondum instrumenta vigebant:
Aut pecus, aut latam dives habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.
Sed jam de vetito quisque parabat opes.
Venerat in morem populi depascere saltus:
Idque diu licuit, poenaque nulla fuit.
Vindice servabant nullo sua publica vulgus:
Jamque in privato pascere inertis erat.
Plebis ad Ædiles delata licentia talis
Publicios: animus defuit ante viris.
Rem populus recipit: mulctam subiere nocentes.
Vindicibus laudi publica cura fuit.

quae potis. Aperi, dixi, Dea, quae sit origo ludorum. Vix satis finieram, illa mihi respondit. Nondum reliqua instrumenta luxuriae increverant; potens habebat aut pecus aut vastos agros. Hinc quoque locuples, hinc ipsa pecunia appellata est. Verum jam singuli faciebant rem de interdicto. Venerat in consuetudinem populari saltus populi: atque id diu licuit, nullaque fuit mulcta. Plebs nullo vindice custodiebat sua publica: jamque erat ignavi agere pecus in propria pascua. *Licentia talis populi delata ad Ædiles Publicios: animus prius defuit viris. Plebs recipit rem: delinquentes persolverunt panam. Cura publica fuit laudi vindicibus. Mulcta*

---

endi, omisso *est*. Mox P. *qua relinquis, ait*.—277 Fr. *resp. lud.* inverso ordine. Quidam Codd. etiam *respondit*.—280 Med. *Aut pecora, aut*. Tum Pat. *latam div*.—284 Be. A. et duo alii *Jamque*.—285 *Servabant* Heins. recepit ex opt. Pat. pro vulg. *servabat*. Nonnulli etiam *pabula* legunt, non *publica*: vel *pascua*, quod et unus Med. dedit. Heins. olim conj. *Vindice servabant n. sola publica v*.—286 In voc. *inertis* Fr. exhibet *inermis* pro var. lect.—287 *Delata* ex quibusdam Codd. placet Heins. pro vulg. *perducta*: Med. *promissa*.—288 F. et Med. *Publicitis anim*.—292 *Auctores L.* unus Heins.

NOTÆ

279 *Instrumenta*] Aurum, Argentum, &c.

281 *Locuples*] A loco, seu lati et vasti agri possessione, aut locorum copia et plenitudine, locupletem dictum, atque equidem vere, affirmat.

Pecunia] Pecunia vero a pecu dicta: cujus rei rationem prolixe, nec minus erudite, tradidit clariss. Vossius.

283 *Populi saltus*] Scriptuarios agros dicit, ex quibus vectigal ad publicos usus capiebatur.

286 *Inertis*] Ad illa quidem jam rediimus tempora: namque ex alieno qui nescit suum commodum facere hebes apud plerosque creditur.

288 *Publicios*] Qui publica procurabant.

Defuit] Quia nocentibus irrogare mulctam non audebant.

289 *Rem*] Ut nocentes mulctarentur.

Mulcta data est ex parte mihi: magnoque favore
Victores Ludos instituere novos.
Parte locant clivum, qui tunc erat ardua rupes:
Utile nunc iter est; Publiciumque vocant.
Annua credideram spectacula facta; negavit: 295
Addidit et dictis altera verba suis.
Nos quoque tangit honor: festis gaudemus et aris:
Turbaque cœlestes ambitiosa sumus.
Sæpe Deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hostia blanda fuit. 300
Sæpe Jovem vidi, cum jam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.
At si negligimur, magnis injuria pœnis
Solvitur: et justum præterit ira modum.
Respice Thestiaden: flammis absentibus arsit. 305
Causa est, quod Phœbes ara sine igne fuit.

oblata est mihi ex parte; atque compotes voti instituerunt mihi novos Ludos magno favore. Locant parte collem, qui tunc erat rupes ascensu difficilis; nunc est via commoda, atque appellant Publiciam. Arbitratus eram spectacula esse annua; negavit: atque adjecit altera verba dictis suis. Honos movet nos etiam: lætamur festis et altaribus; nosque Dii sumus agmen ambitiosum. Sæpe aliquis reddidit Deos infestos peccando; atque victima fuit grata pro peccatis. Sæpe vidi Jovem, cum jam vellet jacere sua fulmina, represisse dextram thure oblato. Verum si contemnimur, noxa rependitur gravibus suppliciis, atque ira excedit justum modum. Vide Thestiaden; flagravit ignibus remotis. Causa est, quod altare Dianæ fuit

---

qui etiam malebat *Ultores*. Unus Mor. *constituere nov.* Strozzæ *imposuere*.—293 Nonnulli habent *clivi* pro *clivum*. Tum Zulich. *qua tunc*; unus *quo*: Pat. *quod t. e. a. moles*.—297 Præstantiores, teste Heins. *honos* pro *honor*.—299 Med. pr. *aliq. placando fec.* unus *spectando*.—300 Max. et duo alii *host. magna fu.* V. *danda*; Mor. *grata*.—301 Jun. *J. dicunt, cum.* Mor. unus *jam cum* inverso ordine. Sa. *cum jam dimittere vell.*—304 Strozzæ *just. contrahit ir.*—307 Max. et tres alii *Aspice T.*—306 Voss. et duo alii *Causaque quod*.—307

NOTÆ

293 *Victores*] Qui mulctas nocentibus irrogare consueti sunt.

Novos] Floræ, scilicet, cui antea nulli proprii ludi.

293 *Locant*] Conducentibus rupem præscribunt secandam, qua deinde iter esset.

295 *Negavit*] Per 66. annos iterum Floralia sua, diuturna sane pausa, non vidit.

296 *Altera*] Quæ plura, quam expetivisset Naso, aperirent.

298 *Ambitiosa*] Honoris cupida.

300 *Blanda*] Quæ Deos lenivit.

305 *Thestiaden*] Meleagrum dicit, Thestii ex Althæa matre nepotem.

Absentibus] Quia stipite absenti, quem in focum conjecit irata mater,

Respice Tantaliden: eadem Dea vela tenebat.
  Virgo est; et spretos bis tamen ulta focos.
Hippolyte infelix, velles coluisse Dionen,
  Cum consternatis diripereris equis.
Longa referre mora est correcta oblivia damnis.
  Me quoque Romani præteriere Patres.
Quid facerem? per quod fierem manifesta doloris?
  Exigerem nostræ qualia damna notæ?
Excidit officium tristi mihi: nulla tuebar
  Rura: nec in pretio fertilis hortus erat.

sine igne. Vide Tantaliden; eadem Dea remorabatur naves. Virgo est; attamen bis quoque ulta aras neglectas. Miser Hippolyte, superes honorasse Dionen, cum distrahereris ab equis efferatis. Longum est spatium narrare contemtus compositos cum pœnis. Patres Romani me etiam neglexerunt. Quid agerem, per quod dolor meus patesceret? Quales pœnas repeterem nostri indicii! Mœsta oblita sum officii. Nullos agros defendebam, neque fœcundus hortus erat in pretio. Lilia deciderant:

Maz. et tres alii *Aspice T.* Mox Neapolis pro *vela* suadet *tela.* Fr. *D. tela vehebat.*—309 Maz. pr. A. et Læti Cod. *vell. caluisse Dione:* alii etiam *Dionem.*—310 Jun. *Tunc cum infrænatis.*—311 Pro *correcta* vulgo legebatur *collecta:* quidam *collata.* '*Correcta* præferrem, nam et hoc vocabulo, pro non verbis tantum, sed ipso facto castigare et emendare errorem vel peccatum, utitur Terent. Eun. IV. 5. 'Nesciebam id dicere illam nisi quia Correxit miles, quod intellexi minus; nam me extrusit foras.' Nisi sit hypallage, pro *collecta damna* oblivione et contemtu Deorum, ut Fanensis videtur cepisse. *Oblivia ab annis* Hercul.' *Burm.* 313 Maz. F. et alius *per quæ fier.* Voss. *fierem man.* et tum Mor. *furoris.*—314 *Exigerem* dedit Heins. ex plurimis scriptis pro vulg. *Exigerent.* Deinde Excerpt. D. *qual. dona not.*—315 P. *null. tenebam:* alius *videbam.*—317 Sa.

NOTÆ

Meleagri fata continebantur. Fabulam repetitam habes in superioribus.

306 *Phœbes*] Dianæ, quæ eadem Luna est, cujus quidem aras Œneus Meleagri pater neglexerat.

307 *Tantaliden*] Agamemnonem dicit Tantali pronepotem, quem Diana eadem in Aulidis portu, ob interfectam cervam, ne in Trojam navigare posset, retinuit, donec Iphigeniæ sacrificio placaretur.

308 *Virgo*] Adeoque leni ingenio.

309 *Dionen*] Venerem; quæ sæpe ex illa matre, quam dederunt Hesiodus atque Homerus, venit intelligenda.

310 *Diripereris*] Sæpius jam miserum illum Thesei filium ab equis territis discerptum vidimus.

311 *Oblivia*] Deorum contemtus.

Damnis] Quibus afflicti Deorum contemtores.

313 *Fierem manifesta*] Me ægre ferre ludorum præteritionem omnes intelligerent.

314 *Notæ*] Dedecoris, ex neglectis ludis Floralibus.

315 *Excidit*] Quasi oblita est servandorum florum præ mœrore.

Lilia deciderant: violas arere videres,
Filaque punicei languida facta croci.
Sæpe mihi Zephyrus, Dotes corrumpere noli
Ipsa tuas, dixit. Dos mihi vilis erat.
Florebant oleæ; venti nocuere protervi.
Florebant segetes; grandine læsa Ceres.
In spe vitis erat: cœlum nigrescit ab Austris,
Et subita frondes decutiuntur aqua.
Nec volui fieri, nec sum crudelis in ira:
Cura repellendi sed mihi nulla fuit.
Convenere Patres: et, si bene floreat annus,
Numinibus nostris annua festa vovent.
Annuimus voto. Consul cum Consule ludos
Postumio Lænas persoluere mihi.
Quærere conabar, quare lascivia major
His foret in Ludis, liberiorque jocus:
Sed mihi succurrit, numen non esse severum,
Aptaque deliciis munera ferre Deam.

cerneres violas arescere, atque fila rubri croci facta languida. Zephyrus sæpe mihi dixit, ne ipsa perdas tuas dotes: dos mihi erat contemnenda. Oleæ florebant; venti sævi obfuerunt. Segetes florebant; Ceres corrupta grandine. Vitis erat in spe: cœlum obscuratur ab Austris, atque folia proteruntur pluvia repentina. Neque volui fieri, neque sum æva in ira, sed nullum fuit desiderium contra nitendi. Patres coierunt; et polliciti sunt festa annua nostris numinibus, si annus feliciter floreat. Favimus voto. Consul Lænas cum Consule Postumio persolverunt mihi ludos. Volebam petere, quamobrem major lascivia, et jocus liberior esset in his Ludis: verum recordatus sum, numen non esse morosum, et Deam exhibere dona idonea ad voluptatem. Tota tempora

---

viol. horrere vid.—320 Fr. *dixi* pro *dixit*.—322 *Ceres* recepit Heins. ex pr. A. et sex aliis pro vulg. *seges*.—323 Quatuor scripti *ab Austro*; Mor. alter *ab astris*; et pr. Mor. *in astris*.—324 Alter P. *sub. flores dec.* et pr. F. cum quinque aliis *frondes excutiuntur*.—326 O. *Cur. repellendis sed*.—327 Pr. A. *Conveniunt P.*—328 Fr. *Nominibus*; et *Numinibus* pro var. lect.—329. 330 *Voto* Heins. dedit ex vett. pro vulg. *votis*. Mox in Ms. quem citat Neapolis, extat *Consul c. C. lætos P. ludos persol.* Tum Pighius emend. ex quibusdam vett. *rite vovere mihi*. Sa. et alius *constituere*.—332 Voss. et tres alii *uberior-*

NOTÆ

319 *Dotes*] Arbitrium florum habuisse supra vidimus.

326 *Vovent*] Hoc factum anno ab Urbe 580. L. Postumio Albino et M. Popilio Læna Consulibus.

334 *Deliciis*] Seu ad Bacchum, seu ad Cupidinem aut Venerem spectant.

Tempora sutilibus cinguntur tota coronis;
Et latet injecta splendida mensa rosa.
Ebrius incinctis philyra conviva capillis
Saltat, et imprudens utitur arte meri.
Ebrius ad durum formosæ limen amicæ
Cantat: habent unctæ mollia serta comæ.
Nulla coronata peraguntur seria fronte;
Nec liquidæ vinctis flore bibuntur aquæ:
Donec eras mixtus nullis, Acheloë, racemis;
Gratia sumendæ non erat ulla rosæ.
Bacchus amat flores: Baccho placuisse coronam
Ex Ariadnæo sidere nosse potes.
Scena levis decet hanc: non est, mihi credite, non est
Illa cothurnatas inter habenda Deas.

decorantur sertis intextis; atque lauta mensa tegitur rosa injecta. Convivæ bene potus saltat coma ornata philyra, atque rudis utitur arte vini. Ebrius canit ad rigidas fores pulchræ amicæ: capilli odoribus delibuti habent teneras coronas. Nulla res graves absolvuntur fronte coronata; neque puræ aquæ potantur ab illis qui sunt ornati floribus. Quamdiu nullis uvis eras mistus, Acheloë, nulla erat causa rosæ capiendæ. Bacchus diligit flores: potes intelligere ex stellis Ariadnæis coronam gratam fuisse Baccho. Scena levis huic convenit; illa, fidem mihi habete, non est

---

que j. P. *liberiorq. locus.*—335 Pro *sutilibus* Voss. *tortilibus;* alii *nexilibus, subtilibus, futilibus, suffusis.* Tum multi Codd. et Edd. Gryph. et Neapol. *pinguntur tot.* Heins. malebat *cing. pota cor.* in ed. Gryph. et quinque scriptis est *tecta.*—336 Fr. *lat. invecta spl.*—337 Neapolis velit *Ebr. incinctus p. c. capillos.* Voss. et unus Med. *incinctis philyras...capillis.* Sa. *hilaris conv.* et Gloss. Rumpfii *conv. coronis.*—338 *Utitur* Burm. dedit ex edd. et scriptis aliquot; vulg. *vertitur:* duo Mor. *nititur.* Sa. et decem alii cum quibusdam Edd. *ante mer.*—339 Unus liber *lim. amatæ.*—340 Heins. scribendum putat *sert. fores.*—342 Nonnulli *liq. juncto fl.* alii etiam *junctis* vel *cinctis.* Mox Mor. *fl. bibentur aq.*—346 Pr. A. et duo alii *noss. puto.*—349 Pet. *tamen* pro *quidem.*

NOTÆ

335 *Sutilibus*] Quæ ex floribus nectebantur.

337 *Philyra*] Eo quippe tiliæ cortice veteres pro lemniscis in coronarum plexione utebantur.

338 *Utitur arte*] Agitat choreas magis ex vini impetu quam artis solertia.

342 *Aquæ*] Vinum potius coronati bibebant.

343 *Acheloë*] Ætoliæ istum fluvium pro aqua posuit; ad illud alludens quod ad ejus ripas primo dicuntur vites consitæ.

344 *Rosa*] Cujus multus usus in conviviis, ad bacchantium coronas præsertim.

346 *Ariadnæo*] Ariadnes coronam in cœlum a Baccho translatam jam sæpe vidimus.

347 *Levis*] Ubi levia et lasciva referuntur.

348 *Cothurnatas*] Quæ in cothurno essent, cujusmodi in tragœdiis, gra-

Turba quidem cur hos celebrent meretricia ludos,
Non ex difficili causa petenda subest.
Non est de tetricis, non est de magna professis:
Vult sua plebeio sacra patere choro.
Et monet ætatis specie, dum floreat, uti:
Contemni spinam, cum cecidere rosæ.
Cur tamen, ut dantur vestes Cerealibus albæ,
Sic est hæc cultu versicolore decens?
An quia maturis albescit messis aristis;
Et color et species floribus omnis inest?
Annuit; et motis flores cecidere capillis:
Accidere in mensas ut rosa missa solet.
Lumina restabant, quorum me causa latebat:
Cum sic errores abstulit illa meos.

reponenda in Deabus cothurnatis. Ratio vero non est quærenda longe, quamobrem agmen meretricium frequentet hos ludos. Non est de crudelibus, non est de professis magna: vult sacra sua aperta esse turbæ plebeiæ. Atque docet uti elegantia annorum, quamdiu virent; spinam negligi, postquam rosæ defluxerunt. Quamobrem tamen, sicuti amictus candidi exhibentur Cerealibus, ita hæc grata habitu vario? An quia messis albicat aristis maturis, et color atque species omnis inest floribus? Nutu affirmavit, atque flores defluxerunt coma agitata; ut rosa sparsa solet decidere in mensas. Lampades supererant, quarum nesciebam originem; cum illa sic nutu-

Deindè *celebrent* Heins. dedit ex pr. Bonon. pro vulg. *celebret:* Pat. *celebres;* ut sit secundæ personæ: Jun. *celebrat.*—350 Sic Heins. edidit ex duobus scriptis: vulg. *diffic. cognita causa fuit:* plurimi vett. *causa petita fuit;* sex *petita mihi est:* Zulich. Maz. Voss. pr. F. opt. Pat. et quatuor alii *petita subest.*—351 Pr. A. Voss. et octo alii *est Dea magn.*—352 Mor. *pleb. templa pat.* R. *sacra referre chor.* Jun. *parare;* et tres *placere.*—354 *Contemni* bene Maz. Zulich. pr. F. opt. Pet. et quatuor alii. *Heins.* Vulg. *Contemnunt.*—355 Plurimi *ut dentur vest.* tert. Med. *aptantur;* Pat. et V. *aptentur;* aliis *addantur.*—356 Fr. *hæc est* inverso ordine. Mor. a man. pr. *Illa quidem est vultu vers.*—357 A. et quatuor alii *mat. arescit mess.*—358 *At* pro *Et* ex pr. A. Læti Cod. Maz. Zulich. et duobus aliis Heins. placet. Deinde pr. A. *spec. omnibus omn.* at Gottorph. *flor. unus inest.*—360 *Accidere* Heins. dedit ex vett. plerisque pro vulg. *Decidere:* Cod. Fratris *Accedere.*—361 Maz. *mihi* pro *me*, quod

NOTÆ

dioris argumenti et personarum dignitatis ratione habita, utebantur.

Deæ] Musas severiores.

350 *Non ex difficili*] Scilicet ipsa Flora fuit meretrix. Verum sane rem ipsam quam eleganter et pudice narret, attendas.

354 *Spinam*] Atque adeo vetulam, cui ætatis flos defluxerit.

359 *Annuit*] Verum insuper luxuriosorum fuit habitus versicolor.

360 *Accidere*] Non temere ad rosarum sparsionem, quæ de tecto et desuper fiebat, allusum scripsit illustris. Neapolis.

361 *Lumina*] Accensæ, scilicet,

Vel quia purpureis collucent floribus agri;
  Lumina sunt nostros visa decere dies:
Vel quia nec flos est hebeti, nec flamma, colore:
  Atque oculos in se splendor uterque trahit:
Vel quia deliciis nocturna licentia nostris
  Convenit. A vero tertia causa venit.
Est breve præterea, de quo mihi quærere restat,
  Si liceat, dixi. Dixit et illa, Licet.
Cur tibi pro Libycis claudantur rete Leænis
  Imbelles capreæ solicitusque lepus.
Non sibi, respondit, sylvas cessisse; sed hortos,
  Arvaque pugnaci non adeunda feræ.
Omnia finierat: tenues secessit in auras.
  Mansit odor: posses scire fuisse Deam.
Floreat ut toto carmen Nasonis in ævo,
  Sparge, precor, donis pectora nostra tuis.
Nocte minus quarta promet sua sidera Chiron
  Semivir, et flavi corpore mixtus equi.

lit meos errores. Lumina sunt credita convenire nostris diebus, vel quia campi splendent floribus purpureis; vel quia neque flos neque ignis est colore languido, atque uterque fulgor flectit oculos ad se; vel quia licentia nocturna apta est nostris deliciis. Tertia ratio petitur ex veritate. Est insuper exiguum quid, *inquam, de quo superest mihi ut perconter, si concedatur. Atque illa respondit, Conceditur. Quamobrem capreæ placidæ atque lepus pavidus tibi claudantur pro leænis Libycis. Retulit non sylvas sibi obtigisse, sed hortos, atque agros non intrandos feræ bellicosæ. Absolverat omnia, dilapsa est in aërem subtilem. Odor superfuit: posses intelligere fuisse Deam. Oro affla corda nostra tuis muneribus, ut versus Nasonis vigeant omni tempore.——Nocte minus quarta Chiron semivir, et junctus corpori*

Burm. ' Latinius' putat.—363 Unus Heins. *colluc. ignibus agr.* et ita Marsus, qui de Sole explicat.—365 Fr. *quia sic f. e. h. vel fl.*—366 Pro *in se* Sa. pr. V. et tres alii *inter*: Arund. Voss. et plurimi alii *nostros*.—368 *Cons. fuit* unus Med. an pro *fluit?* Heins.—371 Pro vulg. *claudantur*, ' *claudantur* prim. Ambros. Læti et quatuor alii; ut superiora illa, *dixit et illa licet*, vel, *dixerat illa*, ut est in Erfurtano, per Parenthesin legantur.' *Heins.* Priscian. p. 759. citat, *claudantur rete Leones;* mendose; ubi docet, rete hic pro *veti* sumtum: *pro Libyco claudantur rete leone* Regius unus a m. pr. *Burm.*—375 Pro *tenues* pr. A. et Læti *vacuas*. Tum *successit* quidam editi; et ita erat in octo libris: sed præfert Burm. vulgatum *secessit*: ut Trist. IV. 8. 27. ' Secedere in hortos.' *Burm.*—377 *In orbe* Thuan. *totum...in ævum* unus: *toto...in anno* alius. Gottorph. Mor. et duo alii *nomen Nasonis.*—379 H. pro

NOTÆ

faces per noctem, in quam protracti lndi, illecebris aptissima licentia.

364 *Nostros*] Florules, scilicet.

371 *Claudantur*] Ita vero in theatrum ferebantur, tum fiebat venatio quædam.

Pelion Hæmoniæ mons est obversus in Austros:
  Summa virent pinu: cetera quercus habet.
Phillyrides tenuit: saxo stant antra vetusto,
  Quæ justum memorant incoluisse senem.
Ille manus, olim missuras Hectora leto,
  Creditur in lyricis detinuisse modis.
Venerat Alcides exacta parte laborum;
  Jussaque restabant ultima pæne viro.
Stare simul casu Trojæ duo fata videres:
  Hinc puer Æacides, hinc Jove natus erat.
Excipit hospitio juvenem Philyreius heros:
  Et causam adventus hic rogat, ille docet.

equi flavi proferet suas stellas. Pelion est collis Hæmoniæ patens in Austros. Vertex virescit pinu; quercus occupat reliqua. Phillyrides incoluit. Speluncæ sunt in rupe antiqua, quas dicunt justum senem tenuisse. Ille dicitur detinuisse in numeris lyricis manus aliquando daturas neci Hectorem. Alcides accesserat parte laborum exhausta, atque fere novissima mandata supererant. Cerneres duos eversores Trojæ forte simul consistere; hinc erat puer Æacides, hinc filius Jovis. Herôs Philyreius accipit, hunc hospitio: atque hic petit rationem accessus, ille reddit.

---

minus habet *imus:* et Heins. conj. *pius.* Tum idem Cod. *quinta prom.* et unus Med. *promit.*—381 Duo libri *Pelios Hæm.* Mox Sa. et unus Heins. est *conversus* in *A.* unus *aversus;* duo *eversus.*—382 Pro *virent* 'Codex unus ex meis *viret;* eleganti Græcismo.' *Heins.* Burm. tamen *virent* retinet, quia 'cetera' sequitur.—385 Jun. *man. leto m. H. quondam.*—387 *Exacta* ex quibusdam vett. cum pr. A. Heins. recepit pro vulg. *exhausta.*—390 Mor. *J. dignus er.*—391 Quinque libri *Exc. officio juv.* Dein nonnulli scribunt

NOTÆ

379 *Minus*] Tertia adeoque Maii, seu quinto Nonas, oritur Chiron Centaurus, Saturni et Philyræ filius, in cœlum translatus.

381 *Pelion*] Mons Thessaliæ, in quo Chironis sedes, quam describit Naso.

Austros] Adeoque et meridiem, qua ex parte flat Auster.

385 *Phillyrides*] Chiron, a Philyra matre, Oceani et Tethyos filia, sic dictus.

386 *Detinuisse*] Namque Achillis præceptor fuit.

387 *Alcides*] Hercules.

388 *Jussa*] Junonis odio Eurysthei imperiis obnoxium fuisse Herculem nihil opus toties repetere.

Ultima] Ut Cerberum canem ex Inferis pertraheret; uti quidem nonnullis placet.

389 *Fata*] Herculem dicit atque Achillem; quorum ille Trojam sub Laomedonte diruit; hic, qui tum apud Chironem erat, sub Priamo eandem erat expugnaturus.

390 *Æacides*] Achilles Æaci nepos.

Jove natus] Hercules ex Alcmena.

391 *Juvenem*] Herculem, scilicet.

Perspicit interea clavam spoliumque leonis:
  Virque, ait, his armis, armaque digna viro.
Nec se, quin horrens auderent tangere setis
  Vellus, Achilleæ continuere manus.
Dumque senex tractat squalentia tela venenis;
  Excidit, et lævo fixa sagitta pede est.
Ingemuit Chiron, traxitque e corpore ferrum:
  Aggemit Alcides, Hæmoniusque puer.
Ipse tamen lectas Pagasæis collibus herbas
  Temperat, et varia vulnera mulcet ope.
Virus edax superabat opem; penitusque recepta
  Ossibus, et toto corpore pestis erat.
Sanguine Centauri Lernææ sanguis Echidnæ
  Mixtus ad auxilium tempora nulla dabant.
Stabat, ut ante patrem, lacrymis perfusus Achilles:
  Sic flendus Peleus, si moreretur, erat.
Sæpe manus ægras manibus fingebat amicis:
  [Morum, quos fecit, præmia doctor habet.]

Interea cernit clavam, atque exuvias leonis; et dicit, Vir dignus *his armis, armaque digna viro. Neque manus Achilleæ abstinuerunt, quin auderent tractare pellem hispidam setis. Et dum senex tenet spicula infecta venenis, excidit unum, atque adhæsit sinistro pedi. Chiron ingemuit, atque revellit ferrum ex corpore: Alcides, et puer Hæmonius aggemit. Ipse tamen miscet gramina collecta in montibus Pagasæis, et lenit vulnus diversis remediis. Venenum sævum vincebat remedia, et virus prorsus penetraverat in ossa et in totum corpus. Sanguis Echidnæ Lernææ junctus sanguini Centauri nullam patiebatur moram ad opem. Achilles madidus lacrymis stabat ut ante patrem: si Peleus fungeretur fato, sic erat lugendus. Sæpe mulcebat manus languidas manibus amicis; doctor obtinet mercedem morum, quos*

Phillirius, vel *Phyllyrius*.—393 *Perspicit* ex Zulich. et aliis: vulg. *Respicit*; pr. A. *Prospicit*.—394 Multi *hic* pro *his*.—395 Max. et duo alii *horr. auderet tang*.—396 Mor. et Strozzæ *A. sustinuere man*.—398 R. *in* pro *et*.—399 Plurimi vett. *e vulnere ferr.* et quidam *a* pro *e*.—400 Ex tribus libris Heins. profert *Adgemit*; vulg. *Et gemit*; Zulich. Max. et alter Pet. *Ingemit*.—401 Fr. *Pegasæis*.—402 Sa. *Colligit, et*. Tum *varia* est ex Nauger. Ursin. et octo aliis: ceteri *vana*.—405 Max. a man. sec. *sang. et Hydræ*.—406 *Dabant* Heins. recepit ex opt. Pat. et sex aliis pro vulg. *dabat*.—409 Vulg. *man. mul-*

NOTÆ

393 *Clavam*] Herculis gestamen.

Leonis] Nemei, scilicet, ab Hercule interfecti.

397 *Senex*] Chiron.

Tela] Sagittas Lernææ hydræ tabo infectas.

400 *Hæmonius*] Achilles Thessalus.

401 *Pagasæis*] Thessalicis: Pagasæ namque Thessaliæ oppidum haud procul a Pelio monte.

406 *Echidnæ*] Viperæ, seu hydræ Lernææ, quam in Lerna Peloponnesi

Oscula sæpe dedit. Dixit quoque sæpe jacenti;
  Vive, precor; nec me, care, relinque, pater.
Nona dies aderat: cum tu, justissime Chiron,
  Bis septem stellis corpora cinctus eras.
Hunc Lyra curva sequi cuperet; sed idonea nondum
  Est via: nox aptum tertia tempus erit.
Scorpios in cœlo, cum cras lucescere Nonas
  Dicimus, a media parte notandus erit.
Hinc ubi protulerit formosa ter Hesperus ora,
  Ter dederint Phœbo sidera victa locum;
Ritus erit veteris, nocturna Lemuria, sacri:
  Inferias tacitis Manibus illa dabunt.

finxit. Sæpe deosculatus est: sæpe etiam dixit afflicto, Vive, quæso, neque me desere, dilecte pater. Nona dies venerat, cum tu, Chiron æquissime, habebas corpus circumdatum quatuordecim stellis.——Sinuosa Lyra optaret hunc sequi; at via nondum est apta; nox tertia erit tempus idoneum.——Quando dicimus Nonas cras lucescere Scorpius erit conspicitendus in cœlo a parte media.——Postquam hinc Hesperus ter emiserit splendidos vultus, atque *astra superata ter cesserint loco Apollini, erit ritus antiqui sacri nocturna Lemuria: illa offerent Inferias silentibus*

cebat amic. duo V. et Ursin. *figebat;* sed *fingebat* ex aliis V. M. et statii libris monet Ciofanus legendum: quatuor libri *tangebat;* unus *stringebat.*—413 Mor. unus *tu, mitissime C.*—414 Fr. *corpore;* sed *corpora* pro var. lect. Nauger. Ursin. et unus Pat. *tempora.*—415 Be. *voluit* pro *cuperet.*—416 Multi libri vett. *temp. habet.*—417 Alii *Scorpius,* vel *Scorpion.*—418 Pro *notandus* alii *videndus,* vel *tenendus.*—419 Ed. Gryph. *Tunc ubi sustulerit form.* Sa. etiam et tredecim alii *sustulerit:* Jun. *prætulerit;* et alii *pertulerit,* vel *propulerit.*—421 Heins. putat scribendum *Rit. eunt vet.* Pro *nocturna* quidam vett. *celebrare;* unus *celebrate:* unde Heins. refingit *R. eunt veteris (celebrate)*

NOTÆ

palude Hercules confecit.

408 *Peleus*] Achillis pater.

410 *Morum quos*] Semibarbarum hunc versum non immerito dixit clariss. Heinsius.

414 *Bis septem*] Viginti recenset Germanici Scholiastes, Hyginus 24. in toto Chironis corpore.

415 *Sequi*] Atque adeo exoriri.

416 *Nox tertia*] Tertio adeoque Nonas Lyra oritur acronyce.

417 *Cum cras*] Pridie ergo Nonas pars altera Scorpii occidit cosmice: ut et tradit Columella.

419 *Formosa*] Splendida quippe est Hesperi seu Luciferi stella.

420 *Ter*] Septimo namque Idus Lemuria celebrabantur, quibus triduum insumebatur, diebus tamen non continuatis, ut dicetur postea.

Victa] Propter majus Solis lumen, a quo cetera astra obscurantur.

421 *Lemuria*] Hæc festa, quæ et Lemuralia dicuntur, Lemuribus instituta fuerant; quo nomine communiter bonos atque noxios genios intelligebant; cum Lares de propitiis tantum dicerentur.

422 *Inferias*] Eo nomine dicebantur sacrificia, quæ Diis Manibus infere-

Annus erat brevior; nec adhuc pia Februa norant;
  Nec tu dux mensum, Janе biformis, eras.
Jam tamen extincto cineri sua dona ferebant;
  Compositique nepos busta piabat avi.
Mensis erat Maius, majorum nomine dictus,
  Qui partem prisci nunc quoque moris habet.
Nox ubi jam media est, somnōque silentia præbet;
  Et canis, et varios conticuistis aves;
Ille memor veteris ritus, timidusque Deorum,
  Surgit: habent gemini vincula nulla pedes.
Signaque dat digitis medio cum pollice junctis;
  Occurrat tacito ne levis umbra sibi.
Terque manus puras fontana perluit unda;
  Vertitur, et nigras accipit ante fabas.
Aversusque jacit: sed dum jacit, Hæc ego mitto;
  His, inquit, redimo meque meosque fabis.

Manibus. Annus erat brevior, neque adhuc sciebant pia Februa: neque tu eras dux mensium, Jane biformis. Jam tamen portabant sua munera cineri sepulto; et nepos placabat sepulcra avi conditi. Mensis Maius erat appellatus nomine Majorum, qui obtinet nunc etiam partem antiqui moris. Cum nox est jam media, atque præbet silentia somno, et canis, et aves diversæ siluistis, ille recordans antiqui ritus, atque metuens Deos surgit; ambo pedes nullis vinculis constringuntur. Atque facit indicia digitis junctis cum medio pollice, ne levis umbra occurrant sibi silenti. Atque ter abluit puras manus aqua fontana; avertitur, atque accipit ore nigras fabas. Et aversus spargit: sed dum spargit, Ego, inquit, jacio hæc; redimo me

L.—423 Max. et duo alii *adh. nova F.* Pr. A. Max. Zulich. et duo alii *F. norat*; scil. 'annus.' Sed Burm. præfert *norant*, scil. 'homines.'—425 Pro vulg. *ferebat* pr. A. et Læti Cod. *ferebant*.—426 Mor. *bust. parabat av.*—429 *Somnoq. præbet*. Heins. dedit ex Statii, Ma. Ursin. et nonnullis V. pro vulg. *somnoq. præbent*.—433 R. *dig. medico cum*. Pro *junctis* nonnulli vett. *juncto*; multi *sumtis*; Stroxæ *victis*.—435 Sic Heins. vs. refingit: vulg. edebatur *Cumque manus pure fontana perluit unda*. Pr. A. unus F. et Læti liber dant *Terque*. Multi vett. *puras*. Quidam etiam habent *prohit*.—436 *Ante* ex

NOTÆ

bantur, aut justa quæ mortuorum Umbris persolvebantur.

428 *Brevior*] Utpote decem tantum mensium.

Februa] Lustrationes postea Februario mense institutas.

424 *Nec tu*] Primus anni mensis tibi dicatus non erat.

425 *Cineri*] Mortuorum, scilicet, compositorum.

431 *Ille*] Nepos, scilicet, aut quisquis Manibus sacra oblaturus.

433 *Signaque*] Illud est quod faciunt Saltatores, cum in volam collectis duobus ultimis digitis, pollice insuper cum medio presse juncto, vi tanta hunc per lapsum in palmam cogunt, ut ex ejus cum palma collisione sciepo non absimilem strepitum faciant.

435 *Perluit*] Solemni ritu.

Hoc novies dicit, nec respicit. Umbra putatur
  Colligere, et nullo terga vidente sequi.
Rursus aqua tangit, Temesæaque concrepat æra:
  Et rogat, ut tectis exeat umbra suis.
Cum dixit novies, Manes exite paterni;
  Respicit, et pure sacra peracta putat.
Dicta sit unde dies, quæ nominis extet origo,
  Me fugit: ex aliquo est invenienda Deo.
Pleiade nate, mone, virga venerande potenti:
  Sæpe tibi Stygii regia visa Jovis.
Venit adoratus Caducifer. Accipe causam
  Nominis: ex ipso cognita causa Deo est.
Romulus ut tumulo fraternas condidit umbras,
  Et male veloci justa soluta Remo;

atque meos his fabis. Dicit hoc novies, neque respicit. Umbra creditur colligere, et sequi terga nullo conspiciente. Lustrat rursus aqua æra Temesæa, atque ea pulsat; et orat ut Umbra egrediatur sua domo. Postquam dixit novies, Manes paterni egredimini; respicit, et arbitratur sacra pie perfecta. Nescio unde dies sit denominata, quæve sit origo nominis: petenda est ab aliquo Deo. Edita Pliade, honorande virga potenti, edoce: aula Jovis Stygii sæpe spectata a te. Caduciferi invocatus adest; disce rationem nominis: ratio est perspecta ex ipso Deo. Postquam Romulus composuit sepulcro Umbras fraternas, et inferiæ oblatæ Remo male

---

plurimis vett. ceteri *ore*.—438 Duo scripti cum pr. Ed. *inq. relino meq.*—439 Plurimi noti *Hoc* pro vulg. *Hæc*. Mox quinque *nov. dixit, nec*.—440 A. pr. *Tollere, et hæc null.* Tum Sa. *terg. sequente seq.*—441 *Aqua* ex Max. placet Heins. præ vulg. *aquam*. Mox pr. A. et Læti Cod. *T. concutit ær.* et alter. P. *concitat*.—444 Mor. *peract. putant*.—446 Duo Med. et unus Heins. *ex alio est*.—447 In voc. *Pleiade* pro var. lect. Fr. exhibet *Pleione*. Deinde in Gottorph. *lingua* pro *virga:* et Pet. *reverende potent*.—448 Pro *tibi* Voss. et Med. *cui:* Fr. cum plurimis aliis *tibi est S*.—449 Multi *Ven. adornatus C*. Mox in voc. *causam* Sa. pro var. lect. exhibet *crimen*.—450 Fr. *ex ipso est c. e. D.*

NOTÆ

441 *Tangit*] Abluendi causa.

Temesæa] Temesa seu Tempsa aut Tamasso petita, seu in Bruttiis Italiæ, seu in Cypro insula, [illegible]urbem quæsieris: namque in utraque ærifodinæ. Temesæa autem æra pro quibusvis posita; quæ quidem ad spectra fugandа apta esse credidit antiquitas.

444 *Peracta*] Rem vero ridiculam!

447 *Pleiade*] Mercurium vides invocari, qui Maiam Pleiadem matrem habuit.

Virga] Caduceus dicitur nomine proprio.

448 *Stygii*] Plutonem esse jam alibi diximus.

451 *Umbras*] Remi, scilicet.

452 *Male veloci*] Quia saltu valli angustias increpuerat; ut jam sæpe dictum.

Faustulus infelix, et passis Acca capillis,
  Spargebant lacrymis ossa perusta suis.
Inde domum redeunt sub prima crepuscula mœsti;
  Utque erat, in duro procubuere toro.
Umbra cruenta Remi visa est assistere lecto,
  Atque hæc exiguo murmure verba loqui:
En ego dimidium vestri, parsque altera voti,
  Cernite sim qualis; qui modo qualis eram!
Qui, modo si volucres habuissem regna jubentes,
  In populo potui maximus esse meo:
Nunc elapsa rogi flammis, et inanis imago.
  Hæc est ex illo forma relicta Remo.
Heu! ubi Mars pater est? si vos modo vera locuti;
  Uberaque expositis ille ferina dedit.
Quem lupa servavit, manus hunc temeraria civis
  Perdidit: O quanto mitior illa fuit!

celeri, tristis Faustulus et Acca coma sparsa irrigabant ossa exusta lacrymis suis. Inde mœrore confecti revertuntur domum sub prima crepuscula, et procubuerunt in duro lecto, ut erat. Umbra sanguinolenta Remi visa est adesse toro, atque proferre has voces tenui murmure: En aspicite qualis ego sim, dimidium et pars altera vestræ curæ, qui modo qualis eram! Qui modo, si habuissem alites addicentes imperia, potui esse maximus in gente mea; nunc sum imago vacua extracta ex flammis rogi. Hæc species est relicta ex illo Remo. Heu! ubi est Mars pater? si modo vos dixistis verum; atque ille obtulit mammas ferinas projectis. Dextra audax civis afflixit eum quem lupa servavit. O quanto illa fuit lenior! Crudelis Celer, effun-

—453 Fr. dat *sparsis* pro *passis*.—455 Plurimi scripti *red. suprema crepusc.* et Maz. et duo alii *crepusc. noctis*.—456 Arund. et P. *Sicut erant, in.* Mox pr. A. et Læti Cod. *procub. solo*.—459 Jun. multisque aliis *τὸ que* deest.—460 *Qualis* Heins. rescripsit ex Zulich. Maz. Ursin. pr. A. Arund. et multis aliis pro vulg. *talis:* P. etiam *tantus*.—463 Plurimi *Nunc sum elaps.*—464 R. et alii quatuor *relict. viro*.—465 Plurimi *Heus* pro *Heu*. Be. et sex alii *Heus mihi M.* et Maz. *Heu mihi*. Mox Arund. Fr. A. et tres alii *vos mihi ver.*—466 Quidam Codd. *illa* pro *ille;* unde Vlitius *ulla:* Heins. conj. *sylva*.—469

NOTÆ

453 *Infelix*] Propter Remi mortem, quem una cum Romulo educaverat.

Acca] Laurentia nutrix Romuli atque Remi, Faustuli conjux.

459 *Dimidium*] Quia pari cura a Faustulo cum fratre eductus.

460 *Qualis*] Afflictus, &c.

Qualis] Potens, &c.

461 *Volucres*] Sex tantum vidisse vultures ex Aventino quoties diximus?

464 *Illo*] Claro, &c.

465 *Si vos modo*] Hinc ergo petita fides generis.

Sæve Celer, crudelem animam per vulnera reddas:
Utque ego, sub terras sanguinolentus eas.
Noluit hoc frater. Pietas æqualis in illo est.
Quod potuit, lacrymas in mea fata dedit.
Hunc vos per lacrymas, per vestra alimenta rogate,
Ut celebrem festo signet honore diem.
Mandantem amplecti cupiunt, et brachia tendunt.
Lubrica prensantes effugit umbra manus.
Ut secum fugiens somnos abduxit imago;
Ad regem voces fratris uterque ferunt.
Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit
Illam, qua positis justa feruntur avis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
Litera, quæ toto nomine prima fuit.

das sævam animam per plagas; atque descendas sub terras cruciatus sicut ego. Frater noluit istud. Par amor est in illo. Præbuit quod potuit, fletus, scilicet, *in mea fata. Vos orate eum per lacrymas, et per vestros cibos, ut notet diem celebrem festo honore. Optant amplecti jubentem, et porrigunt lacertos. Umbra lubrica elabitur manibus captantibus. Postquam simulacrum excedens abduxit secum somnos, ambo referunt verba fratris ad regem. Romulus assentitur, atque vocavit eam diem, qua inferiæ tribuuntur avis sepultis, Remuria. Litera aspera, quæ fuit prima in toto nomine, mutata est in lenem longo spatio. Mox appellarunt quoque animas*

Duo scripti *per funera redd.*—471 Fr. *pietasque æqualis.* Heins. putabat aliquando *æqualis;* hoc est, *ah qualis,* vel *at qualis,* vel *Di, qualis;* vel *en qualis.*—472 Jun. *Quid pot.* Mox vulg. legebatur *lacr. manibus ille ded.* Heins. ex melioribus recepit *in mea fata.*—474 *Festo* pro vulg. *nostro* Heins. dedit ex pr. A. et Læti Codice: alter Max. *noto.* Tum Thuan. *reddat hon.* —476 Max. et duo alii *Lubr. prensantes eff.* Jun. *prendentes;* Be. *præsentes.* —477 Multi scripti et quidam editi *Visaque confugiens somn.* Unus *Visa quoque est fugiens:* P. *Visaque cum fugeret,* et Jun. *cum fugiens:* Fr. *Visaque confugiens somn. adduxit imag.*—478 Novem Codd. *vocem* pro *voces.*—481 Unus liber *est majorum temp.* Max. *in lævum;* Voss. et Fr. *in levem.*—482 Be.

NOTÆ

469 *Reddas*] Crudeli morte moriaris. Ad pacem vero Umbrarum, quibus sensitivas remanere potestates arbitrabantur, plurimum faciebant interfectorum vel inimicorum cædes. Inferiæ illæ gratissimæ.

471 *Hoc*] Me tam crudeliter de nihilo mactari.

Æqualis] Par meæ.

478 *Regem*] Romulum, scilicet.

Uterque] Faustulus, scilicet, et Acca.

479 *Remuria*] A Remo, scilicet. Quæ vera est nominis ratio.

481 *Aspera*] *R*, scilicet, in lenem *L* mutata, ut ex Remuria, Lemuria dicerentur.

Mox etiam Lemures animas dixere silentum.
Is verbi sensus, vis ea vocis erat.
Fana tamen veteres illis clausere diebus;
Ut nunc ferali tempore operta vides.
Nec viduæ tædis eadem, nec virginis aptæ
Tempora: quæ nupsit, non diuturna fuit.
Hac quoque de causa (si te proverbia tangunt)
Mense malas Maio nubere vulgus ait.
Sed tamen hæc tria sunt sub eodem tempore festa
Inter se nullo continuata die.
Quorum si mediis Bœoton Oriona quæres,
Falsus eris. Signi causa canenda mihi.
Jupiter, et, lato qui regnat in æquore, frater,
Carpebant socias, Mercuriusque, vias.
Tempus erat, quo versa jugo referuntur aratra;
Et pronum saturæ lac bibit agnus ovis.

mortuorum Lemures. Is erat sensus vocis, ea significatio verbi. Antiqui tamen operuerunt templa illis diebus, ut cernis nunc clausa tempore feriali. Neque iidem dies idonei facibus viduæ neque puellæ: quæ nupsit non fuit longæva. Propter hanc etiam rationem (si proverbia te movent) vulgus dicit prudentes nubere mense Maio. Verum tamen hæc tria festa sunt sub eodem tempore, nullo die juncta inter se.——Quorum mediis si quæres Orionem Bœoton, deceptus eris. Origo sideris ea dicenda a me. Jupiter, et frater qui habet imperium in mare vastum, atque Mercurius, una iter faciebant. Tempus erat, quo aratra inversa reportantur jugo, et agnus

---

nom. plena fu.—484 *Is* ex duobus scriptis recepit Burm. pro vulg. *Hic*: quidam Editi et scripti *Hinc*: Fr. *Hi sensus verbi*; et alii *Hic sensus verbi*. Pr. A. F. et duo alii *verbis*.—485 Pro *veteres* marg. Gryph. exhibet *Lemures*.—486 *Operta* ex plurimis; ceteri *aperta*.—489 Pro *proverbia* duo libri *convitia*: Heins. conj. *ne te convicia tangunt*.—490 *Malas* ex melioribus placet Heins. præ vulg. *malum*.—491 Max. et septem alii *eod. nomine fest.* et sic edidit Neapolis.—492 Fr. *nulla* pro *nullo*.—493 Fr. *Quarum*. Tum Jun. et Mor. *si medio B.* Omnes fere scripti *Bœotum*. Plurimi etiam *O. quæris*; et tres *quæras*.—494 Alii *caus. sonanda mih.*—496 Stroæ *Carp. solitas, M.*—497 Arund. et P. *jug. referentur ar.*—498 *Pronum* Heins. recepit ex Max. et Zulich. pro

NOTÆ

486 *Ferali*] Per feralia, de quibus in Februario.

487 *Nec viduæ*] Eadem prope vidimus in Februario.

490 *Malas*] Quas deinde necesse sit repudiare.

492 *Nullo*] Primus quia dies, qui 7. Idus, secundus, qui 5. Idus, et tertius qui 3. Idus, hoc est, Maii 9. 11. et 13. ex veteri Kalendario Lemuribus sacri. Somnia huc congessit vetus Commentator.

493 *Mediis*] 5. Idus in vet. Kalendario Orion occidit.

Bœoton] Orion quippe Thebanus.

494 *Signi*] Orionis, scilicet, pulcherrimi atque vastissimi sideris.

495 *Qui regnat*] Neptunus adeoque.

Forte senex Hyrieus, angusti cultor agelli,
Hos videt, exiguam stabat ut ante casam.
Atque ita, Longa via est, nec tempora longa supersunt,
Dixit; et hospitibus janua nostra patet.
Addidit et vultum verbis; iterumque rogavit.
Parent promissis; dissimulantque Deos.
Tecta senis subeunt, nigro deformia fumo:
Ignis in hesterno stipite parvus erat.
Ipse genu posito flammas exsuscitat aura,
Et promit quassas comminuitque faces.
Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebant:
Et fumant testu pressus uterque suo.
Dumque mora est, tremula dat vina rubentia dextra.
Accipit æquoreus pocula prima Deus.

bibit lac fluens ovis plenæ. Forte senex Hyrieus cultor tenuis agelli eos aspicit, cum staret ante exile tugurium. Atque sic inquit: Iter est longum, neque longa tempora restant, et porta nostra aperta est peregrinis. Adjecit insuper faciem vocibus, et denuo oravit. Obsequuntur promissis, et dissimulant esse Deos. Intrant domum senis turpem atro fumo; exiguus ignis erat in trunco hesterno. Ipse excitat flammas vento, genu flexo, atque profert tædas fractas, et comminuit. Vasa erant, ex quibus minus habebat fabas, alterum olera; atque utrumque fumant tectum suo testu. Et dum mora est, præbet vina rubra manu tremente. Deus marinus

vulg. *pronus:* unus Mor. *promtum.*—499 Ex opt. Ursin. Heins. dedit *Hyrieus,* nam vulg. legebatur *Oriens:* alii *Hyreus;* Maz. *Hyrtheus;* Zulich. *Hirteus;* unus Mor. *Hyereus;* unus P. *Hereus;* Scaliger *Jereus:* alii aliter.—506 *Hesterno* ex Statii, Ursin. et quatuor V. vulg. *extremo:* multi scripti et Marg. Gryph. *externo.*—507 Burm. mallet *Inde gen.* Heins. recepit *posito* ex Læti Cod. uno F. et pr. A. vulg. *nixus.* Deinde *exsuscitat* ex Zulich. Maz. opt. Pat. pr. F. et quatuor aliis; vulg. *excussit ab;* et sic etiam plurimi scripti.—508 Multi meliores, teste Heins. *Et profert quass.* unus *ponit.* Sa. et alius pro *quassas* habet *siccas:* unus Med. *cassas.* Tum duo *continuatque fac.*—509 *Habebant* Heins. dedit ex Strozzæ libro; alii cum vulg. *habebat.*—510 *Fumant* est ex Heins. emend. Læti liber, pr. A. et quinque alii *fumat:* vulg. legebatur *spumat,* at multi *spumant.* Tum pro *testu* plurimi vett. *teste;* alii *testa...sua.* Pet. et Be. *tectus uterq.*—511 Maz. et Mor. *trem. dant vin.*—

NOTÆ

497 *Quo*] Vespertinum igitur fuit.

499 *Hyrieus*] Quem alii regem faciunt.

503 *Vultum*] Ex quo maxime animi voluntas intelligitur.

508 *Comminuit*] Ut, scilicet, facilius ignem conciperent.

509 *Calices*] Vasa esse hic videa cibis excoquendis, non pocula.

510 *Testu pressus*] Testis calices operti.

511 *Mora*] Donec apparatæ essent dapes illæ lautæ.

Quæ simul exhausit; Da nunc bibat ordine, dixit,
  Jupiter. Audito palluit ille Jove.
Ut rediit animus; cultorem pauperis agri
  Immolat, et magno torret in igne bovem.
Quæque puer quondam primis diffuderat annis,
  Prodit fumoso condita vina cado.
Nec mora: flumineam lino celantibus ulvam,
  Sic quoque non altis, incubuere toris.
Nunc dape, nunc posito mensæ nituere Lyæo.
  Terra rubens crater, pocula fagus erant.
Verba fuere Jovis: Si quid fert impetus, opta:
  Omne feres. Placidi verba fuere senis:
Cara fuit conjux, primæ mihi cura juventæ
  Cognita; nunc ubi sit quæritis? urna tegit.
Huic ego juratus, vobis in verba vocatis,
  Conjugio, dixi, sola fruere meo.

sumit prima pocula. Quæ statim atque bibit, Da, inquit, nunc Jupiter potet ordine. Ille palluit Jove audito. Postquam animus rediit, mactat cultorem tenuis arvi, atque asset juvencum in magno igne. Atque promit vina servata cado fumoso, quæ puer olim condiderat prima ætate. Et sine cunctatione discubuerunt lectis tegentibus lino ulvam flumineam, sic etiam non sublimibus. Mensæ ornatæ sunt nunc epulis, nunc vino apposito. Cantharus erat terra rubra, pocula fagus. Dicta Jovis fuerunt: Si votum tuum *aliquid expetit, vove: consequeris omnia. Voces lenis senis fuerunt: Uxor dilecta fuit cognita a me, cura primæ juventutis. Petitis ubi nunc sit? Urna tenet. Ego juratus, vobis citatis in voces meas, pollicitus sum, Frueris sola*

---

517 Heins. mallet *pr. defuderat ann.*—519 Pembroc. *lin. celante dat ulv.*—520 Duo vett. *alt. discubuere tor.* Fr. *procubuere;* et *incubuere* pro var. lect.—521 Sa. et Pet. *mens. enituere L.*—522 Heins. conj. *Testa rub.* Burman. vero censet vulgatam servari posse. Plurimi *fag. erat.*—523 In quibusdam *ora* pro *opta:* in Fr. *ede.*—524 Be. *feret* pro *feres.*—525 Vulg. edebatur *Cura f. c. prima m. c. jurenta:* Ursin. *Cara f. c. caræ m. prima juventæ;* multi alii *prima m. cara juventa.* Ex hisce vestigiis Heins. nostram lect. finxit. Be. P. et duo alii *cara m. prima juventa:* Jun. *prima mihi grata.* Burm. libentius legeret *primæ mihi flore juventæ.*—526 Pro *Cognita* Max. Zulich. pr. F., et quatuor

NOTÆ

515 *Cultorem*] Bovem ergo.

517 *Quondam*] Ætate æstimasse vinum veteres, illudque quod infumatum, quid attinet dicere? omnes sciunt.

519 *Ulvam*] Herba est palustris, ex qua splendidi isti tori.

522 *Crater*] Vas vinarium erat fictile.

526 *Urna*] Qua condita et sepulta est.

527 *Juratus dixi*] Jurejurando promisi.

Et dixi, et servo, sed enim diversa voluntas
Est mihi: nec conjux, et pater esse volo.
Annuerant omnes: omnes ad terga juvencæ
Constiterant. Pudor est ulteriora loqui.
Tum superinjecta texere madentia terra.
Jamque decem menses; et puer ortus erat.
Hunc Hyrieus, quia sic genitus, vocat Uriona.
Perdidit antiquum litera prima sonum.
Creverat immensum: comitem sibi Delia sumsit.
Ille Deæ custos, ille satelles erat.
Verba movent iras non circumspecta Deorum.
Quam nequeam, dixit, vincere, nulla fera est.
Scorpion immisit Tellus. Fuit impetus illi
Curva gemelliparæ spicula ferre Deæ.

consortio meo. Et dixi, et præsto; verum enim est mihi contrarium desiderium: nolo esse maritus, et cupio esse parens. Omnes faverant; omnes constiterant ad corium tauri. Vereor proferre cetera. Tum operuerunt madidum terra superstrata. Jamque decem menses, et puer erat natus. Hyrieus appellat hunc Urienem, quia sic generatus. Litera prima amisit veterem sonum. Auctus erat immensum; Delia cepit sibi comitem. Ille erat custos, et satelles Deæ. Voces imprudentes provocant iras Deorum. Nulla, inquit, fera est, quam non possim domare. Terra protulit Scorpionem. Ille nixus est infigere curvos aculeos Deæ

alii *Condita*, ut ad urnam referatur.—530 *Et* ex Zulich. Maz. et quatuor aliis placet Heins. præ vulg. *sed*.—532 Unus F. *Constiterunt*; et tum *Annuerunt* legendum. Scribe etiam *juvencæ* [pro vulg. *juvenci*]: vaccam ab iis initam describit. *Heins*.—535 Fr. *Hinc Hyreus q. sit g. v. Oriona*; multi etiam alii *Oriona*.—536 Thuan. *pr. locum*.—537 Quinque scripti *Crevit in immens*. Be. *Crevit immensis*. Deinde P. Sa. et alii *D. fecit*.—538 Sa. *Inde D*.—541

NOTÆ

531 *Terga juvencæ*] Corium bovis immolatæ.

532 *Pudor*] Corio quippe Dii illi imminxerunt.

533 *Madentia*] Terga, scil. juvencæ.

535 *Sic genitus*] Ex urina, scil.

536 *Perdidit*] Quia Orion dictus.

537 *Delia*] Diana.

538 *Satelles*] Quin et illi voluisse nubere Hyginus ex auctore quodam scripsit.

542 *Gemelliparæ*] Dianæ, inquit Commentator, quæ nunquam peperit. Dormitabat. Latonæ dixeris, quæ Apollinem et Dianam uno partu edidit, atque Orionem defensorem peremtum tamen pro beneficio Astris addidit.

Spicula] Annon et credas 'sagittas hamatas' Scorpioni affixisse Commentatorem, qui spiculis et aculeis a natura instructum illud genus non meminerit? Rideas saltem

Obstitit Orion. Latona nitentibus astris
Addidit: et, Meriti præmia, dixit, habe.
Sed quid et Orion, et cetera sidera mundo
Cedere festinant, noxque coarctat iter?
Quid solito citius liquido jubar æquoris exit
Candida, Lucifero præveniente, dies?
Pallor? an arma sonant? Non fallimur: arma sonabant.
Mars venit: et veniens bellica signa dedit.
Ultor ad ipse suos cœlo descendit honores,
Templaque in Augusto conspicienda Foro.
Et Deus est ingens, et opus: debebat in Urbe
Non aliter nati filius habitare sui.
Digna Giganteis hæc sunt delubra tropæis:
Hinc fera Gradivum bella movere decet:

gemelliparæ. Orion prohibuit. Latona affixit sideribus splendentibus; atque dixit, Obtine mercedem beneficii.—Verum quamobrem et Orion, et reliqua astra properant excedere mundo, noxque breviat iter? Quare dies splendida profert lumen ex mari fluido citius solito, Lucifero præcurrente? Decipior? an arma strepunt? Non decipimur: arma strepebant. Mars adest; atque accedens fecit indicia bellica. Ipse vindex descendit ad suos honores, atque delubra videnda in Augusto foro. Et Deus est magnus, et ædificium. Mars non debebat aliter excipi in Urbe filii sui. Hæc templa sunt digna tropæis Gigantæis: convenit Gradivum

---

Mor. et duo alii *Scorp. emisit T.*—542 Alii *gemelliferæ.*—544 Max. *et, Meritis præm.*—545 Sa. et tres alii *sid. cœlo.*—547 Fr. Qui *sol.* Deinde pro *liquido* multi *nitido;* et alter Max. pro var. lect. *vitreo.*—549 Heins. malebat *arm. sonarunt.*—550 P. *sign. dabat;* et alius ejusdem Bibliothecæ *movet.*—551 Sa. *Victor et ipse.*—553 Alii *Est D. est ing.*—555 A. et Læti *del. triumphis;* Pat. et alius

NOTÆ

545 *Sed quid*] Ex re ipsa, quia Orion occidit, tum insuper noctes hoc tempore breviores, Augusto assentandi Naso ingeniose captat occasionem. In veteri vero Kalendario 4. Idus Maias Ludi Marti in Circo assignantur: quare illa ut dies illucescerēt qua Augustus in foro a se structo templum Martis Ultoris consecravit, cessisse nocturna sidera, haud quaquam temere Poëtam scripsisse dixeris.

547 *Jubar*] Ex solis splendore.

548 *Lucifero*] Qui Solis ortum præcedit.

549 *Sonant*] Propter Martis festum.

551 *Ultor*] Huic templum sumtuosissimum in foro suo Augustus, ratione habita belli, quod patris sui ulciscendi causa susceperat, additis donariis, ædificavit.

553 *Deus*] Mars.

Opus] Templum.

555 *Giganteis*] De gigantibus reportatis, quibus tacite pares indicat Naso qui adversus Augustam domum insurrexerant.

556 *Decet*] Ad illud alludit quod sanxerat Augustus, ut Provinciis

Seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset;
Seu quis ab occiduo Sole domandus erit.
Prospicit armipotens operis fastigia summi:
Et probat invictos summa tenere Deos.
Prospicit in foribus diversæ tela figuræ;
Armaque terrarum milite victa suo.
Hinc videt Æneam oneratum pondere sacro;
Et tot Iuleæ nobilitatis avos.
Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem:
Claraque dispositis acta subesse viris.
Spectat et Augusto prætextum nomine templum,
Et visum, lecto Cæsare, majus opus.

hinc ciere æva bella; sive aliquis impius nos solicitet a plaga orientis; sive aliquis erit subigendus a Sole cadente. Armipotens prospicit culmina supremi operis, et amat Deos invictos habere suprema. Prospicit in valvis tela variæ formæ, atque arma orbis superata milite suo. Hinc cernit Æneam pressum onere sacro; et tot avos nobilitatis Iuleæ. Hinc cernit Iliaden ferentem humeris arma ducis, et nobilia facinora subjecta viris ordine digesta. Videt quoque delubrum decoratum nomine Augusto; atque ædificium splendidius Cæsare lecto. Juvenis istud voverat tunc

---

vetustis.—557 Pro *impius* Pembroc. *impetus*; P. alter *turpius*. Mox plurimi *orb. lacessit*; et Stroæ *lacessat*.—558 Arnnd. et Excerpt. D. *demand. erat*.—559 Vulg. *Perspicit armip.* 'Libri meliores tam hic quam paulo post *Prospicit*.' Heins. Quidam *Respicit*.—560 Vulg. legebatur *illa* pro *summa*: sed multi Codd. exhibent *invictas summa t. Deas*; et plurimi *invictos summa t. Deos*. Quidam etiam *sola t.* Be. *cuncta*; unus *scripta*; duo *arma*.—561 V. *tela figura*; et Sa. *tela sagittæ*.—562 Voss. *Regnaq. terr.* Mox pro *victa* in P. erat *facta*, unde Heins. conj. *fracta*: Burm. putat *fixa* posse legi.—563 Alter Max. *Æ. ornatum pond.* Tum *sacro* ex pr. Med. et Thuan. placetque Heins. pro vulg. *caro*. Mor. pr. *oner. pond. magno*.—564 Max. a pr. man. *tot Iüle tuos nobil.*—566 Voss. et tres alii *Claraq. depositis act.* Tres etiam *arma subess.* et unus

NOTÆ

petituri cum imperio inde deducerentur. Adeas Suetonium in ejus vita.

559 *Armipotens*] Martis signum in templi aditu, ante fores positum.

561 *Tela*] In illud enim Martis templum, qui victores essent, ut triumphorum insignia inferrent, Augustus sanxerat.

563 *Sacro*] Patris Anchisæ, quem humeris gestabat.

564 *Avos*] Eorum statuas, quas triumphali effigie in utraque fori sui porticu Augustus dedicavit.

565 *Iliaden*] Romulum, Ilia matre ortum, qui Acronis Ceninensium ducis a se victi arma Jovi Feretrio opima spolia reportavit et consecravit.

566 *Subesse*] Singulis quippe imaginibus additus index seu titulus rerum præclare gestarum.

567 *Prætextum*] Atque adeo tanti Principis nomine insignitum atque ornatum. Prætextum vero Latini dicunt quicquid ornatus gratia assumtum.

Voverat hoc juvenis tunc, cum pia sustulit arma:
A tantis Princeps incipiendus erat.
Ille manus tendens, hinc stanti milite justo,
Hinc conjuratis, talia dicta dedit:
Si mihi bellandi pater est, Vestæque sacerdos
Auctor; et ulcisci numen utrumque paro:
Mars, ades; et satia scelerato sanguine ferrum:
Stetque favor causa pro meliore tuus.
Templa feres, et, me victore, vocâberis Ultor.
Voverat; et fuso lectus ab hoste redi.
Nec satis est meruisse semel cognomina Martis:
Persequitur Parthi signa retenta manu.
Gens fuit et campis, et equis, et tuta sagittis;
Et circumfusis invia fluminibus.

eum movit pia arma. Princeps erat incipiendus a tantis. Ille porrigens manus, milite justo hinc stante, hinc conjuratis, protulit talia verba: Si Parens et Sacerdos Vestæ est mihi suasor belli, atque institui ulcisci utrumque numen; Mars fave, atque exple ferrum sanguine scelesto, et tuus nutus faveat causæ æquiori. Obtinebis delubra, et me superiore appellaberis Ultor. Pollicitus erat, et repetiit domum lætus ab hoste victo. Neque satis est meruisse semel cognomina Marti: persequitur signa retenta manu Partha. Fuit natio secura et agrorum vastitate, et equis, et spiculis; atque inaccessa fluviis undique cingentibus. Clades Crassorum auxerat

facta.—571 Alii *tend. astanti mil.* vel *instanti:* unde corr. Heins. *et stanti.* Be. *mil. Thraco.*—573 Quædam exemplaria habent *mih. pellendi pat.* Tum Fr. Arund. et octo alii *es* pro *eō.*—574 Fr. *Actor; et Numen* Heins. rescripsit ex Ursin. Nauger. pr. F. Voss. Arund. et multis aliis pro vulg. *nomen.*—577 Plurimi *Thura fer.* tredecim *Tela.*—578 Duo libri *fus. victor ab.* Et Pat. *host. tulit.*—579 Sic meliores teste Heins. nisi quod plerumque habent *Martis.* '*Marti* scribendum; nam unus Pat. *sui augu. Marti;* alius *sui... Martem.* Zulich. et Maz. *meminisse mei;* mendose: alii *meruisse sibi,* vel

NOTÆ

568 *Cæsare*] Ejus nomine.

569 *Pia*] Pro patris ultione, ut supra diximus.

571 *Hinc*] Ab Augusti partibus, scil.

572 *Conjuratis*] Bruto Cassioque, itemque aliis, qui bello Philippico adversus Augustum steterunt.

573 *Pater*] Julius Cæsar, qui Augustum adoptavit.

Vestæ sacerdos] Idem Julius Pontifex maximus.

574 *Auctor*] Causa ut hæc bella geram.

579 *Cognomina*] Ut Ultor diceretur: quem Bisultorem, structo in Capitolio novo templo, voluit appellari.

580 *Partha*] Parthi vero Crassiana clade rapta signa, Augusti nominis magnitudine permoti, ultro retulerunt.

581 *Campis*] Patentibus, ubi cominus cum illis certare non dabatur. Verum Dionem Cassium ne pigeat

Addiderant animos Crassorum funera genti;
Cum periit miles, signaque, duxque simul.
Signa, decus belli, Parthus Romana tenebat;
Romanæque aquilæ signifer hostis erat.
Isque pudor mansisset adhuc, nisi fortibus armis
Cæsaris Ausoniæ protegerentur opes.
Ille notas veteres, et longi dedecus ævi
Sustulit: agnorunt signa recepta suos.
Quid tibi nunc solitæ mitti post terga sagittæ;
Quid loca, quid rapidi profuit usus equi?
Parthe, refers aquilas: victos quoque porrigis arcus.
Pignora jam nostri nulla pudoris habes.

ferociam genti; cum exercitus, atque signa, itemque imperator una sublata sunt. Parthus servabat signa Romana honorem belli; atque hostis erat signifer Aquilæ Romanæ. Quin illud dedecus restaret adhuc, nisi robur Italum defenderetur validis armis Cæsaris. Ille delevit antiquum pudorem, et probrum protracti ævi: signa recepta agnoverunt suos. Cujus usus tibi fuerunt spicula solita fundi post terga; quid locorum vastitas *profuit, quid usus equi celeris? Parthe, refers aquilas: offers etiam arcus subditos: jam nulla tenes indicia nostri dedecoris. Delu-*

sui, vel *satis*, vel *quidem*, vel *viro;* male omnia. *Heins.* — 580 Mor. et octo alii *Prosequitur P.* Tum *Partha* est ex emend. Heins. ceteri legunt *Parthis*, vel *Parthi.*—581 Pet. *aquis* pro *equis.*—583 Mor. et duo alii *Et dederant axim.* Deinde P. alter et Fr. *C. nomina gent.*—585 P. et Excerpt. D. *Sign. ducis miles, P.* Rumpfii et multi alii *ducis belli.*—586 Mor. unus *Romanasq. aquilas s. h. habet.*—589 P. alter *Ill. moras vet.*—590 Unus liber *Solvit, et agn.* Tum Jun. et duo alii *sign. reperta su.*—591 Erfurt. *solitas...sagittas;* quod placet Heins.—592 Unus Mor. *quid profugi prof.*—593 In duobus Codd. pro *victos* erat *pictos*, et in Maz. a pr. man. *victor;* quod si recipias, Burm. legendum censet *victor modo porr.* Cl. Basnagius, Histor. Judæor. qui edidit, scribendum esse contendit *victus*, vel *captos:* at Burm. vulgatum de-

NOTÆ

sumere hujus loci interpretem.

Equis] Adversus Crassum quidem Parthorum circumfusi undique equitatus, in modum grandinis atque nimborum densa pariter tela fuderunt; ut testatur Florus.

582 *Fluminibus*] Euphratem puta, Tigrim, aliaque.

583 *Crassorum*] Patris, scil. Consulis, cujus quidem cupiditas, dum Parthico inhiat auro, undecim strage legionum et ipsius capite mulctata est; filii insuper, pæne in conspectu patris telis oppressi.

584 *Signa*] Aquilæ præsertim.

589 *Notas*] Ignominiam ex sublatis signis, deletoque exercitu.

591 *Post terga*] Ille vero usus gentis.

592 *Loca*] Inaccessa, scil.

593 *Victos*] Magis tamen Augusti gloria quam armis; cui præterea accedit Nasonis eloquentia.

594 *Nulla*] Legiones tamen undecim?

Rite Deo templumque datum nomenque bis ulto,
  Et meritus votis debita solvit honos.
Solenni Ludos Circo celebrate, Quirites:
  Non visa est fortem scena decere Deum.
Pleiadas aspicies omnes, totumque sororum
  Agmen, ubi ante Idus nox erit una super.
Tum mihi non dubiis auctoribus incipit æstas;
  Et tepidi finem tempora veris habent.
Idibus ora prior stellantia tollere Taurum
  Indicat: huic signo fabula nota subest.
Præbuit, ut taurus, Tyriæ sua terga puellæ
  Jupiter, et falsa cornua fronte tulit;
Illa jubam dextra, læva retinebat amictus;
  Et timor ipse novi causa decoris erat.
Aura sinus implet: flavos movet aura capillos.
  Sidoni, sic fueras accipienda Jovi.

brum atque nomen vitæ exhibitum Deo bis ulto, et honor meritus persolvit debita votis. Quirites, celebrate Ludos solenni Circo: scena non credita est decere potentem Deum.——Cum nox una restabit ante Idus, videbis omnes Pleiadas, et totum chorum sororum. Tum æstas mihi incipit certis auctoribus; et spatium veris tepidi consecutum est finem.——Prior Idibus indicat Taurum efferre caput micans: fabula trita assignatur huic sideri. Postquam Jupiter Taurus obtulit sua terga virgini Tyriæ, et gestavit cornua capite ficto; illa retinebat jubam dextra, vestes sinistra; et ipse metus erat causa novæ pulchritudinis. Ventus inflat sinus: ventus agitat flavam comam. Sidoni, ita fueras rapienda a Jove. Sæpe retraxit

fendit.—595 Ursin. *numenque bis ultum.* Vulgo legebatur *nomenq. Bisultor:* nonnulli etiam *bis ultum:* ex Zulich. Max. plurimisque aliis recepit Heins. *bis ulto.*—596 Meliores, teste Heins. *Et meritus:* vulg. *Emeritus.* Tum multi scripti et editi *mer. voti deb.*—597 Heins. arridet lectio Codd. Max. Zulich. et Hamburg. *Solenni...Circo:* vulg. edebatur *Solennes L. Circi:* plurimi etiam scripti *Circum;* et Helm. *circa.*—599 Max. *P. invenies omn.* Gryph. ed. *aspicias.*—600 Mor. alter *nox erat un.*—601 Fr. *Tunc* pro *Tum.*—604 Unus Mor. *fab. certa sub.*—607 Be. *Ill. jubas dextr.*—610 *Accipienda* Heins. rescripsit ex

NOTÆ

595 *Bis ulto*] De conjuratis bello Philippico, tum de Parthis.

597 *Ludos*] Qui Marti quotannis in Circo exhibentur, atque in Augusti gloriam redundant.

600 *Ubi ante*] Tertio Idus Maias Pleiades oriuntur heliace.

601 *Non dubiis*] Columellæ tamen incipit æstas Mail die nona, Ptolemæo decima quinta.

603 *Idibus prior*] Pridie Idus Tauri caput oritur ante Solis ortum.

605 *Taurus Jupiter*] Jupiter Tauri specie tectus.

Tyriæ] Europæ, Tyro Phœnicis oriundæ; cujus fabulam non semel repetivimus in superioribus.

607 *Jubam*] Tauri villos; ne in

Sæpe puellares subducit ab æquore plantas;
Et metuit tactus assilientis aquæ:
Sæpe Deus prudens tergum demittit in undas;
Hæreat ut collo fortius illa suo.
Littoribus tactis stabat sine cornibus ullis
Jupiter: inque Deum de bove versus erat.
Taurus init cœlum: te, Sidoni, Jupiter implet:
Parsque tuum terræ tertia nomen habet.
Hoc alii signum Phariam dixere juvencam;
Quæ bos ex homine est, ex bove facta Dea.
Tum quoque priscorum virgo simulacra virorum
Mittere roboreo scirpea ponte solet.

ex mari pedes virgineos; et reformidavit tactus aquæ incurrentis. Sæpe Deus deprimit dorsum in fluctus de industria, ut illa insistat validius collo suo. Jupiter erat sine ullis cornibus littoribus tactis; atque erat mutatus in Deum de tauro. Taurus tollitur in cœlum: Jupiter te facit gravidam, Sidoni; et pars tertia terræ habet tuum nomen. Alii dixerunt hoc sidus esse *vaccam Phariam, quæ est facta vacca ex homine, ex vacca mutata est in Deam. Tum etiam virgo solet dejicere ponte roboreo imagines scirpeas veterum virorum. Qui arbitratus est corpora in-*

pr. A. et duobus aliis; vulg. *aspicienda:* Thuan. et alius *conspicienda.*—611 *Subducit* ex P. et Excerpt. D. placet Heins. præ vulg. *subduxit.*—613 Vulgati *distisit:* Heins. ex Max. Zulich. et multis aliis corr. *demittit:* plures *dimittit:* F. *dimittis;* et tam in seq. vs. Heins. monet legendum *collo...tuo.*—619 Plurimi libri *Hoc cœli sign.* Fr. *cœli sign. P. d. juventam.*—621. 622 Pol. et Ursini *prisc. vulgo s. Deorum Mitti...solent;* nisi quod in illo posteriori, *solet;* et pro *vulgo, virgo* cum vulgatis: opt. Pat. *Tu quoque prisc. virgo s. virorum Mittere...soles;* eo et septem alii alludunt, in quibus *Tu...solet.* Præterea pro *virorum* Gottorph. *Deorum,* Heins. putat pro *reorum.* In antiqua

NOTÆ

mare, qua a Jove in taurum deformato avecta est, decideret.

610 *Sidoni*] Europam ipsam compellat, quam Sidoniam, propter Sidonis urbis cum Tyro vicinitatem, appellat.

Sic] Ea specie et forma, qua gratior fuisses.

611 *Subducit*] Dum mari a Jove auferretur.

617 *Implet*] Unde et natus Minos rex Cretæ.

618 *Tertia*] Europa, scil. tertia quidem quo tempore Americæ nulla mentio.

619 *Phariam*] Ægyptiam, a Pharo, Canopico olim Nili ostio objecta insula, eo nomine dictam. Atque ea Io seu Isis est Inachi filia, quam toties jam vidimus.

621 *Virgo*] Vestalis, quæ tamen non sola, sed ceteris stipata, cumque his Pontificibus, Prætoribus, aliisque mystis.

622 *Roboreo*] Sublicium dixerunt, a sublicis seu tignis, quibus solis, sine ære aut ferro, suffultus, diu stetit.

Scirpea] Ex scirpis intextis antiquorum illorum simulacra fingebantur.

Corpora post decies senos qui credidit annos
  Missa neci; sceleris crimine damnat avos.
Fama vetus: tum cum Saturnia terra vocata est,
  Talia fatidici dicta fuere Dei:
Falcifero libata seni duo corpora, gentes,
  Mittite; quæ Tuscis excipiantur aquis.
Donec in hæc venit Tirynthius arva, quotannis
  Tristia Leucadio sacra peracta modo.
Illum stramineos in aquam misisse Quirites:
  Herculis exemplo corpora falsa jaci.
Pars putat, ut ferrent juvenes suffragia soli,
  Pontibus infirmos præcipitasse senes.

terfecta post annos sexaginta, damnat majores crimine sceleris. Fama antiqua; tum cum terra appellata est Saturnia, talia fuerunt verba Dei fatidici: Gentes offerte seni falcifero duo corpora libata, quæ excipiantur aquis Tuscis. Lugubris sacra quotannis perfecta ritu Leucadio, donec Tirynthius appulit his agris. Illum impulisse Romanos stramineos in aquam: exemplo Herculis corpora ficta deturbari. Pars credit juvenes devolvisse pontibus senes invalidos, ut soli ferrent suffragia.

Lactantii Ed. *Tum quoque...solet.* Be. etiam *robusto* pro *roboreo.*—623 P. et Be. *qui condidit ann.* quod nec displicet Burm.—625 Fr. *tunc* pro *tum.*—626 *Fuere* ex melioribus restituit Heins. pro vulg. *fuisse.* Opt. Med. exhibet *Dei*, unde Heins. recepit pro vulg. *senis.*—630 *Modo* exhibent Nauger. Ursin. Maz. Zulich. et duo alii; at vulg. *Deo.*—632 Duo libri *corp. missa jac.*—633 Voss.

NOTÆ

623 *Corpora*] Moris antequam rationem reddat Naso, opinionem quandam falsam Majoribus injuriosam refutat: quanquam haud equidem scio num vere.

624 *Missa neci*] Apud Scythas quosdam, itemque Americanos, barbarum eum morem, quo sexagenarii exturbarentur, invaluisse, multi tradiderunt.

625 *Terra*] Italia, scil. quæ a Saturno Saturnia dicta.

626 *Dei*] Apollinis Dodonæi, ut ex Macrobio atque Lactantio indicavit clariss. Heinsius. Græcos versus retulit Neapolis, quos tamen rescribere tanti non duxi.

627 *Falcifero*] Saturno adeoque, cujus falx insigne est.

Gentes] Ad Aborigines istud spectat, qui primi Italiam regnante Saturno tenuerunt.

628 *Tuscis*] Fluvii Tiberini ex Tuscia defluentis.

629 *Tirynthius*] Hercules est, a Tirynto Bœotiæ oppido.

630 *Leucadio*] Apollini, scil. qui in Leucate Ionii maris insula contra Epirum templum habuit. Leucadiis autem mos patrius fuit, ut Strabo refert, ut in Apollinis sacrificio quotannis sontem aliquem, avertendæ Deorum iræ causa, e montis specula dejicerent.

631 *Illum*] Herculem, scil.

Quirites] Per anticipationem Re-

Thybri, doce verum: tua ripa vetustior Urbe:
Principium ritus tu bene nosse potes.
Thybris arundiferum medio caput extulit alveo,
Raucaque dimovit talibus ora sonis:
Hæc loca desertas vidi sine mœnibus herbas:
Pascebat sparsos utraque ripa boves.
Et quem nunc gentes Tiberin noruntque timentque,
Tunc etiam pecori despiciendus eram.
Arcadis Evandri nomen tibi sæpe refertur:
Ille meas remis advena torsit aquas.
Venit et Alcides, turba comitatus Achiva.
Albula, si memini, tunc mihi nomen erat.
Excipit hospitio juvenem Pallantius heros:
Et tandem Caco debita pœna venit.

Thybri, indica veritatem: tua ripa antiquior Urbe: tu potes bene nosse initium moris. Thybris sustulit caput arundiferum media fossa, atque aperuit rauca ora hujusmodi vocibus: Aspexi hæc loca gramina sola sine muris: utraque ripa pascebat juvences errantes: et quem nationes norunt et metuunt jam, eram tunc Tiberis contemnendus etiam pecori. Nomen Evandri Arcadis sæpe tibi repetitur: ille hospes agitavit meas aquas remis. Alcides quoque accessit stipatus agmine Græco. Si recordor, Albula erat tunc mihi nomen. Heros Pallantius excipit hospitio juvenem; atque

---

juv. solatia sol.—634 Multi *inf. præcipitare sen.*—635 Fr. *Urb. est.*—636 Sa. *nosse. putes;* et sic Fr. a pr. man. Burm. conj. *te bene nosse putem.*—637 Fr. et Mor. *T. arundineum med.* Deinde Pet. *ext. alvo:* nonnulli etiam *mediis exp. ext. undis.*—638 P. et unus Med. *Paucaque dim.* Heins. malebat *Glaucaque.* Tum Fr. in voc. *dimovit* exhibet *demovit* pro var. lect.—639 Be. et R. *vid. et sin.*—640 *Sparsos* ex melioribus Heins. recepit pro vulg. *sparsas:* tres libri et Edd. pr. et Gryph. *paucos.*—641 Fr. *T. gent.* inverso ordine. *Tiberin* ex pr. Ed. alii *Tiberim:* Ursin. et unus P. *Tiberis.* Heins. aliquando putabat *Tiberinum horrentq. timentq.* Pro *noruntq.* Mor. Arund. et Pet. *noscuntq.*—642 Fr. *despiciend. erat.*—646 Jun. *Albida si mem.* Thuan. *sic* pro *si.*—648 *Venit* Heins. dedit ex Maz. Zulich. pr. A. pr. Med. opt. Pet. Voss. et septem

NOTÆ

manos eo appellat nomine, quorum posteri denique sic dicti.

638 *Ferrent suffragia*] Adeoque et soli, sine omni senum repugnantia, imperarent.

635 *Thybri*] Tiberinum fluvium, aut ejus Deum, totius rei conscium, invocat, a quo doceatur.

637 *Arundiferum*] Arundine, de more, coronatum.

639 *Hæc loca*] Vide an non ista ex intimo antiqui Dei ingenio fluant. Ipsum quidem ego videor audire.

643 *Sæpe*] Atque adeo eum hominem nosse debes; ne labor sit Deo inculcare.

645 *Alcides*] Hercules; cujus etiam in Italiam adventum supra vidimus.

646 *Albula*] Ab aquarum, aut certe limi seu sabuli colore.

647 *Juvenem*] Herculem.

Pallantius] Evander a Pallante

Victor abit, secumque boves, Erytheida prædam,
  Abstrahit: at comites longius ire negant.
Magnaque pars horum desertis venerat Argis:
  Montibus his ponunt spemque Laremque suum.
Sæpe tamen patriæ dulci tanguntur amore;
  Atque aliquis moriens hoc breve mandat opus:
Mittite me Tiberi: Tiberinis vectus ut undis
  Littus ad Inachium pulvis inanis eam.
Displicet hæredi mandati cura sepulcri:
  Mortuus Ausonia conditur hospes humo.
Scirpea pro domino Tiberi jactatur imago,
  Ut repetat Graias per freta longa domos.

denique supplicium debitum obtigit Caco. Victor discedit, et abducit secum bovem prædam Erytheida: at socii recusant ulterius procedere. Magnaque pars horum venerat Argis relictis: constituunt his collibus et spem suam et domum. Sæpe tamen moventur grato desiderio patriæ; atque aliquis obitum imperat hoc breve opus: Jacite me in Tiberim, ut latus fluctibus Tiberinis veniam pulvis vanus ad littus Inachium. Cura sepulcri jussi ingrata est hæredi; peregrinus fato functus tumulatur in terra Itala. Simulacrum scirpeum mittitur in Tiberim pro domino,

---

allis pro vulg. *fuit*.—649 In Fr. scribitur *Erictida*. V. et duo alii *Erithyidas uitor Abstr.* et sic Turnebus legebat.—650 Jun. A. et Maz. *Abstulit*; Pat. unus *Abstruit*. Tum Fr. *et comit*. Mox V. et Pet. *ir. jubet*.—651 *Venerat Argis* ex Heins. corr. nam in Edd. legebatur *mansit in agris*; et unus liber *arvis*: Ursin. pr. A. Maz. Zulich. et tres alii *venerat agris*.—652 Pro *spemq*. Heins. malit *remq*.—653 Mor. *patr. dulcis tang*. Sa. *dulci torquentur*.—655 *Tiberi* ex Heins. emend. vulgo *in Tiberim*; at τὸ *in* libri quidam non agnoscunt; et Strozz. Cod. *Tiberis*. Mox plurimi *in* pro *ut*; duo *ab*.—658 Plurimi *Hic tuus A.* et unus *Hinc tuus*. Pr. A. *cond. exul hum*.—659 Mor. *Stupea pro dom*. Tum, ex manuscriptis et meis omnibus antiquis legas *in Tiberim*. Neapol.—660

NOTÆ

proavo, vel Pallantio Arcadiæ oppido, unde profectus, eo nomine appellatus.

648 *Caco*] Famosissimo latroni, quem sustulisse Herculem ob surreptos boves sæpius diximus.

649 *Victor*] Hercules.

Erytheida] Boves, scil. ex Erythea insula ad Gades Geryoni ablatas, in Italia non reliquit discedens Hercules.

650 *Longius*] Remanserunt adeoque in Latio.

651 *Argis*] Peloponnesi urbe, ex qua etiam Antorem Herculis comitem missum, qui postea hæsit Evandro, testatur Virgil. Æn. x.

652 *His*] Latii, ubi postea Roma fuit.

653 *Tanguntur*] Græci, scilicet, qui aliena in terra situm inepte mortuum credebant.

654 *Mandat*] Hæredibus præscribit.

656 *Inachium*] Fluvii Inachi, quem Argivi patrium habuerunt.

657 *Displicet*] Quia mortuorum cineres sic temere nolebant spargere.

Hactenus : ut vivo subiit rorantia saxo
Antra, leves cursum sustinuistis aquæ.
Clare nepos Atlantis, ades : quem montibus ol
Edidit Arcadiis Pleias una Jovi :
Pacis et armorum superis imisque Deorum
Arbiter, alato qui pede carpis iter :
Læte lyræ pulsu, nitida quoque læte palæstra ;
Quo didicit culte lingua favente loqui.
Templa tibi posuere Patres spectantia Circum
Idibus. Ex illo est hæc tibi festa dies.
Te, quicumque suas profitetur vendere merces,
Thure dato, tribuas ut sibi lucra, rogat.
Est aqua Mercurii, portæ vicina Capenæ :
Si juvat expertis credere, numen habet.

ut redeat in sedes Græcas per vasta maria. Hactenus locutus *quam intravit speluncas madidas ex saxo vivo, aquæ leves repressis Illustris nepos Atlantis, quem Pleias una peperit quondam Jovi in cis, ades : qui nuntius pacis atque armorum Diis superis et inferis, alato ; hilaris pulsu lyræ, hilaris etiam splendida palæstra, quo prop cit ornate loqui. Idibus patres condiderunt tibi ædem spectantem* tempore *hæc dies est tibi festa. Quisquis profitetur vendere sua n thure oblato, ut procures sibi quæstum. Est aqua Mercurii juncta*

Jun. *Et repetit G.* Be. *Ut repetat ;* vulg. *repetant :* pr. A. etiam *Ut repetat longas per fr.*—661 *Ut viv. sub.* ex Ursin. Maz. Vos rimisque aliis : vulg. *ut sub. viv.* duo optimi ex Neapol. Cod *viv. sub.* quod et exhibet Fr. pro var. lect.—663 Voss. et qui *nep.*—664 Bentleius volebat *P. uda J.*—667 Thuan. *L. lyra p nitida* Fr. *nuda.*—668 *Favente* ex opt. Pat. Læti, pr. A. Maz. et duobus aliis placet Heins. præ vulg. *docente :* Fr. *docente* c tuor libri *hæc tua facta dies :* plurimi etiam alii *facta :* Heins. c *sacra*, quod et in multis scriptis occurrit ; Fr. *sacra*, et *sancti* —671 *Profitetur* ex pr. F. pr. Med. Arund. Gottorph. et tril recepit pro vulg. *profitentur ;* et sic vs. seq. ex iisdem scriptis

NOTÆ

668 *Hospes*] Argivus, quisquis, patriæ amore, in Tiberim mittendos suos cineres hæredi mandasset.

660 *Ut repetat*] Digna vero hæc narratio prisco Deo.

662 *Sustinuistis*] Honoris et reverentiæ causa, scilicet.

663 *Nepos Atlantis*] Mercurium, de ejus festis acturus, alloquitur Naso.

664 *Una*] Maia, scil.

665 *Superis*] 'Super tus et imis,' dixit Hor

667 *Læte*] Quia eju tor.

Nitida] Quia oleo luctaturi.

669 *Circum*] Maxin

673 *Aqua Mercurii*] negotio et quæstui Mali Idibus lustrabat

Huc venit incinctus tunicas mercator; et urna
Purus suffita, quam ferat, haurit aquam.
Uda fit hinc laurus: lauro sparguntur ab uda
Omnia, quæ dominos sunt habitura novos.
Spargit et ipse suos lauro rorante capillos:
Et peragit solita fallere voce preces.
Ablue præteriti perjuria temporis, inquit:
Ablue præterita perfida verba die.
Sive ego te feci testem, falsove citavi
Non audituri numina magna Jovis;

si conducit fidem habere expertis, habet numen. Mercator habens tunicas cinctas huc accedit, et purus promit urna suffita aquam exportandam. Laurus fit hinc madida; omnia quæ sunt habitura dominos novos irriguntur a lauro madida. Ipse quoque irrorat crines suos lauro stillante, et absolvit preces voce assueta decipere. Purga, inquit, perjuria temporis antecedi; purga dicta perfida diei præteritæ. Seu ego te adhibui testem, vel appellavi falso magna numina Jovis non audituri; seu scies

gant.—675 Maz. Zulich. Læti, opt. Med. pr. A. Voss. et duo F. *tunicas*, 'eleganti Græcismo.' *Heins.* Vulg. *tunica*: in uno Mor. erat pro var. lect. *tunicam*. Tum unus Mor. *venator; et.*—676 Pro *urna suffusa* lege, *suffita;* nam Ursini præstantissimus, *suffitam*: optimus Mediceus pro diversa lectione, *suffitas*: Naugerii liber, *suffecta*: Mazar. Zulich. et unus Vatic. *suffit aquam, suffit et haurit aquam;* quæ turbatissima sunt. Pro *quam gerit* idem Ursini codex, *ferit*: puto, *quam gerit*, urnam nempe. *Heins.*—680 Sic scripti fere omnes: at in multis Edd. *Incipit et sol.* Nonnulli etiam Codd. *sol. dicere voc.* —682 In aliis *præt. p. v. fide.* At *die* scripti fere omnes, unde Scaliger et Gruterus *præteritæ p. v. die*, pro *diei*: Maz. et Zulich. *præterito die:* Heins. conj. *præteritis p. v. Deis.* 'Slichtenhorstius legebat, *ablue præteres p. v. fide.* Locus est intricatus. *Præterita fide* si legas, conjungendum cum *verba;* ut sint *verba præterita fide perfida*, quæ non curant fidem; ut ita *præteritus pudor* Am. III. 1. 22. et Trist. II. 411. si vero legatur, ut in plurimis, *die*, caperem præteritam diem de vespera, quo videtur his sacris operatus Mercator; quod confirmatur ex sequentibus, *et pateant veniente die perjuria nobis:* ut roget, sibi jam expiatis perjuriis præteriti temporis vespera iterum perjurare licere postero die. Sin Scaligeri *præteritæ die* placeat, capiendum ut *tempus* et *dies* hic ponatur, ut Græcis *χρονὸς* et *καιρὸς*, de quo egimus ad Quinctil. de Instit. Orat. III. cap. 6. et Fanensis jam *diem* hic indeterminatum tempus esse notavit.' *Burm.*—683 Fr. *test. fec.* inverso ordine. Tum A. alter *falsumque;* et unus *falsumque vocavi.* Alii etiam *vocavi.*—684 In vett. quibusdam *Non audituro numina vana Jovi:* in vulgatis *audituri nomina vana Jovis:* et *numina magna* Heins. dedit ex opt. Pat. pr. F. Maz.

NOTÆ

675 *Incinctus*] Pro veteri mercatorum habitu, qui ex cingulo marsupium auri monetalis ferebant.

676 *Suffita*] Suffitu purgata.

677 *Hinc*] Ex hac aqua.

678 *Sunt habitura*] Atque adeo quæ mercatores habent venalia.

680 *Solita fallere*] Ad imitationem, scil. Mercurii, qui furum quoque Deus.

Sive Deum prudens alium Divamve fefelli;
  Abstulerint celeres improba dicta Noti.
Et pereant veniente die perjuria nobis:
  Nec curent Superi, si qua locutus ero.
Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro:
  Et face ut emtori verba dedisse juvet.
Talia Mercurius poscentem ridet ab alto,
  Se memor Ortygias surripuisse boves.
At mihi pande, precor, tanto meliora petenti,
  In Geminos ex quo tempore Phœbus eat.
Cum totidem de mense dies superesse videbis,
  Quot sunt Herculei facta laboris, ait.
Dic, ego respondi, causam mihi sideris hujus.
  Causam facundo prodidit ore Deus.

imposui Deo cuipiam aut Deæ, Austri leves abripuerint voces scelestas. Atque perjuria nobis sint concessa tempore futuro; neque Dii moveantur, si quæ protulero. Tribue tantum mihi quæstum, tribue gaudia quæstui parato, et facito ut bene vertat fefellisse emtorem. Mercurius non oblitus se suffuratum esse vaccas Ortygias ridet ab alto orantem talia.——At doce me, quæso, orantem tanto æquiora, ex quo tempore Phœbus transeat in Geminos. Cum, inquit, intelliges, totidem dies restare de mense, quot sunt acta laboris Herculei. Ego reposui, aperi causam hujus sideris.

Voss. multisque aliis.—686 In quibusdam *cel. perfida verba N.* et in vulgatis *improba verba.* Ex Maz. Zulich. Voss. pr. F. opt. Pet. et duobus aliis Heins. recepit *dicta;* nam ' verba' jam præcesserat: V. *vota.*—687 *Pateant* ex Zulich. Maz. Ursin. Voss. pr. F. et decem aliis Heinsio placet præ vulg. *pereant.* In Jun. et altero P. erat *Et pereant v. d. p. noctis:* ' eleganter.' ait Burm.—688 Bonon. *si qua l. ego:* Burm. malebat *si qua jocatus ero.*—690 Be. et multi alii *fac* pro *face.* Mor. et quatuor alii *fac emt.* omisso *ut.*—691 In vulg. *M. poscentes risit ab alt.* Ursin. pr. F. et quinque alii *poscentem;* opt. Pat. Maz. et Zulich. *poscenti,* quod non facile rejecerit Burm. Tum Neapol. Cod. exhibet *ridet.*—693 In quibusdam scriptis *parce* pro *pande.* Deinde *tanto* habent plurimi Codd. placetque Heins. præ vulg. *multo.*—697 Heins. malit *Dic age, respond.* Deinde Sa. *mih. faderis huj.* tres alii *nominis.*—698 Maz. *Causas*

NOTÆ

687 *Pereant*] Optime. O hujusmodi lepidos Deos, si quos hodie terra habeat, quam veros cultores nanciscentur! At enim conscio nemine melius adhuc res augetur.

689 *Da modo*] Similem habes viri boni orationem ad Lavernam apud Horatium.

691 *Poscentem*] Aut ejus scelus, quod ulcisci minime curat.

692 *Ortygias*] Admeti, quarum Apollo Deus Ortygius seu Delius custos erat. Fabula notissima.

693 *Meliora*] Quam petant, scilicet, mercatores.

694 *Geminos*] Quod sidus, relicto Tauro, Sol ingreditur.

696 *Quot*] Duodecim siquidem Herculei labores, 14. ergo Kalendas Junias, seu Maii 19. die Mercurio seu

Abstulerant raptas Phœben Phœbenque sorores
  Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.
Bella parant, repetuntque suas et frater et Idas;
  Leucippo fieri pactus uterque gener.
His amor, ut repetant, illis, ut reddere nolint,
  Suadet: et ex causa pugnat uterque pari.
Effugere Œbalidæ cursu potuere sequentes:
  Sed visum celeri vincere turpe fuga.
Liber ab arboribus locus est, apta area pugnæ:
  Constiterant illic: nomen Aphidna loco.
Pectora trajectus Lynceo Castor ab ense
  Non expectato vulnere pessit humum.
Ultor adest Pollux; et Lyncea perforat hasta,
  Qua cervix humeros continuata premit.

Deus aperuit causam ore diserto. Fratres Tyndaridæ, alter eques, alter pugil, rapuerant Phœben et sororem Phœbes sublatas. Idas atque frater, uterque gener promissus Leucippo movent bella, atque reposcunt suas. Amor impellit hos, ut reposcant, illos, ut nolint restituere; atque uterque certat ex causa simili. Œbalidæ potuerunt evitare fuga persequentes: sed visum indecorum vincere levi fuga. Locus est vacuus arboribus, Aphidna est nomen loco, planities idonea certamini: illic constiterant. Castor habens transfixum pectus a gladio Lyncei afflictus est humi vulnere non expectato. Pollux videns adest, et transfodit Lynceum hasta, qua

---

facund. Mox *prodidit* Heins. dedit ex pr. A. et Læti Cod. cum uno Pat. pro vulg. *reddidit;* Sa. *retulit;* Voss. *reddit ab.*—699 Duo libri *Abstul. raptam P.*—702 Sa. *Leucippi:* Strozzæ *Leucadio.*—704 Nonnulli *a,* vel *e caus.*—706 Fr. *fug. est.*—708 Hanc lectionem Heins. rescripsit ex Zulich. neque aliter fuit in Maz. Olim edebatur *Constiterant illo nomina fida loco:* et sic quidem plurimi scripti. Unus autem Pat. *Constiterunt.*—711 Sa. et Voss. *Victor ad. P.*—712 Mor. *Quo cerv.* Mox *premit* meliores teste Heins. vulg. *tegit.*—713 Duo

NOTÆ

Nasoni Sol in Geminis.

697 *Hujus*] Geminorum, scilicet.

698 *Facundo*] Qui et alios culte loqui docet facundus fuerit, scilicet. Quanquam hodie non valeret consequentia.

699 *Sororem*] Phœben adeoque et Elairam Leucippi filias.

700 *Tyndaridæ*] Castor et Pollux; de quibus toties.

Hic] Castor.

Ille] Pollux.

701 *Suas*] Namque illis desponsatæ.

Frater] Lynceus.

705 *Œbalidæ*] Castor et Pollux Œbalia seu Laconia oriundi.

708 *Aphidna*] In Laconia Aphidnæ quoque ponit Stephanus; quanquam alii ad Apharei tumulum commissam fuisse hanc pugnam asseverant; Apollodorus in Messeniorum tractu contendit.

Ibat in hunc Idas, vixque est Jovis igne repulsus:
Tela tamen dextræ fulmine rapta negant.
Jamque tibi cœlum, Pollux, sublime patebat;
Cum, Mea, dixisti, percipe verba, pater.
Quod mihi das uni, cœlum partire duobus:
Dimidium toto munere majus erit.
Dixit, et alterna fratrem statione redemit:
Utile solicitæ sidus uterque rati.
Ad Janum redeat, qui quærit Agonia quid sint:
Quæ tamen in Fastis hoc quoque tempus habent.
Nocte sequente diem canis Erigoneius exit.
Est alio signi reddita causa loco.
Proxima Vulcani lux es; Tubilustria dicunt:
Lustrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

parte *cervix producta adhæret humeris. Idas ferebatur in hunc, vixque est prohibitus igne Jovis: dicunt tela non tamen excidisse manu per fulmen. Jamque, Pollux, cœlum excelsum tibi apertum erat, cum dixisti, Genitor, audi voces meas. Divide inter duos cœlum quod tribuis mihi soli: dimidium erit majus toto munere. Dixit, atque redemit germanum statione alterna. Uterque sunt stellæ propitiæ nautis anxiis. Qui petit, quid sint Agonia, quæ tamen obtinent etiam hoc tempus in Fastis, revertatur ad Janum. Nocte sequente diem Canis Erigoneius prodit. Ratio sideris est assignata alio loco.——Dies sequens spectat ad Vulcanum; vocant Tubilustria. Puræ tubæ quas ille fabricat lustrantur.——Inde locus est qua-*

scripti *ign. retentus.*—714 Mor. et Jun. *tam. dextra fulm.*—716 Pro *percipe* P. *perfice*; A. et quinque alii *suscipe*; Jun. *præcipe.*—717 Pet. *Quod dederas tu.* et Fr. *Quod mihi dixisti cæl.*—718 Be. *tot. numine maj.*—719 Quidam libri vett. *stat. recepit.*—720 *Uterque* ex Zulich. pr. F. et aliis; ceteri *utrumque.*—721 Max. *A. quæ sint.*—722 Pr. V. *tam. infantes hæc quoq. t. habent*; et sic Pet. nisi quod in eo *hoc* sit, et *habent.*—723 Fr. *can. hinc Erigonius ex.*—725 *Es: Tubilustria* Heins. dedit ex emend. Scaligeri: vulg. legebatur *est, quam Lustria:* in veterrimo Ursin. Zulich. Max. opt. Pat. Helm. et aliis *est Ubi-*

NOTÆ

714 *Rapta*] Pertinaciter moriens retinuit.

719 *Alterna*] Qua, alternis diebus, cœlo frueretur qui ab Lynceo Castor interfectus fuerat.

720 *Utile*] Ea quæ ad sidus pertinent, sicut et alii Poëtæ, cum fatuis illis ignibus confundit, quos, si duo apparent, nautæ etiam hodierni boni ominis esse arbitrantur.

721 *Agonia*] 12. Kalend. Januas Agonalia iterabantur; de quibus in Januario.

723 *Sequente*] 11. Kalendas.

Erigoneius] Cujus opera Erigone patris interfecti cadaver invenit; ut dictum supra.

725 *Proxima*] 10. Kalendas Tubilustrium, quo die sacrorum tubæ lustrabantur, ut docet Varro.

726 *Facit*] Quia fabrorum Deus, qui igne utuntur.

QUATUOR inde notis locus est; quibus ordine lectis,
Vel mos sacrorum, vel Fuga Regis inest.
NEC te prætereo, populi Fortuna potentis
Publica; cui templum luce sequente datum.
Hanc ubi dives aquis acceperit Amphitrite;
Grata Jovi fulvæ rostra videbis avis.
AUFERAT ex oculis veniens Aurora Booten;
Continuaque die sidus Hyantis erit.

tuor notis, quibus lectis ordine, vel ritus sacrorum, vel fuga Regis inest.——Neque te omitto, publica fortuna fortis populi, cui delubrum attributum die sequente. Postquam Amphitrite potens aquis acceperit hanc, cernes rostra alitis fulvæ cara Jovi.——Sequens Aurora tollat ab oculis Booten; atque die proxima signum Hyantis apparebit.

lustria: et in opt. Med. *Tubilustria* erat emend.—727 Zulich. Max. et unus F. *locis* pro *locus*.—730 Fr. *dat. est*.—731 Pro *aquis* unus Pat. *aquas;* et F. pr. et Med. pr. *susceperit;* unde Heins. *aquæ susceperit*. Multi etiam *Amphitrites*.—732 Alii *Grat. Jovis fulv*.—733 *Auferat* Heins. dedit ex Zulich. et duobus aliis pro vulg. *Auferet:* nonnulli *Aufert*.

NOTÆ

727 *Inde*] 9. igitur Kalendas.

Notis] Hæ sunt Q. R. C. F. hoc est, ut interpretantur, Quando Rex Comitio fugit. Sciendum enim, Regi sacrorum neque Magistratum gerere neque verba ad populum habere fas unquam fuisse. Idcirco, nisi hoc die, illi in comitium ire non licebat, atque id quidem sacrificii causa, quo perfecto, continuo sese fuga inde proripiebat.

728 *Vel mos*] Utrumque, et sacrorum morem et regis fugam, significari non dubitaveris, postquam eorum refricueris memoriam quæ de Tarquiniorum fuga in præcedentibus habuimus.

730 *Sequente*] 8. Kalendas.

731 *Amphitrite*] Neptuni conjux, quæ et sidera et dies dicitur excipere cum occidunt.

732 *Grata*] Propter Ganymeden raptum præsertim.

Videbis] Quia oritur Aquila vesperi.

733 *Auferat*] Quia occidit heliace.

Veniens] 7. ergo Kalendas Junias occidit Bootes seu Arctophylax.

734 *Continua*] Sexto adeoque Kalendas.

Sidus] Hyades oriuntur heliace; quæ 'Hyantis sidus' ideo dicuntur, quod Atlantis olim filiæ, dum fratris Hyantis ab apro aut leone occisi lugent mortem, in cœlum sunt relatæ. De iis vero jam sæpius.

P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBER VI.

ARGUMENTUM.

De nomine Junii tres sententiæ 1-100. De Carna Dea, ejus vi, et sacris 101-182. Templum Junonis Monetæ; Manlii supplicium 183-190. Martis ædes ante portam Capenam; Tempestatis delubrum; Aquilæ ortus 191-196. Hyades oriuntur 197. 8. Bellonæ templum; obiter aliquid de Appio 199-208. Herculis Custodis templum in Circo Flaminio 209-212. De Sanco, Fidio aut Semone patre, Sabinorum Deo 213-218. Prior Junii pars nuptiis infausta 219-234. Arctophylax occidit; Piscatorum ludi in Campo 235-240. Mentis ædes 241-248. Vestalia et multa quæ ad Vestam ejusque cultum pertinent, quibus et de Sileni asello Priapique libidine fabella, et sphæræ Archimedis descriptio, et origo aræ quæ Jovi Pistori posita, et Palladii historia intexta est 249-460. Callaici cognomen Bruto inditum; Crassus devictus a Parthis 461-468. Delphini ortus 469-472. Matutæ (Græcis Leucothees, in quam Ino mutata, ut Melicertes in Palæmona aut Portunum) templum, et Matralia in ejus honorem 473-562. Rutilius et Didius ceciderunt in prælio 563-568. Fortunæ templum a Servio positum; Servii et interitus per Tanaquilem, et origo miraculosa 569-636. Templum Concordiæ a Livia dedicatum 637-648. Jovis ædes et Quinquatrus minores; tibicinum Romanorum discessus et reditus; tibiæ inventio et Marsyæ supplicium 650-710. Hyadum ortus; Vestæ templum purgatur 711-714. Favonii ortus 715. 16. Orionis ortus; Postumii Tuberti triumphus de Volscis et Æquis 715-724. Solis transitus in Cancrum; Palladis Aventinæ cultus 725-728. Summani templum 729-732. Ophiuchi ortus; Hippolyti fata 733-762. C. Flaminius ad lacum Thrasimenum cecidit 763-768. Syphax victus et Hasdrubal occisus 769. 70. Sacra For-

tunæ Fortis et de Servio rege quædam 771-784. Orientis ortus 785-790. Larium et Jovis Statoris ædes 791-794. Quirini templum 795. 6. Ædes Herculis Musarum; Marciæ laudes 797-812.

Hic quoque mensis habet dubias in nomine causas:
  Quæ placeant, positis omnibus, ipse leges.
Facta canam; sed erunt, qui me finxisse loquantur:
  Nullaque mortali numina visa putent.
Est Deus in nobis: agitante calescimus illo:
  Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Fas mihi præcipue vultus vidisse Deorum:
  Vel quia sum vates; vel quia sacra cano.
Est nemus arboribus densum, secretus ab omni
  Voce locus, si non obstreperetur aquis.
Hic ego quærebam, cœpti quæ mensis origo
  Esset, et in cura nominis hujus eram.
Ecce Deas vidi: non quas præceptor arandi
  Viderat, Ascræas cum sequeretur oves:

Hic mensis habet etiam causas incertas nominis: ipse eliges quæ arrideant, omnibus allatis. Cantabo quæ acta sunt; verum non deerunt, qui dicant me excogitasse, atque arbitrentur nullos Deos visos ab hominibus. Deus est in nobis; vivimus illo movente. Hic furor habet scintillas sacræ mentis. Fas mihi præsertim intuitum esse faciem Deorum, vel quia sum Poëta, vel quia canto sacra. Est sylva ipsa arboribus, locus sepositus ab omni sono, nisi turbaretur silentium ab aquis. Ego hic meditabar quæ esset ratio mensis incepti, et eram solicitus de isto nomine. Ecce vidi Deas: non quas præceptor arandi viderat, cum ageret pecudes Ascræas:

---

1 Unus liber *varias* pro *dubias*. Tum Sa. et octo alii *de nom.* Be. cum aliis quibusdam *in*.—2 Urs. Nauger. et unus Pat. *ipse. lege:* Læti, et pr. A. *legas*.—3 Duo libri *Vera can.* totidem *Acta*. Unus Pet. *erit* pro *erunt;* et mox *loquatur;* meliores, teste Heins. *loquantur* pro vulg. *loquentur*.—6 Pro *hic*, elegantius Burm. putat *hinc* unius Mor. Tum F. *sacr. somnia ment.* et Pat. *nomina*.—7 Be. *vid. Deorum*.—9 R. *dens. securus ab omn.*—10 Sa. *non astreperetur eq.* Mor. *constreperetur*. Tum Stroza lib. habebat *aves;* unde olim conj. Heins. *obstreperetis aves:* et Burm. *obstreperetur avi*.—13 Be. *nec* pro *non*. Tum Pet. *spectator arand.* et Jun. *præcept. arandi*.—14 Jun. et tres alii *dum* pro *cum*.—

NOTÆ

5 *Deus*] Instinctus quidam divinus.

6 *Impetus*] Poëtarum furor.

Sacra] Divina.

9 *Est nemus*] Locum describit quo ad scribendum secesserat.

13 *Præceptor arandi*] Hesiodus est, qui de re rustica librum scripsit, quem 'Opera et Dies' appellavit.

14 *Ascræas*] Quas ad Heliconem ex Boeotia vico Ascra pascebat, cum a

Nec quas Priamides in aquosæ vallibus Idæ
  Contulit: ex illis sed tamen una fuit.
Ex illis fuit una, sui germana mariti:
  Hæc erat, agnovi, quæ stat in arce Jovis.
Horrueram, tacitoque animum pallore fatebar:
  Cum Dea, quos fecit, sustulit ipsa metus:
Namque ait: O vates, Romani conditor anni,
  Ause per exiguos magna referre modos;
Jus tibi fecisti numen cœleste videndi,
  Cum placuit numeris condere festa tuis.
Ne tamen ignores, vulgique errore traharis;
  Junius a nostro nomine nomen habet.
Est aliquid nupsisse Jovi, Jovis esse sororem.
  Fratre magis, dubito, glorier, anne viro.
Si genus aspicitur; Saturnum prima parentem
  Feci: Saturni sors ego prima fui.
A patre dicta meo quondam Saturnia Roma est:
  Hæc illi a cœlo proxima terra fuit.

nec quas Priamides comparavit in vallibus Idæ aquosæ: sed tamen una fuit ex illis. Fuit una ex illis soror sui mariti: hæc erat, agnovi, quæ manet in arce Jovis. Horrueram, et prodebam animum pallore tacito; cum Dea ipsa composuit pavorem, quem creaverat: namque dicit, O poëta, constitutor anni Romani, non verite memorare magna per modos tenues, parasti tibi jus cernendi numen cœleste, cum instituisti componere festa versibus tuis. Ne tamen nescias, atque ducaris errore plebis, Junius habet nomen a nostro nomine. Est aliquid nupsisse Jovi, esse germanam Jovis. Haud scio efferarne magis germano an marito. Si soboles æstimatur, prima feci Saturnum genitorem: ego fui prima sors Saturni. Roma dicta est olim Saturnia a parente meo: hæc terra fuit illi proxima a cælo. Si lectus est in pre-

15 Duo F. meliores *Non quas*. Dein Med. pr. *P. ter aquos*.—20 Fr. *Tum D*.—21 Unus *vat. operosi cond*. Ita 'vates operose dierum,' Fast. I. 101. III. 177. *Burm*.—23 Aldi postr. ed. *fec. nomen cæl*. P. *numen cœlestis sacra*.—24 Unus F. et Med. *fest. Jovis;* Burm. putat pro *novis:* sic enim *tuus* et *suus* in Codd. Ovidii sæpe commutari.—26 Ed. Gryph. *nostr. numine nom*. Tres libri *nomine mensis hab*.—28 Fr. *dub. glorior, ann*.—29 Læti Cod. *gen. arguitur; S.* at Burm. mallet *inspicitur*.—30 R. et tres alii *pars* pro *sors*.—32 *A* deest Bé.

NOTÆ

Musis raptus dicitur.

15 *Priamides*] Paris Priami filius, qui quidem de quibus Deabus in Ida monte tulerit judicium neminem latet.

17 *Sui germana*] Adeoque Juno.

19 *Animum*] Animi metum.

26 *A nostro*] Atque adeo *Junius* quasi *Junonius* dictus.

32 *Proxima*] Namque, relicto cœlo, hanc ille terram incoluit.

Si torus in pretio est; dicor matrona Tonantis:
Junctaque Tarpeio sunt mea templa Jovi.
An potuit Maio pellex dare nomina mensi?
Hic honor in nobis invidiosus erit?
Cur igitur Regina vocor Principesque Dearum?
Aurea cur dextræ sceptra dedere meæ?
An faciant mensem luces, Lucinaque ab illis
Dicar; et a nullo nomina mense traham?
Tunc me pœniteat posuisse fideliter iras
In genus Electræ, Dardaniamque domum.
Causa duplex iræ: rapto Ganymede dolebam:
Forma quoque Idæo judice victa mea est.
Pœniteat, quod non foveo Carthaginis arces;
Cum mea sint illo currus et arma loco.

tio, perhibeor uxor Tonantis: et mea delubra sunt proxima Jovi Tarpeio. An adultera potuit imponere nomen mensi Maio? Hæc gloria erit nobis invidiosa? Quamobrem ergo feror Regina et prima Dearum? Quamobrem adhibuerunt sceptra dextræ meæ? Anne luces faciant mensem, atque vocer Lucina ab illis, et a nullo mense ducam nomina? Tum me pœniteat sedasse fideliter iras in sobolem Electræ, et genus Dardanium. Ratio duplex iræ. Dolebam Ganymede sublato: pulchritudo etiam mea superata est judice Idæo. Pœniteat quod non tueor arces Carthaginis; cum currus et arma mea sint in illo loco. Pigeat submisisse Latio Spartæ,

et pro *a cælo* Sa. *expulso*.—33 Fr. deest *est*. Tum duo P. et Excerpt. D. exhibent *dicor* pro vulg. *dicar*.—36 Unus Med. *invid. eris*.—39 *Faciant* Heins. dedit ex pr. A. et octo aliis pro vulg. *facient*: multi ex scriptis *faciunt*. 'In uno Moreti erat, *An faciam pueris lucem*; quod quid sit cogitandum: nam Lucinam dictam esse, quod partus in lucem producat, constat; vid. lib. II. 450. nemo, quod sciam, quia *luces* faciunt mensem, quod vix intelligo. Explicant, quia menses ex lucibus, id est diebus, constant: sed et anni diebus constant: hæc causa nulla est. In *menses* (ut est in Mazarin. Moreti et duobus aliis) latet aliquid de gravidis, quæ exactis mensibus, Lucina favente, pariunt. Hæreo. *Burm.* 43 Alii habent *Ganymeda*.—45 Meliores, teste Heins. *foveo*; at vulg. *fovi*: F.

NOTÆ

34 *Tarpeio*] Qui in rupe Tarpeia seu Capitolio templum habuit, Junonis et Minervæ junctum.

35 *Pellex*] Maia, scilicet.

39 *Illis*] Lucinis, scilicet, in quas et homines dicitur introducere.

41 *Posuisse*] Cum jure posset irasci, causis quas subjiciet.

42 *Genus Electræ*] Trojanos, atque adeo Romanos qui ab Electra Dardani matre progeniti.

43 *Ganymede*] Qui Trois formosissimus puer Junonis toro erat exitialis.

44 *Idæo*] Paride, scilicet, qui in Ida monte Veneris formam Junonis atque Minervæ formæ præposuit.

45 *Pœniteat*] Siquidem nullam Junonis habeant rationem Romani, atque mensis honorem illi invideant.

Non foveo] Atqui ad extremum fovit. Exquire modo a Marone.

46 *Sint*] Istud quidem testatur quo-

Pœniteat Sparten, Argosque, measque Mycenas,
Et veterem Latio supposuisse Samon.
Adde senem Tatium, Junonicolasque Faliscos,
Quos ego Romanis succubuisse tuli.
Sed neque pœniteat: nec gens mihi carior ulla est.
Hic colar, hic teneam cum Jove templa meo.
Ipse mihi Mavors, Commendo mœnia, dixit,
Hæc tibi: tu pollens Urbe nepotis eris.
Dicta fides sequitur: centum celebramur in aris:
Nec levior quovis est mihi mensis honor.
Nec tamen hunc nobis tantummodo præstat honorem
Roma: suburbani dant mihi munus idem.
Inspice, quos habeat nemoralis Aricia Fastos,
Et populus Laurens, Lanuviumque meum:

et Argos, et meas Mycenas, et antiquam Samon. Adjice senem Tatium, et Faliscos Junonicolas, quos ego passa sum subjici Romanis. Verum neque pigeat: neque ulla natio mihi amabilior. Hic celebrer, hic habeam delubra cum Jove meo. Mars ipse dixit mihi, Commendo tibi hos muros: tu eris potens in Urbe nepotis. Fides promissa rata est: colimur in centum altaribus: neque gloria mensis est mihi minor quavis alia. Neque tamen Roma sola nobis præbet hunc honorem: suburbani mihi præstant idem munus. Vide quos Fastos habeat Aricia nemoralis, et populus Lau-

pr. *foveam*. Be. *C. urbes*, et in margine scriptum erat *duces*.—49 Alii *Junonicolosque*.—50 Maz. *R. supposuisse tul*.—51 Unus lib. *car. illa est*.—52 Ex castigationibus Heins. dedit *colar*, et *teneam*; alii *color*, et *teneo*. Unus lib. *J. regna meo*.—55 Maz. *seq. scitis celebr*. P. *in aras*.—57 Zulich. et unus Pat. *tant. præstet hon*. unde Heins. *Ne t. h. n. tant. præstet hon*.—59 Pr. Med. *A. Fastus*; unus Cod. *fasces*.—60 Alii scribunt *Laviniumque*. Et Ursini Cod. *Laviniumq*.

NOTÆ

que apud eundem Maronem.

47 *Sparten*] Tres habuit istas carissimas, Sparten in Laconia, Argos atque Mycenas in Argolide, in quibus religiosissime Juno colebatur.

48 *Samon*] Illam intellige quæ in mari Icario, ubi nata Juno creditur, poëtarum sententia.

49 *Tatium*] Regem Sabinorum, Junonis cultorem una cum suis.

Faliscos] Quos Hetruriæ populos toties jam vidimus.

55 *Centum*] Plurimis saltem; namque illi diversis sub nominibus Caprotinæ, Jugæ, Juliæ, Lucinæ, Matutæ, Martialis, Monetæ, Reginæ, Sororiæ, Sospitæ, aliorum insuper quæ aliquot adhuc me fugiunt, templa, fana, ædes, ædiculæ, aræ per totam Urbem fuerunt positæ.

57 *Hunc*] Mensis, scilicet.

59 *Nemoralis*] Propter nemus Dianæ. Sed de Aricia ejusque mysteriis actum supra.

60 *Laurens*] Laurenti oppidi, quod Latini fuit regia.

Lanuvium] Hic ædes lucusque fuit Junoni sacer, summæ religionis, quo

Est illic mensis Junonius. Inspice Tibur,
  Et Prænestinæ mœnia sacra Deæ:
Junonale leges tempus. Nec Romulus illas
  Condidit: at nostri Roma nepotis erat.
Finierat Juno. Respeximus: Herculis uxor
  Stabat; et in vultu signa dolentis erant.
Non ego, si toto mater me cedere cœlo
  Jusserit, invita matre morabor, ait.
Nunc quoque non luctor de nomine temporis hujus.
  Blandior, et partes pœne rogantis ago.
Remque mei juris malim tenuisse precando;
  Et faveas causæ forsitan ipse meæ.
Aurea possedit socio Capitolia templo
  Mater, et, ut debet, cum Jove summa tenet.

rens, atque meum Lanuvium. Est illic mensis Junonius. Inspice Tibur, atque sacros muros Deæ Prænestinæ: videbis tempus Junonale. Neque Romulus illas statuit: at Roma erat nostri nepotis. Juno absolverat. Respeximus: conjux Herculis aderat, et indicia dolentis erant in facie. Ego, inquit, si genitrix imperaverit egredi toto cœlo, non manebo genitrice nolente. Nunc etiam non contendo de nomine hujus temporis. Assentior, et fere tueor partes orantis. Atque prætulerim obtinuisse orando rem mei juris: forsitan quoque ipse stes pro causa mea. Genitrix obtinuit aurea Capitolia templo conjuncto, et habet summa, cum Jove, ut

---

nemus.—61 Ex melioribus Heins. recepit *inspice* pro vulg. *aspice.*—62 Pro *Deæ* plurimi habent *meæ;* et sic Fr. at *Deæ* pro var. lect.—63 *Junonale* est ex vet. scripto; plurimi cum vulg. *Junonisque.* Mox Mor. *R. illos.*—66 Scripti plerique *sign. vigoris er.* vel *doloris:* quidam etiam *decoris;* duo *ruboris;* unus *pudoris.*—67 Pr. F. cum Edd. Neapol. et aliis *mat. decedere cœl.*—69 *Cum luctor* Læti Cod. non male, si post ' hujus' distinctio minor ponatur. Tres *Nunc ego non:* Arund. *Hoc quoque non.* Burm.—71 Edd. Neapol. et aliæ cum quatuor scriptis *jur. mallem ten.*—72 Alii *faveat...ipsa,* ut ad Junonem respiciat. *Heins.*—73 Plurimi *poss. posito C.* et in Max. gloss. erat, ' id

NOTÆ

Romani, afflicta Republica, solebant confugere. Vide Livium lib. XXII.

62 *Prænestinæ*] Præneste oppidum, ubi Fortunæ templum oraculis suis celebre.

63 *Tempus*] Mensem Junoni sacrum.

Nec Romulus] Quasi dicat multo potiori jure sibi a Romulo nepote mensis honorem deberi.

65 *Herculis uxor*] Hebe ergo seu Juventas, Junonis filia.

67 *Non ego*] Tam blandæ voces aliud quid post se trahent.

72 *Ipse*] Poëtam alloquitur Hebe: atque ita sequentia postulant. Alii tamen habent *ipsa,* ut ad Junonem oratio dirigatur.

73 *Socio*] Cum Jovis atque Minervæ fuisse Junonis templum in Capitolio modo diximus.

At decus omne mihi contingit origine mensis:
  Unicus est, de quo solicitamur, honor.
Quid grave, si titulum mensis, Romane, dedistis
  Herculis uxori, posteritasque memor?
Hæc quoque terra aliquid debet mihi nomine magni
  Conjugis. Huc captas appulit ille boves:
Hic male defensus flammis et dote paterna
  Cacus Aventinam sanguine tinxit humum.
Ad propiora vocor: populum digessit ab annis
  Romulus, in partes distribuitque duas.
Hæc dare consilium, pugnare paratior illa est:
  Hæc ætas bellum suadet, at illa gerit.
Sic statuit, mensesque nota secrevit eadem.
  Junius est juvenum; qui fuit ante, senum.
Dixit: et in litem studio certaminis issent;
  Atque ira pietas dissimulata foret.

par est. At omnis honos mihi tribuitur origine mensis: laus, de qua lis mihi movetur, est sola. Quid molestum, Romane, atque posteri memores, si tribuistis gloriam mensis conjugi Herculis? Hæc etiam tellus mihi debet aliquid nomine clari mariti: ille huc adduxit vaccas abactas. Cacus male protectus igne et munere patrio hic infecit solum Aventinum sanguine. Me confero ad propiora. Romulus divisit populum pro ratione annorum, et digessit in duas partes. Hæc aptior est ad consulendum, illa ad certandum: hæc ætas impellit ad bellum, at illa gerit. Sic decrevit; atque distinxit menses eodem indicio. Junius est juvenum, qui præcedit, majorum. Absolvit: atque venissent ad furgium ardore contentionis; et pietas

---

est, ædificato.'—74 In nonnullis *J. templa ten.*—76 Bonon. *qua solicitemur, hon.*—77 Be. *mens. mihi Roma dedisti.* Plurimi etiam alii cum vulgatis *dedisti*; Heins. recepit *dedistis* ex Voss. et duobus Med.—80 Pro *huc* Fr. *hic*; at *huc* pro var. lect. Unus Med. etiam *captos*; et duo *raptos*. Tum Voss. et Mor. *attulit ill.* et Maz. *abstulit.*—81 Maz. *et arte paterna.*—83 Unus Heins. *ab armis.*—84 Pr. A. Læti Cod. et tres alii *part. constituitque.*—86 Alii *suadeat illa gerat*: duo *suadet ut illa gerat*. Heins. ex plurimis præstantioribus libris vulgatam lectionem protulit.—88 Zulich. *hic* pro *est*: Heins. conj. *hinc*.

NOTÆ

75 *At decus*] Optimam hanc rationem vix diluat æqua mater.

80 *Appulit*] Atque insuper quasdam, vocatis etiam ad epulas sacras principibus ejus temporis, immolavit.

81 *Paterna*] Vulcani, scilicet.

83 *Propiora*] Quæ non tam ex arte, aut blanditiis, quam ex vero sunt petita.

84 *Duas*] Seniorum atque juvenum.

88 *Qui fuit ante*] Mensis, scilicet, Maius Majoribus attributus. Verum ambiguo sermone usus Naso; quod non placet.

89 *Issent*] Junio atque Hebe, scilicet.

Venit Apollinea longas Concordia lauro
  Nexa comas, placidi numen opusque Ducis.
Hæc ubi narravit Tatium, fortemque Quirinum,
  Binaque cum populis regna coisse suis;
Et Lare communi soceros generosque receptos;
  His nomen junctis Junius, inquit, habet.
Dicta triplex causa est. At vos ignoscite, Divæ:
  Res est arbitrio non dirimenda meo.
Ite pares a me. Perierunt judice formæ
  Pergama: plus lædunt, quam juvet una, duæ.
Prima dies tibi, Carna, datur. Dea cardinis hæc est.
  Numine clausa aperit, claudit aperta suo.
Unde datas habeat vires, obscurior ævo
  Fama; sed e nostro carmine certus eris.
Adjacet antiqui Tiberino lucus Helerni:
  Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt.

fuisset profligata per iram. Concordia habens prolixos capillos vinctos lauro Apollinea, numen et opus Imperatoris accessit. Postquam ista retulit, Tatium et strenuum Quirinum, atque bina regna cum populis suis in unum venisse; atque soceros et generos receptos domo communi; Junius habet nomen, ait, ab his junctis. Ratio triplex est allata: at, vos, Deæ, parcite: res non est secanda meo judicio. Discedite a me æquales: Ilium eversum est a judice pulchritudinis: duæ plus nocent, quam una juvat.——Prima dies tibi assignatur, Carna. Hæc est Dea cardinis. Pandit obserata, obserat patentia suo numine. Fama est incertior propter vetustatem, unde obtineat potestatem assignatam; verum eris certus ex nostro carmine. Lucus antiqui Helerni adjacet Tiberino: Sacerdotes nunc etiam illuc portant sacra. Inde orta

---

—89 Helm. *in partem stud.*—92 Hamburg. Jun. et alter Pet. *plac. munus op.* Strozzæ liber *opusq. Dei.*—94 Duo scripti *pop. signa coiss.*—97 Pr. A. *ignosc. Nymphæ.*—98 Pr. A. et Læti lib. *est judicio non.*—99 Olim conj. Heins. *par. ambæ: per.*—100 *Juvet* Heins. recepit ex Arund. pr. F. Gottorph. et undecim aliis pro vulg. *juvat.*—103 Pro *datas* puto *ratas*, sed pro vulgata lectione stant libri veteres. *Heins.*—104 Ed. Gryph. *Fam. est, sed nostr.* et in marg. *est e nostr.* Mox Jun. et quinque alii habent *doctus* pro *certus.*—105 *Antiqui*

NOTÆ

92 *Ducis*] Tiberii crediderim, quem Concordiæ templum posuisse Naso supra testatus est.

94 *Bina*] Tatii atque Romuli, quorum nullus ignorat historiam, qui de Romanis aliquid audierit.

96 *His junctis*] Atque adeo Junius quasi *Unius* aut *Jungius* potius dictus fuerit, Concordiam si audis.

99 *Judice*] Paride, scilicet.

100 *Plus lædunt*] Cautus factus est Naso post pericula.

101 *Carna*] Hanc strigibus nocturnis abigendis qui præfecerunt me quidem certe lubentissime suffragantem habuissent: namque multum ridiculus videtur. Verum Naso noster bellum fecerit: lege modo.

Inde sata est Nymphe (Granen dixere priores)
  Nequicquam multis sæpe petita procis.
Rura sequi, jaculisque feras agitare solebat;
  Nodosasque cava tendere valle plagas.
Non habuit pharetram: Phœbi tamen esse sororem
  Credebant: nec erat, Phœbe, pudenda tibi.
Huic aliquis juvenum dixisset amantia verba;
  Reddebat tales protinus illa sonos:
Hæc loca lucis habent nimis, et cum luce pudoris;
  Si secreta magis ducis in antra, sequor.
Credulus antra subit: frutices hæc nacta resistit:
  Et latet, et nullo est invenienda modo.
Viderat hanc Janus; visæque cupidine captus
  Ad duram verbis mollibus usus erat.
Nympha jubet quæri de more remotius antrum:
  Utque comes sequitur, destituitque ducem.
Stulta, videt Janus quæ post sua terga gerantur:
  Nil agis en: latebras respicit ille tuas.

est Nympha (antiqui appellaverunt Granen) frustra expetita a multis procis. Consueverat celebrare agros, atque persequi feras spiculis, atque ponere retia nodosa in valle depressa. Non habuit pharetram: arbitrabantur tamen esse sororem Phœbi; neque erat tibi erubescenda, Phœbe. Aliquis juvenum huic dixisset verba blanda; illa continuo reponebat hujusmodi voces: Hæc loca habent nimium lucis, et pudoris cum luce: si ducis in speluncas magis remotas, sequor. Credulus intrat speluncas: hæc nacta virgulta hæret, et latitat, neque est reperienda ullo modo. Janus hanc aspexerat, et motus desiderio visæ usus erat blandis vocibus ad difficilem. Nympha imperat de more speluncam secretiorem investigari: atque ut comes sequitur, tum relinquit ducem. Inepta, Janus cernit quæ fiant post sua terga: ecce nihil

Heins. rescripsit ex pr. A. et duobus aliis pro vulg. *antiquus:* Maz. *antiquus Tiberini:* tres apud Neapol. vett. *Tiberinæ l. Hilernæ:* multi etiam alii *Hilernæ*, vel *Hilerni.*—106 P. *Pontif. illic nunc.* Tum Maz. alter *sacr. canunt.*—107 Alii habent *Cranen;* vel ut plurimi cum Mor. et Maz. *Gramen:* alter *Grangen.*—110 Unus Heins. *Nodosasq. vaga tend.*—113 Læti Cod. et A. *Huic si quis juv.* Thuan. et Ed. Gryph. *aliquis juv. si dixit am.* P. *cum dixit.*—116 Duo libri *Si deserta mag.* Mox *sequor* Heins. dedit ex melioribus pro vulg. *sequar.*—117 *Antra subit* est ex R. et pr. Bonon. Heinsioque placet pro vulg. *anteiit:* alii *ante subit;* Fr. *ante init.*—118 *Modo* Neapol. profert ex vet. libro: vulg. *loco.*—119 *J. formæq. cup.* Thuan. Tum duo *tactus.*—121 Mor. et duo alii *de more petat:* sed tunc legendum foret *semotius* vel *secretius.* Burm.—124 Ex Arund. Heins. recepit *en* pro vulg. *et.* Deinde Pet. *latebr.*

NOTÆ

121 *Remotius*] Secretius, ubi minus lucis.

Nil agis en, dixi: nam te sub rupe latentem
Occupat amplexu; speque potitus ait:
Jus pro concubitu nostro tibi cardinis esto:
Hoc pretium positæ virginitatis habe.
Sic fatus; spinam, qua tristes pellere posset
A foribus noxas (hæc erat alba) dedit.
Sunt avidæ volucres; non quæ Phineia mensis
Guttura fraudabant: sed genus inde trahunt.
Grande caput: stantes oculi: rostra apta rapinæ:
Canities pennis, unguibus hamus inest.
Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes;
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactentia viscera rostris;
Et plenum poto sanguine guttur habent.
Est illis strigibus nomen: sed nominis hujus
Causa, quod horrenda stridere nocte solent.

promoves; ille respicit latibula tua. Ecce nihil promoves, inquam: namque invadit amplexu te latentem sub rupe, et potitus spe inquit, Jus esto tibi cardinis pro nostro congressu: obtineas hanc mercedem virginitatis amissæ. Sic locutus obtulit spinam, hæc erat alba, qua posset avertere infaustas noxas a januis. Sunt alites rapaces, non quæ privabant palatum Phinei mensis, sed ducunt inde originem. Caput magnum; oculi immoti; rostra apta ad prædandum; canities inest pennis, hamus unguibus. Nocte volant, et invadunt infantes destitutos nutrice, atque fœdant corpora ablata ex suis cunis. Dicuntur vellicare rostris viscera lactentia, atque habent fauces plenas sanguine hausto. Dicuntur striges; sed ratio hujus nominis, quod solent stridere nocte tremenda. Seu ergo nascuntur

---

perspicit ill.—125 Mallet Heins. *Nil agis, en: dixin'?* cum scripti et vulgati *dixit* agnoscunt: *dixi* est in Jun. Erfurt. et uno V. unus Pat. *dico*.—126 Heins. recepit *speque* ex Ursin. et uno Pat. pro vulg. *teque*.—127 Unus liber *concub. nostri tib.*—129 Pro *spinam* omnes fere scripti *virgam*; et ita edidit Neapolis.—133 Sex libri *grandes* pro *stantes*; quatuor *stantesque*.—134 Voss. et tres alii *Canit. plumis, ung.* Tum P. alter *ham. erat*.—135 Fr. *Nocte volent, puerosq.* et *volant* pro var. lect.—136 Duo libri *Et jugulant cun.*—137 Mor. Be. et Pet. *dic. lactantia*: Fr. *latentia corpora*, et *viscera* pro var. lect. *corpora* etiam A. et multi alii; tres *pectora*.—138 Maz. *plen. puro sang.* Tum Mor. *pectus hab.*—139 Jun. *ill. striges nom.* et quatuor *strigilis*.—140 Heins. malit

NOTÆ

126 *Occupat*] Hui, hui, tu ille Janus, de quo Augustinus 7, de Civitate Dei? 'De Jano non mihi facile quicquam occurrit, quod ad probrum pertineat.' Verba hæc sunt faceti Commentatoris.

129 *Spinam*] Ex alba spina virgam.

131 *Quæ Phineia*] Phinei regis quæ mensas diripiebant Harpyias dicit, monstra de quibus antea.

137 *Lactentia*] Infantum adeoque.

Sive igitur nascuntur aves, seu carmine fiunt;
Næniaque in volucres Marsa figurat anus;
In thalamos venere Procæ. Proca natus in illis,
Præda recens avium quinque diebus erat:
Pectoraque exsorbent avidis infantia linguis.
At puer infelix vagit, opemque petit.
Territa voce sui nutrix accurrit alumni;
Et rigido sectas invenit ungue genas.
Quid faceret? color oris erat, qui frondibus olim
Esse solet seris, quas nova læsit hyems.
Pervenit ad Granen, et rem docet. Illa, Timorem
Pone; tuus sospes, dixit, alumnus erit.
Venerat ad cunas: flebant materque paterque.
Sistite vos lacrymas, ipsa medebor, ait.
Protinus arbutea postes ter in ordine tangit
Fronde: ter arbutea limina fronde notat.

volucres, seu creantur incantamentis, atque nænia Marsa fingit anus in alites, subierunt cubiculum Procæ. Proca erat natus in eo præda recens quinque dierum volucribus. Atque exsugunt pectora puerilia linguis asperis. At infelix infans vagit, et poscit auxilium. Nutrix excita clamore sui alumni advolat, et reperit genas laceratas ungue sævo. Quid ageret? Color vultus erat, qui aliquando solet esse tardis foliis, quæ nova hyems corrupit. Accedit ad Granen, atque refert factum. Illa dixit, Omitte metum, tuus alumnus erit incolumis. Accesserat ad cunabula, genitor atque genitrix lacrymas fundebant. Vos, inquit, compescite fletus, ego sanabo. Continuo ter tangit postes in ordine ramis arbuteis, ter notat limina ramis arbuteis.

strid. voce sol.—142 In voc. *Næniaq.* pro var. lect. Fr. *Nominaq.* Mox *Marsa* ex Ursin. Nauger. uno Pat. et uno Med. recepit Heins. pro vulg. *falsa*; quidam etiam habent *saga*.—145 Mor. *Exsorb. avid. infant. pectora ling.*—146 Fr. cum plurimis scriptis *Et* pro *At*.—147 Thuan. *su. genitrix occurrit alumn.* Bo. etiam *occurrit*.—148 A. pr. *rig. fractas inv.*—149 Stroza liber *Quid faciat?*—150 Tres libri *sol. tardis, quas.* Deinde nonnulli *nov. lædit hy.*—151 Fr. *Gramen.*—152 A. et Pat. *Pone tuam sosp.* et septem libri *sosp. inquit, alumn.*—153 Quinque libri *flebat* pro *flebant*. Et unus Heins. *flebant matresq. patresq.*—155 Unus Liber *ord. texit*; unde Heins. faciebat *tergit*.—156 Excerpt. D.

NOTÆ

141 *Carmine*] Incantationibus.

142 *Nænia*] Carmina ipsa intelligit, aut ineptos sermones quos flebili ingratoque quodam proferat sono vetula, ut strigis figuram induat. Atque hinc vides quam a longo tempore invaluerint fabulæ, quas quotidie inculcant importunæ anus donec ipsæ in striges mutentur.

Marsa] Scilicet illa gens, quæ Samnitibus finitima, ex Circes filio Marso derivata, cantibus et næniis sæpe fuit celebris.

143 *Procæ*] Qui rex Albanus. Verum hæc omnia fabulæ.

144 *Quinque*] Quinque dies natus erat infans.

Spargit aquis aditus, sed quæ medicamen habebant:
  Extaque de porca cruda bimestre tenet.
Atque ita, Noctis aves, extis puerilibus, inquit,
  Parcite: pro parvo victima parva cadit.
Cor pro corde, precor, pro fibris sumite fibras.
  Hanc animam vobis pro meliore damus.
Sic ubi libavit, prosecta sub æthere ponit:
  Quique sacris adsunt, respicere illa vetat.
Virgaque Janalis de spina sumitur alba,
  Qua lumen thalamis parva fenestra dabat.
Post illud nec aves cunas violasse feruntur;
  Et rediit puero, qui fuit ante, color.
Pinguia cur illis gustentur larda Kalendis,
  Mixtaque cur calido sit faba farre, rogas?

Irrorat introitus aquis, sed quæ erant medicatæ, et tenet viscera cruda suis bimestris. Atque sic ait, Volucres noctivagæ, abstinete visceribus puerilibus: parva victima mactatur pro parvo. Capitote, quæso, cor pro corde, fibras pro fibris: exhibemus vobis hanc animam pro meliore. Postquam ita obtulit, ponit exta sub dio, et prohibet respicere illa eos qui adsunt sacris. Atque virga Janalis de spina alba capitur, qua parva fenestra admittebat lumen in cubiculum. Post illud neque volucres dicuntur temerasse cunabula, et color qui fuit prius infanti renovatus est. Petis quamobrem larda pinguia edantur illis Kalendis, atque faba sit mista cum calido

arbut. lumina fr. Et duo libri *fr. tegit;* unde Heins. *terit.*—157 *Sed quæ* est ex emend. Heins. nam vulg. legebatur *et aquæ:* unus autem V. alter Bonon. et Fr. exhibent *et quæ.*—158 R. *de porco crud.* Tum Pet. alter et P. pro var. lect. *bimatre ten.*—160 Tres libri *pro puero vict.* Deinde Læti Cod. et pr. A. *parv. datur.*—163 *Æthere* meliores, teste Heins. ceteri *æthera:* Edd. Neapol. et aliæ *aëre.*—164 Alii *ads. sacr.* inverso ordine. Tum pr. F. *respuere;* A. et duo alii *prospicere:* Be. *respicere exta vet.*—165 Insolentius hoc nomen [*Janalis*] neque quenquam novi, qui a Jano *Janalem* deduxerit: in Bononiensi erat, *Naialis;* unde *Maialis,* vel *ramalis* conjecerat olim Heinsius, ut sit virga ex ramo arboris, ut Metam. VIII. 644. ' ramalia arida:' et Pers. v. 59. ' ramalia fagi:' neque movere debet, quod spinæ albæ vix rami possint tribui, cum Columella l. VII. 19. eam inter arbores recenseat, ut pinum, lotos, juniperon, &c. ut Salmas. Exercit. Pliniar. pag. 370. quem Neapolis ad vs. 130. compilavit, ostendit; ubi et Græcos *δάμνον* dixisse ostendit. Vid. Nicand. Ther. 861. et ibi Schol. An forte hinc Naso *ramalem* formaverit? vix tamen credo. *Burm.* Mox *sp. ponitur alb.* Arund. Voss. et plurimi præterea vett. recte; nisi cum Jano Vlitio nostro mavis *subditur.* Heins.—167 Fr. *Post illam nec.*—170 Burm. unius V. auctoritate vulg. *cum* mutavit in *cur:* at Edd. recentiores *τὸ cum* reposuerunt. Tum tres libri *cal. fit fab.* Heins. etiam volebat legi *si*

NOTÆ

163 *Prosecta*] ' Prosecta ' seu ' prosiciæ ' dicebantur dissecta exta, quibus opponuntur solida animantium viscera.

Prisca Dea est; aliturque cibis, quibus ante solebat:
Nec petit ascitas luxuriosa dapes.
Piscis adhuc illi populo sine fraude natabat;
Ostreaque in conchis tuta fuere suis:
Nec Latium norat, quam præbet Ionia dives,
Nec quæ Pygmæo sanguine gaudet, avem.
Et præter pennas nihil in pavone placebat:
Nec tellus captas miserat ante feras.
Sus erat in pretio: cæsa sue festa colebant.
Terra fabas tantum, duraque farra dabat.
Quæ duo mixta simul sextis quicumque Kalendis
Ederit, huic lædi viscera posse negant.
Arce quoque in summa Junoni templa Monetæ
Ex voto memorant facta, Camille, tuo.

farre? Dea est antiqua, et nutritur alimentis quibus prius consueverat; neque expetit molliter epulas exquisitas. Piscis natabat adhuc securus illi populo; et ostrea fuere tuta in suis conchis: neque Latium noverat alitem, quam opulenta Ionia mittit, nec quæ oblectatur sanguine Pygmæo. Et nihil gratum erat in pavone præter pennas; neque prius terra præbuerat feras captas. Porca erat cara: celebrabant festa porca mactata. Tellus præbebat tantum fabas et dura farra. Quæ duo simul intrita quisquis comederit sextis Kalendis, negant præcordia posse huic corrumpi. Dicunt etiam templa posita Junoni Monetæ in suprema arce ex tuo voto, Camille.

rogas.—172 Thuan. *pet. accitas lux.* et R. *adcitas.*—173 Pro *illi* Fr. *illo:* alii *illis populis;* vel *illic populi:* Heins. olim conj. *vilis populi.*—174 Pat. *Ostra quoque in conch.*—175 Maz. et sex alii *nor. quod præb.* Tum Sa. et Be. *Aonia div.*—176 *Avem* Heins. recepit ex Ursin. Voss. uno V. et Med. pro vulg. *avis.*—178 Pro *ante* alter P. pro var. lect. dedit *arte.* Burm. putat voc. *tellus* corruptam esse, neque reliqua saniora. Hic latere arbitratur *Deliacos capos,* sive *capones,* circa quos maximum luxum fuisse ad Petron. cap. 23. viri docti ostenderunt: putat enim τὸ *miserat* indicare de peregrinis deliciis agi. Sic 'India mittit ebur.' Georg. I. 57. Quare hic legendum conjicit *Nec Delus capos miserat ante feros;* aut siquis *arte* velit, posse putat legi *arte ferax.* Heins. conj. *Afra,* vel *Inda.*—179 P. *fest. carebant:* Burm. conj. *calebant.*—180 Unus Med. *Farra dabas tant.* Jun. *Terr. fabas populo dur.*—183 Neapolis

NOTÆ

173 *Sine fraude*] Quia mensis non adhibebantur.

175 *Quam præbet*] Attagenes dicit, qui in Ionia saporis jucundioris.

176 *Quæ*] Gruem dicit, quam ferunt cum Pygmæis in certamen descendere.

Pygmæo] Pygmæos cubitales homunciones finxerunt, quos aliis atque aliis locis singuli prope auctores habitasse scripserunt: ut vel hinc nullam fuisse hujuscemodi gentem non temere conjiciat.

181 *Duo*] Pultem dicit fabaceam cum farre.

Sextis] Junii, scilicet. Kalendæ

Ante domus Manlî fuerant; qui Gallica quondam
A Capitolino repulit arma Jove.
Quam bene (Di magni) pugna cecidisset in illa
Defensor solii, Jupiter alte, tui!
Vixit, ut occideret damnatus crimine regni.
Hunc illi titulum longa senecta dabat.
Lux eadem Marti festa est; quem prospicit extra
Appositum Tectæ porta Capena viæ.
Te quoque, Tempestas, meritam delubra fatemur;
Cum pæne est Corsis obruta classis aquis.

Prius fuerant domus Manlii, qui olim repulit arma Gallica a Jove Capitolino. Dii excelsi, quam feliciter occubuisset in illo prælio propugnator solii tui, magne Jupiter! Superstes fuit, ut moreretur damnatus criminis regni. Longa senectus illi afferebat eum laudem. Eadem dies festa est Marti, quem porta Capena prospicit adjunctum viæ stratæ. Agnoscimus etiam, Tempestas, te dignam fuisse templis, cum classis est pæne oppressa aquis Corsis. Hæc monumenta hominum apparent:

emend. *in:* alii *ex.* Mox Fr. *Junonis templ.*—185 Multi *Malli* pro *Manli.* Tum *fuerunt* ex Max. Zulich. Sa. et aliis tribus scriptis Heins. dedit pro vulg. *fuerat.*—188 Arund. *J. alme;* et Jun. *ante tuis.*—189 Mss. *occid. versatus crim. Matii.* P. alter *damnatus crim. turpi.*—192 Be. *Adjunctum Tect.* Et pro *Tectæ* alii *rectæ* vel *dextræ.* Quidam, teste Burm. hoc distichon ita corruptissime edit *Lux ead. M. fest. est, quam prosp. ipsa Appositum rectæ* [vel *tectæ*] *porta C. viæ.*—193 Be. *Nos tibi, T. merito d. fatemur.* P. alter *d. fatentur.*—194 Be. *est illis obr.* Duo libri *C. eruta cl.*—195 P. *monum. manent:* alii

NOTÆ

ordine sextæ sunt; quæ et 'fabariæ' ex fabarum esu dictæ.

183 *Arce*] Capitolina, scilicet.

Monetæ] A monendo illud nomen Junoni impositum, quod sue gravida procurandum esse terræ motum, quo Urbs concutiebatur, voce ex ejus templo audita, Romani moniti sint.

184 *Camille*] Hic ille est, qui ob ingentia merita alter Romulus dictus est.

185 *Manli*] Capitolini, qui, Gallis olim de Capitolio deturbatis, de saxo Tarpeio ideo dejectus quod tyrannidem occupare vellet.

187 *Bene*] Non enim postea turpiter bene factorum laudem maculasset, neque de eadem, quam defenderat, arce dejectus esset.

188 *Solii*] Capitolii, templique in eo positi.

190 *Titulum*] Notam affectati regni. Nimium vixisse ironia quadam innuit.

192 *Tectæ*] Hinc Brundusium usque silicibus stratæ viæ Appiæ.

193 *Tempestas*] Dea cui bello Punico secundo M. Marcellum, Oceani periculo liberatum, cum in Corsicam et Sardiniam navigaret, ædem etiam vovisse scriptitarunt. Sed clariss. Heinsius, ex veteri lapide, ad L. Scipionem, qui Corsicam expugnavit, referendam esse non dubitavit.

194 *Corsis*] Ad Corsicam insulam in mari Ligustico spectantibus.

Hæc hominum monumenta patent. Si quæritis astra:
Tunc oritur magni præpes adunca Jovis.
Postera lux Hyadas, Taurinæ cornua frontis,
Evocat: et multa terra madescit aqua.
Manè ubi bis fuerit, Phœbusque iteraverit ortus,
Factaque erit posito rore bis uda seges;
Hac sacrata die Tusco Bellona duello
Dicitur: et Latio prospera semper adest.
Appius est auctor: Pyrrho qui pace negata
Multum animo vidit; lumine captus erat.
Prospicit a templo summum brevis area Circum.
Est ibi non parvæ parva columna notæ.

si quæritis sidera; tunc emergit ales adunca excelsi Jovis.——Sequens dies ciet Hyadas cornua frontis Taurinæ; atque tellus spargitur multo imbre.——Postquam mane bis fuerit, atque Phœbus repetiverit ortus, et seges bis erit facta humida rore sparso, Bellona dicitur consecrata hac die bello Tusco, et semper adest propitia Lătio. Appius est auctor; qui, pace negata Pyrrho multum prospexit mente: captus erat oculis. Parva area prospicit ab æde summum Circum. Est ibi exigua co-

patet, probat, probant. Tum Ed. Gryph. *sed quærimus astr.* plurimi etiam alii cum vulg. *quærimus:* Heins. dedit *quæritis* ex Ursin. et tribus aliis.—198 Mor. *terr. madescet aq.*—200 Heins. malit reponere *Tactaque.*—204 Sa. et quinque alii *Multa anim.* Deinde multi Codd. *cæcus* pro *captus;* pr. A. et Læti lib. *cassus;* unus *quassus.*—205 *Templo* ex Ursin. veterrimo libro,

NOTÆ

196 *Hæc*] Templa, scilicet, recensita.

196 *Præpes*] Præpetes dicuntur aves opportune prævolantes, quæ volatu faciunt augurium: atque hic de Aquila agitur, quæ tota Kalendis Junii vesperi sese ostendit.

197 *Cornua*] Hyades, cornua, appositio; quia illæ in fronte Tauri sitæ.

199 *Ubi bis*] Pridie Nonas Junii Bellonæ ædes consecrata in Circo Flaminio versus portam Carmentalem. In hac dabatur Senatus Legatis exterarum gentium quas in Urbem admittere nolebant; item ducibus et bello revertentibus. Atque hæc ab illustriss. Neapoli.

201 *Tusco*] Anno ab Urbe 457. Appio Claudio Cæco et L. Volumnio Flamma Consulibus: atque tum hostium multa millia cæsa, captaque eorum castra.

Bellona] Dea bellica, Martis comes, tum soror, aut conjux, vel utrumque simul.

203 *Appius*] Hic ille cæcus est, qui fœdam cum Pyrrho pacem disturbavit; atque insuper, ne quosdam in Senatu audiret pessime Reipublicæ consulentes, surdum fieri palam expetivit.

205 *Summum*] Ultimum, aut extremam ejus partem.

Area] Spatium fuit ante Deorum ædes.

206 *Non parvæ*] Ob rationem ce-

Hinc solet hasta manu, belli prænuntia, mitti;
In Regem et gentes cum placet arma capi.
Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est:
Quod Deus Euboico carmine munus habet.
Muneris est tempus, qui Nonas Lucifer ante est.
Si titulos quæris: Sylla probavit opus.
Quærebam Nonas Sanco Fidione referrem,
An tibi, Semo pater: cum mihi Sancus ait:
Cuicumque ex illis dederis, ego munus habebo.
Nomina trina fero: sic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini:
Inque Quirinali constituere jugo.
Est mihi (sitque, precor, nostris diuturnior annis)
Filia: qua felix sospite semper ero.

lumna non levis notæ. Hinc solet jaci manu hasta præsaga belli, cum decretum est arma indui adversus regem et nationes.——Altera pars Circi secura est sub Hercule defensore: quod munus Deus obtinet carmine Euboico. Dies qui præcedit Nonas est tempus muneris. Si petis titulos; Sylla probavit opus.——Incertus eram assignaremne Nonas Sanco an Fidio, an tibi, Semo pater; cum Sancus mihi dixit: Cuicumque ex illis tribueris donum, ego consequar. Triplici nomine appellor: Cures sic jusserunt. Sabini antiqui igitur celebraverunt hunc templo, et posuerunt in colle Quirinali.——Est mihi filia, (atque oro sit firmior nostris annis,)

et nno Pat. placet Heins. præ vulg. *tergo.*—207 Be. *bell. præsentia, mitt.*—208 Mor. et tres alii *arm. sequi.*—210 Pro *Quod* multi *Qui:* Jun. *Quam.*—211 Pro *qui* Ursin. *quo.* Heins. suadet *qui N. L. anteit.*—212 Quidam malit *S. rogavit op.*—213 Alii pro *Sanco* habent *Sancto*, et in seq. vs. *Sanctus.*—214 Plurimi vett. *Semipater;* alii etiam *Semicaper:* Scaliger mallet *Semo pater.*—216 *Trina* Heins. recepit ex tribus scriptis pro vulg. *terna.*—217 Pro *Hunc* Bonon. et Ferrar. *Hac:* Maz. et V. *Hanc:* pr. A. *Hinc.*—218 Fr.

NOTÆ

quenti versu expositam.

209 *Custode*] In veteris Kalendarii fragmento sic habetur: HERCULI MAGNO CUSTODI IN CIRCO FLAMINIO.

210 *Euboico*] Cumæo Sibyllæ.

Munus] Templum, scilicet.

211 *Qui Nonas*] Pridie Nonas Junias, seu ejus mensis 4. die.

212 *Sylla*] Dictator, qui ex universis fortunis Herculi decimam sacrificans opipara populo fecit convivia.

213 *Sanco*] Hic Sancus, Fidius, seu Semo pater Sabinorum Deus, auctorque gentis fuit: quem non temere Herculem credideris.

216 *Cures*] Sabini; quorum Cures urbs opulentissima.

217 *Sabini*] Qui, relictis suis sedibus, in Urbem commigrarunt: neque opinor ex Dionysii auctoritate satis caute hunc locum a viro clariss. solicitatum.

220 *Filia*] Hujus nomen non legisse dicit vir doctissimus, quam non semel Trist. III. 7. *Perillam* vocat ipse Naso. Non tanti duxit, scilicet, recordari.

Hanc ego cum vellem genero dare, tempora tædis
  Apta requirebam, quæque cavenda forent.
Tum mihi post sacras monstratur Junius Idus
  Utilis et nuptis, utilis esse viris.
Primaque pars hujus thalamis aliena reperta est.
  Nam mihi sic conjux sancta Dialis ait:
Donec ab Iliaca placidus purgamina Vesta
  Detulerit flavis in mare Thybris aquis;
Non mihi detonsos crines depectere buxo,
  Non ungues ferro subsecuisse licet:
Non tetigisse virum; quamvis Jovis ille sacerdos,
  Quamvis perpetua sit mihi lege datus.
Tu quoque ne propera: melius tua filia nubet,
  Ignea cum pura Vesta nitebit humo.

qua incolumi semper ero beatus. Cum ego cuperem eam tradere genero, p
bam tempus idoneum facibus, quodve esset fugiendum. Tum Junius indicat
esse utilis et nuptis et maritis, post sacras Idus. Atque pars prima hujus
est minus apta nuptiis: nam sancta conjux Dialis sic mihi dixit: Don
Thybris devolverit in mare flavis aquis sordes a Vesta Iliaca, non mihi licet
comam buxo dentata, non secuisse ungues ferro, non tetigisse conjugem;
ille sit sacerdos Jovis, tametsi junctus sit mihi lege inviolabili. Tu etiam ne
filia tua aptius nubet, cum Vesta ignea fulgebit terra purgata.—Tertia d

Inde Q.—222 Be. *quæq. timenda for.*—223 Pro *sacras* Heins. conj. *a*
225 Fr. *Plurima pars.*—226 Pro *sancta* Heins. conj. *cincta.*—229 Olim
batur *mih. detonso crinem depectere* [vel *depexere*] *buxo:* sed 'Velim
qui intelligat, et nos doceat quid sit, *detonsum buxum:* duo libri, *d*
tres, *detonsum;* duo, *detonsos crines;* prima editio, *detonsa;* Læti cod
tonsa. Scribe omnino, *dentosa buxo,* hoc est, pectine buxeo.' *Heins*
mihi indigna nitore Ovidiano vox *dentosa* videtur, cujus nullum ex a
tate exemplum produci potest: ideoque cum nonnullis scriptis lego, *d*
crines depectere buxo; vel, *detonsum crinem,* ut tres libri. *Burm.*—230 F
crinem ferr. et *unguem* pro var. lect.—234 *Vesta...humo* ex emend.
neque aliter corr. in uno F. et libro Matthæi Herculano: ceteri habe

NOTÆ

221 *Tædis*] Quæ nuptiis adhiberi solitæ.

223 *Sacras*] Omnes enim Jovi sacræ.

225 *Hujus*] Mensis Junii.

226 *Conjux*] Flaminica, uxor flaminis Dialis.

227 *Iliaca*] Ilio ab Æneæ Romam advecta.

Purgamina] Sordes in æquor tandæ. Quanquam alii aliter nihil ad nos.

229 *Buxo*] Pectine.

232 *Perpetua*] Uxorem ab poterat segregare Dialis.

234 *Pura*] Sordibus exporta

Tertia post Nonas removere Lycaona Phœbe
Fertur: et a tergo non habet Ursa metum.
Tunc ego me memini Ludos in gramine Campi
Aspicere: et didici, lubrice Thybri, tuos.
Festa dies illis, qui lina madentia ducunt,
Quique tegunt parvis sera recurva cibis.
Mens quoque numen habet. Menti delubra videmus
Vota metu belli, perfide Pœne, tui.
Pœne, rebellaras: et leto Consulis omnes
Attoniti Mauras pertimuere manus.
Spem metus expulerat; cum Menti vota Senatus
Suscipit; et melior protinus illa venit.

Nonas dicitur expellere Lycaonem: atque Ursa non metuit a tergo. Recordor me tunc spectare Ludos in gramine Campi; atque doctus eram esse tuos, Thybri fluvide. Dies sacra illis qui trahunt lina humida, quique operiunt æra aduncæ exiguis escis.——Mens habet etiam numen. Cernimus templa vota Menti timore belli tui, Pœne perfide. Pœne, rebellaveras; atque omnes exterriti morte Consulis metuerunt manus Mauras. Timor spem rescinderat, cum Senatus suscipit vota

****

...*humus*. Tum Bonon. *virebit humus*.—235 Heinsius se hoc non intelligere notaverat in codice, et varie tentabat locum: vel, *removente Lycaoni Phœbe Ferris*, ut de ursa intelligatur; *Lycaoni* erat in Patavino: vel, *removere Lycaonis orbem Fertur*: deinde nihil mutandum censebat, et de Arctophylace capiebat. Sed recte Fanensis *Lycaona* pro *Lycaonidem* poni docet: Arcas enim est Lycaonis nepos: et hoc more Græcorum. Ita Ἀμφιτρύων, pro Ἀμφιτρυωνίδης, Pindar. IV. Nem. 32. ubi vid. Schol. et X. Olym. 42. Μολίονες, pro Μολιονίδαι· ubi vid. Schmid. *Burm*.—237 Unus Max. *eg. commemini L*.—238 *Didici* Heins. rescripsit ex melioribus pro vulg. *dici*.—240 Pro *parvis* Fr. a man. pr. *pravis*: Heins. volebat *parcis*.—243 Meliores, teste Heins. *rebellaras*; ceteri *rebellabas*. Mox A. pr. *let. Principis omn*.—244 A. pr. *M. extimuere man*.—245 Pro *expulerat*, alii *abstulerat*, vel *extulerat*.—246 Pr. A.

NOTÆ

235 *Tertia post*] Inclusive tamen, ut aiunt; hoc est, 7. Idus Arctophylax occidit mane.

Lycaona] Lycaonem pro Lycaonide nepote, Arcade, scilicet, Callistonis filio, posuit, qui in cœlum translatus Arctophylax appellatus fuit.

Phœbe] Luna.

236 *Et a tergo*] Ad illud alludit, quod in Metam. scripsit de Arcade, qui matrem in Ursam mutatam est insecutus.

237 *Tunc*] 7. Idus.

238 *Tuos*] Thybrales dicti sunt in honorem Thybridis instituti. Quod festum a piscatoribus inprimis celebratum.

242 *Vota*] Suasu Decemvirum. Post inspectos libros fatales, ædem vovit Attilius Prætor, dedicavit T. Otacilius Crassus. Videsis Livium.

Perfide] Pœnorum seu Carthaginensium proprium elogium.

243 *Consulis*] Q. Flaminii ad Thrasimenum lacum.

244 *Mauras*] Pro Pœnis posuit:

Aspicit instantes mediis sex lucibus Idus
  Illa dies, qua sunt vota soluta Deæ.
VESTA, fave: tibi nunc operata resolvimus ora:
  Ad tua si nobis sacra venire licet.
In prece totus eram. Cœlestia numina sensi,
  Lætaque purpurea luce refulsit humus.
Non equidem vidi (valeant mendacia vatum)
  Te, Dea; nec fueras aspicienda viro.
Sed quæ nescieram, quorumque errore tenebar,
  Cognita sunt nullo præcipiente mihi.
Dena quater memorant habuisse Palilia Romam,
  Cum flammæ custos æde recepta sua est.

Menti; atque continuo illa adest melior. Illa dies, qua vota sunt exhibita Deæ, videt Idus instantes sex diebus interjectis.——Vesta, esto propitia: nunc aperimus ora tibi operata; si conceditur nobis accedere ad tua sacra. Totus eram in prece: sensi numina cœlestia, et terra læta splenduit luce purpurea. Te equidem non vidi, Dea; (absint fictiones Pœtarum;) neque fueras videnda viro. Verum quæ non perceperam, at quorum errore tenebar, sunt perspecta a me nullo docente. Dicunt Romam celebrasse quadragies Palilia, cum custos flammæ recepta est suo templo.

****

Excipit; et.—247 Pr. V. et duo alii *med. ex luc.* unus *post.*—249 Jun. Be. et quatuor alii *nunc operosa resolv.* ' male.' *Burm.*—252 R. *luc. resolvit hum.*—253 Tres libri *vid. pereant mend.*—254 Multi scripti et ed. Gryph. *Tu, D. non fuer.* Tum pr. A. et Læti liber *conspicienda viro.*—255 Pr. F. enm A. et Læti libro et quatuor aliis *err. trahebar.*—256 Læti Cod. *Agnita.* Tum Voss. F. et sex alii *sunt nulla præcip.* Pat. *illa,* quod olim probabat Heins.—257 Pr. V. *Denaque Ter.* Ursini Cod. *Parilia;* et multi cum Maz. Zulich. et Fr. *nomen* pro *Romam:* et duo *numen.*—258 In quodam libro *Dum flamm.* Mox alii habent *urbe* pro *æde:* Burm. conj. *sede.* Deinde *sua* Heins. dedit ex pr. A. et Læti Cod. pro vulg. *Dea.* Totum distich. sic Heins. conj. le-

NOTÆ

namque hi belli duces.

246 *Melior*] Quippe opes suas libens Senatus in medium protulit: Eques secutus exemplum; imitatusque Equitem tribus. In eligendis Magistratibus centuriarum magna sapientia, cum juniores a senioribus consilium de creandis Consulibus peterent, &c.

247 *Aspicit*] Adeoque 7. Idus vota soluta.

250 *Si nobis*] Vestalium virginum fuisse curam Vestæ focis assidere, atque ejus sacra curare, omnes sciunt. Ideo dixit Naso, ' si licet.'

251 *Cœlestia*] Vestæ, scilicet.

252 *Purpurea*] Utpote Vestæ seu Ignis.

253 *Valeant*] Nolim mentiri.

256 *Nullo*] Adeoque Dea instinctu.

257 *Dena quater*] 40. ergo anno ab Urbe condita.

258 *Flammæ custos*] Vesta, scilicet, quam et imperii custodem voluerunt.

Regis opus placidi, quo non metuentius ullum
Numinis ingenium terra Sabina tulit.
Quæ nunc sere vides, stipula tunc tecta videres:
Et paries lento vimine textus erat.
Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ,
Tunc erat intonsi regia magna Numæ.
Forma tamen templi, quæ nunc manet, ante fuisse
Dicitur: et formæ causa probanda subest.
Vesta eadem est, quæ Terra: subest vigil ignis utrique.
Significant sedem terra focusque suam.
Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa,
Aëre subjecto tam grave pendet onus.
Ipsa volubilitas libratum sustinet orbem:
Quique premat partes, angulus omnis abest.

Opus Regis mansueti, quo terra Sabina non produxit ingenium ullum reverentius Dei. Quæ cernis nunc tecta ære, vidisses tunc operta *culmo; atque paries erat textus flexili vimine. Hic parvus locus, qui sustinet atria Vestæ tunc erat ampla aula Numæ intonsi. Attamen figura ædis, quæ stat hodie, dicitur prius fuisse: atque ratio figuræ non contemnenda. Vesta eadem est quæ Tellus: ignis inextinctus subest utrique. Terra atque focus indicant sedem suam. Terra similis pilæ nullo fulcro sustentata, pondus tam magnum libratur in aëre ambiente. Ipsa volubilitas sustentat orbem libratum: et omnis angulus abest qui urgeat partes. Cumque sit*

---

gendum: *Dena quater m. abiisse Palilia, numen C. f. c. æde r. sua est.*—259 Jun. *op. quo non placid.* mutato ordine. At A. et Be. *placidum* pro *placidi.*—261 Sic Heins. ex Ursin. Nauger. et tribus aliis: olim edebatur *Quæ n. æ. nitent s. t. t. virebant:* plurimi vett. *æ. virent s.* Maz. Arund. et plurimi alii *vides...virebant.*—262 Nonnulli *vim. tectus er.*—263 Pet. et Maz. *qui nunc tenet atr.*—265 Pro *manet* Thuan. et Voss. *tenet;* Fr. *est.*—266 Fr. *Creditur; et.* Mox Heins. malit *prob. sua est;* quia ' subest' occurrit in proximo vs.—267 *Quæ* Heins. dedit ex Ursin. et duobus aliis pro vulg. *et.*—270 Heins. malebat *subj. quam grav.*—271—6. Hi sex versus desunt Codd. quibusdam, et

NOTÆ

259 *Placidi*] Pius namque Numa sacra et cerimonias, omnemque Deorum immortalium cultum, docuit: inprimis focum Vestæ virginibus colendum dedit.

260 *Sabina*] Hujus meminit, quia Curibus Sabinis agentem Numam ultro, ob inclytam viri religionem, petiverunt.

261 *Quæ nunc*] De Vestæ templo agitur.

263 *Atria*] Ubi degebant Vestales; quæ virgines, ut ait Plinius, cum vi morbi atrio Vestæ excedere cogebantur, matronarum curæ custodiæque mandabantur.

265 *Quæ nunc*] Rotunda, scilicet, quemadmodum et Terræ, quam Vestam esse voluerunt.

267 *Utrique*] Terræ quæ habet Ignis elementum, atque Vestæ, in qua Ignis inextinctus.

Cumque sit in media rerum regione locata,
Et tangat nullum plusve minusve latus;
Ni convexa foret, parti vicinior esset:
Nec medium terram mundus haberet onus.
Arce Syracosia suspensus in aëre clauso
Stat globus, immensi parva figura poli.
Et quantum a summis, tantum secessit ab imis
Terra: quod ut fiat, forma rotunda facit.
Par facies templi: nullus procurrit in illo
Angulus. A pluvio vindicat imbre tholus.
Cur sit virgineis, quæris, Dea culta ministris?
Inveniam causas hac quoque parte suas.
Ex Ope Junonem memorant Cereremque creatas
Semine Saturni: tertia Vesta fuit.

posita in media regione rerum, et nullum tangat latus plus aut minus, nisi esset rotunda, esset propior parti, neque mundus haberet terram pondus medium. Est globus libratus in aëre clauso arte Syracusia, imago exigua vasti mundi. Et quantum terra distat a supremis, tantum distat *ab infimis: quod ut fiat, figura orbiculata facit. Forma templi* est *æqualis: nullus angulus eminet in illo: tholus defendit a nimbis cadentibus. Petis quamobrem Dea sit culta a Sacerdotibus virgineis? Reperiam etiam rationes suas in hac parte. Aiunt Junonem atque Cererem satas semine Saturni ex Ope: Vesta fuit tertia. Utraque nupserunt; ambæ dicuntur*

priscis Edd.—271 Ed. Gryph. *volub. subjectum sust.*—273 Læti Cod. *region. locatum.*—275 V. et duo Pat. *Ni connexa for.*—276 *Terram* Heins. recepit ex Ursin. Læti Cod. et duobus aliis pro vulg. *terræ:* unus Med. *terras.*—277 Pro vulg. *Arte* Heins. reposuit *Arce* ex opt. Pat. et duobus aliis. Tum multi legunt *Syracusiæ*, vel *Syracusia.*—280 Fr. *fl. terra rot.* et *forma* pro var. lect.—283 *Virgineis* meliores, teste Heins. ceteri cum vulg. *virginibus.* Mox Cod. Læti *D. læta min.*—284 Be. *Invenies caus.*—285 P. alter *Cereremq. crea-*

NOTÆ

268 *Significant*] Terra enim in medio totius orbis; Vestæ focus in medio templo, siquidem rotundum.

271 *Ipsa volubilitas*] Sex proximi versus in plerisque libris non leguntur, ut testatur clariss. Heins.

277 *Syracosia*] Archimedis Syracusani, qui mechanico artificio sphæram vitream composuit in qua mira conversione dissimiles circulorum motus visebantur. ‘Jura poli, rerumque fidem, legesque Deorum, Ecce Syracosius transtulit arte senex:’ inquit Claudianus.

278 *Globus*] Solidam Archimedis sphæram designat.

281 *Templi*] Vestalis, scilicet, qui forma etiam rotundus.

282 *Tholus*] Qui media ac suprema pars tecti orbiculata, in quam cæteræ omnes partes coëunt.

284 *Hæc quoque*] Sicut præcedenti.

Utraque nupserunt; ambae peperisse feruntur:
De tribus impatiens restitit una viri.
Quid mirum, virgo si virgine læta ministra
Admittit castas in sua sacra manus? 290
Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam.
Nataque de flamma corpora nulla vides.
Jure igitur virgo est, quae semina nulla remittit,
Nec capit: et comites virginitatis habet.
Esse diu stultus Vestae simulacra putavi: 295
Mox didici curvo nulla subesse tholo.
Ignis inextinctus templo celatur in illo.
Effigiem nullam Vesta, nec ignis, habent.
Stat vi terra sua: vi stando Vesta vocatur.
Causaque par Graii nominis esse potest. 300
At focus a flammis, et quod fovet omnia dictus:
Qui tamen in primis ædibus ante fuit.
Hinc quoque vestibulum dici reor: inde precando
Affamur Vestam, Quæ loca prima tenes.

partus edidisse: una ex tribus mansit impatiens viri. Quid mirum, si virgo gaudens sacerdote virgine admovet manus castas in sua sacra? Nec tu concipe Vestan esse aliud, quam ardentem flammam: atque nulla aspicis corpora orta ex flamma. Merito ergo est virgo, quæ nulla semina reddit, nec concipit; et habet comites virginitatis. Ego *ineptus diu credidi esse imaginem Vestæ: deinde edoctus sum nullam subesse convexo tholo. Ignis æternus servatur in illa æde. Vesta nec ignis nullam habent imaginem. Tellus stat vi sua; Vesta dicitur vi stando: atque ratio nominis Græci potest esse similis. At focus appellatus a flammis, et quia fovet omnia; qui tamen prius fuit in primis ædibus. Hinc etiam opinor vestibulum appellari; inde alloquimur Vestam precando, Quæ obtines prima loca. Consuetudo*

tam.—289 Fr. *ministr. est.*—290 Fr. *Admittat cast.* Tum Mor. *ad sua.* A. pr. Læti Cod. et duo alii *in sua castra man.* et unus *sua jura man.*—291 Pro *virum* unus *castam*; alius *puram*; alius *merum.*—292 Isidorus citans hos vss. habet *corp. nuda vid.*—294 *Habet* dedit Heins. ex Ursin. Læti Cod. pr. A. et novem aliis pro vulg. *amat.*—297 Pro *celatur*, quinque *celebratur*; forte non male, quia perpetuus erat. *Burm.*—298 Jun. et Voss. cum multis aliis *ign. habet.*—303. 304 Hic discrepant libri vett. Ursin. pr. A. Zulich. Maz. aliique

NOTÆ

287 *Utraque*] Juno et Ceres, scilicet.

288 *Una*] Vesta.

300 *Par Graii*] Ἑστία enim Græci ab ἕστάναι deducunt.

301 *Dictus*] Quia igni suo focus nos aliaque fovet. Quanquam sunt qui potius verbum *fovere* a foco deriverunt.

302 *In primis*] In primeri domus parte.

303 *Hinc*] A Vesta, quod in vestibulo esset focus.

Ante focos olim longis considere scamnis
  Mos erat; et mensæ credere adesse Deos.
Nunc quoque, cum fiunt antiquæ sacra Vacunæ,
  Ante Vacunales stantque sedentque focos.
Venit in hos annos aliquid de more vetusto:
  Fert missos Vestæ pura patella cibos.
Ecce, coronatis panis dependet asellis;
  Et velant scabras florida serta molas.
Sola prius furnis torrebant farra coloni;
  Et Fornacali sunt sua sacra Deæ.

fuit quondam sedere ante focos in longis scamnis, et credere Deos adesse mensæ. Nunc etiam cum sacra priscæ Vacunæ celebrantur, stant atque sedent ante aras Vacunales. Aliquid de more antiquo transivit in hanc ætatem: patella nitida tenet dapes missas Vestæ. Ecce panis dependet asinis coronatis; et serta florida tegunt asperas molas. Agricolæ olim torrebant furnis sola farra; atque sunt sua sacra

nonnulli *inde precando Quæ famur Vesta:* alii plures *unde precando Quæ famur vestra est*, vel *Vestam:* unus *Quæramus Vestam;* alius *Quæramur:* tres *unde precando Affamur Vestam.* Heins. scribendum putat *inde precando Præfamur Vestam;* vel *inde precamur Præfati Vestam;* nam in plurimis vett. erat *precamur.* Neapolis, cum vulgatis, sic legit, *inde precando Dicimus, o Vesta:* Burm. conj. *inque precando Affamur Vestam.* Denique Fr. *unde precamur Quæ famur Vesta est, quæ l. p. tenet.*—305 Fr. *scamnis...longis*, ordine mutato.—307 P. et Excerpt. D. *Lacunæ;* et vs. seq. *Lacunales:* ubi Jun. habet *Vacanales.*—309 *Aliquid...vetusto* Cod. Neapolis exhibet; Gryph. edidit *aliquo...vetusto:* ceteri cum vulg. *aliquo...vetustas.*—310 Duo libri *Fer jussos V.* Tum Med. *parvæ patell.* et tres V. *curva:* Heins. conj. *curta.*—312 Tres libri *scabr. floros sert.* et unus *mollia.* Tres *florida farra mol.* et quatuor *sert. comas.*—314 Fr. a

NOTÆ

304 *Vestam, Quæ*] Discrepant hic multum codices. Sensus apertus est: mendum tamen quod lateat facile non est dicere. Ceterum notandum quod et Servius docet, sicut Jani, ita et Vestæ, omnibus sacrificiis nomen invocari.

306 *Adesse*] Propterea quod ante focos considerent, ubi Vesta atque Penates.

308 *Vacunæ*] Dea quæ vacantibus præerat; cuique adeo in templo illi dicato agricolæ a laboribus ruris cessantes per hyemem vota solvebant. Eam Varro Minervam esse dixit, quod ea maxime hi gaudeant qui sapientiæ vacant. Alii Dianam aut Cererem credidere.

309 *Vetusto*] De quo in sequentibus: neque ad præcedentia referes, ut suadet Commentator.

310 *Missos*] A piis civibus ipsi Vestæ numini litantibus. Boni quippe civis fuit, Varrone auctore, legibus parere, Deos colere, in patellam dare.

Pura] Purgata et detersa.

311 *Ecce*] In Vestæ honorem asini molitorii hoc tempore a pistoribus coronabantur.

312 *Scabras*] Sint vero necesse est ad conterendum triticum.

314 *Fornacali*] De ea in præceden-

Suppositum cineri panem focus ipse parabat;
  Strataque erat tepido tegula quassa solo.
Inde focum servat pistor, dominamque focorum,
  Et quæ pumiceas versat asella molas.
Præteream, referamne tuum, rubicunde Priape,
  Dedecus? est multi fabula plena joci.
Turrigera frontem Cybele redimita corona
  Convocat æternos ad sua festa Deos.
Convocat et Satyros, et, rustica numina, Nymphas.
  Silenus, quamvis nemo vocarat, adest.
Nec licet, et longum est epulas narrare Deorum:
  In multo nox est pervigilata mero.
Hi temere errabant in opacæ vallibus Idæ:
  Pars jacet, et molli gramine membra levat.

Deæ Fornacali. Ipse focus parabat panem substratum cineri; et lateres fracti erant positi in solo calido. Inde pistor, et asella, quæ agitat molas pumiceas, observat focum et dominem focorum. Omittamne, an memorem tuum probrum, Priape rubicunde? Fabula est referta multi joci. Cybele habens caput cinctum corona turrifera congregat Deos æternos ad sua festa. Convocat etiam Satyros, et Nymphas numina rustica. Silenus adest, quamvis nullus invitasset. Neque fas est, et prolixum foret referre dapes Deorum: nox est exhausta in multo vino. Hi passim vagabantur in vallibus Idæ umbrosæ: pars strata est, et quietem præbet artubus in herba tenera. Hi ludunt; sopor tenet istos; pars jungit lacertos, et ter percutit

---

pr. man. *Fornicali*. Vett. plurimi et Edd. primæ *sunt stata sacr*. Heins. conj. *data*. Gottorph. *sua templa D*.—316 R. *Strataq. erant tep*. Multi etiam *quass. foco*.—318 Multi *quæ puniceas vers*.—319 Alii *Præterea refer*.—320 Pet. *est multo..joco*. Et meliores, teste Heins. *parva joci*.—321 Omnes fere scripti et editi *Turrigeram front*. Be. *Thuriferam*.—322 Alii *Evocat*, vel, ut Fr. *Advocat ætern*.—324 Pro *vocarat* pr. A. et octo alii *vocaret*; tres *vocavit*.—325 Heins. malebat *Nec libet*: Burm. autem nihil mutandum censet.—326 Duo libri *est pervigil acta mer*. Mor. *evigilata*.—327 Ex melioribus Heins. recepit *Hi* pro vulg. *Di*. Mox Excerpt. D. et plurimi scripti *opac. collibus I*.—328 P. alter, et quinque alii, cum Edd. Gryph. et Mycill. *membr. levat*.—

NOTÆ

tibus.

316 *Strataque*] Focus stratus erat lateritiis ad coquendum panem. Atque adeo nihil mirum Vestæ, focorum Dominæ, pistores quod festum colerent.

317 *Servat*] Observat et celebrat Vestam in foco.

318 *Pumiceas*] Instar pumicis scabras atque asperas.

319 *Præteream*] Coronandorum asinorum causam est redditurus Naso.

321 *Turrigera*] Nota hæc sunt omnia ex præcedentibus. Primis urbibus turres quia addiderat Cybele turrita exhibetur.

327 *Idæ*] Festum fingit in Phrygia ad Cybeles dilectos colles.

Hi ludunt, hos somnus habet; pars brachia nectit,
  Et viridem celeri ter pede pulsat humum.
Vesta jacet, placidamque capit secura quietem,
  Sicut erat positum cespite fulta caput.
At ruber hortorum custos Nymphasque Deasque
  Captat; et errantes fertque refertque pedes.
Aspicit et Vestam: dubium, Nymphamne putarit,
  An scierit Vestam: scisse sed ipse negat.
Spem capit obscœnam, furtimque accedere tentat;
  Et fert suspensos, corde micante, gradus.
Forte senex, quo vectus erat, Silenus asellum
  Liquerat ad ripas lene sonantis aquæ.
Ibat, ut inciperet longi Deus Hellesponti;
  Intempestivo cum rudit ille sono.
Territa voce gravi surgit Dea. Convolat omnis
  Turba. Per infestas effugit ille manus.
[Lampsacos hoc animal solita est mactare Priapo:
  Apta asini flammis indicis exta damus.]

terram viridem pede levi. Vesta jacet, atque indulget tranquille leni quieti, habens caput sustentatum cespite, sicut erat positum. At ruber custos hortorum insidiatur et Nymphis et Deabus; et fert atque refert pedes vagantes. Videt quoque Vestam, incertum credideritne Nympham, an compertum habuerit esse Vestam: verum ipse negat scisse. Concipit spem turpem, et conatur appropinquare furtim; et fert gressus suspensos corde saliente. Forte senex Silenus liquerat asinum, cui insederat, ad ripas aquæ leviter strepentis. Deus longi Hellesponti incedebat ut faceret initium, cum ille rudit voce inopportuna. Dea excitata sono magno surgit: omnis cœtus convolat: ille evadit per manus infensas. Lampsacus consuevit immolare hoc asi-

329 Pro *nectit*, Mor. *jactat*; et sic Fr. pro var. lect. P. *vertit*: sex scripti et Edd. pr. Gryph. et aliæ *nectunt*.—330 *Pars viridem* editi quidam et quinque scripti; sed male: chorea enim nexis brachiis saltat. *Burm.*—332 Pembroc. et Jun. *er. posito cesp.*—335 Multi *dub. est, N.* 'Tollo τὸ *est*; ita præstantiores libri.' *Heins.*—336 Jun. *quod* pro *sed*. R. *ips. neget*.—338 Unus liber *ore* pro *corde*: et P. *corde tremente, grad.*—340 Pr. A. et Læti Cod. cum Be. et quibusdam aliis *ad ripam len.*—341 Pet. *long. decus H.*—343 Duo libri *fugit* pro *surgit*.—344 Jun. *infest. confugit ill.* et Ed. Neap. *effugit illa man.*—345. 346

NOTÆ

329 *Nectit*] Implicat ad choreas agitandas.

333 *Custos*] Priapus, scilicet.

336 *Negat*] Ne audentior videretur.

341 *Deus Hellesponti*] Priapus, Lampsacenorum, qui ad Hellespontum jacent, Deus.

344 *Infestas*] Scilicet illic Priapo festum non fiat.

345 *Lampsacos*] Inepte huc inculcatum distichon nullus non videt.

Quem tu, Diva memor, de pane monilibus ornas:
  Cessat opus: vacuæ conticuere molæ.
Nomine, quam pretio celebratior, arce Tonantis,
  Dicam Pistoris quid velit ara Jovis.
Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis;
  Fecerat obsidio jam diuturna famem.
Jupiter ad solium Superis regale vocatis,
  Incipe, ait Marti. Protinus ille refert:
Scilicet ignotum est, quæ sit fortuna meorum,
  Et dolor hic animi voce querentis eget?
Si tamen, ut referam breviter mala juncta pudori,
  Exigis: Alpino Roma sub hoste jacet.

mal Priapo; præbemus focis viscera idonea asini indicio. Quem tu Diva nequaquam ingrata decoras monilibus de pane. Opus intermittitur: molæ inertes requieverunt. Referam quid indicet altare Jovis Pistoris in arce Tonantis, insignius nomine quam pretio. Capitolia septa feris Gallis urgebantur: obsidio longa jam creaverat inopiam. Jupiter, Cœlestibus citatis ad solium regium, Fac initium, inquit Marti: continuo ille reddit: Nimirum incertum est, quæ sit sors meorum, atque hic luctus animi opus habet voce dolentis. Si tamen requiris ut memorem paucis mala juncta dedecori, Roma protrita est sub hoste Alpino. Hæc est, Jupiter,

---

Lampsacos nonnulli: et sequenti versu, *Apta asini*, pro *Hinc asini*, meliores omnes. Sed emunctæ naris quilibet facile odoretur hoc distichon ab aliquo homine male feriato hic præter rem esse inculcatum, ut et alibi non raro factum. *Heins.* Forte ita refictum posset retineri: *Lampsacos hinc a. s. hoc m. P. Hinc asini flammis, &c. hinc asini* est in Puteau. Sarrav. et multis editionibus: si enim omittatur distichon, quo referas sequentia, *Quem tu, &c.* non video; nam *ille* præcedens Silenum, ut puto, respicit: nam *infestæ* manus petebant Silenum, non asinum. *Burm.*—350 *Dicam Pistoris* quidam vett. habent, quos sequitur Burm. 'Libri veteres, *discant pistores*, vel *dicant*. Quidam etiam, *discant pistoris*. Lego, *Dic jam*, vel *discite*.' Heins.—351 Voss. et Be. *Cuncta prem.*—352 Excerpt. D. P. et Mor. *nam* pro *jam*.—355 Pro *meorum* scripti plurimi *malorum:* unus *Deorum;* alius *viarum;* tertius *locorum*. 'In Francofurtensi erat pro varia lectione, *Quo sit Romana loco res:* quod unde venerit nescio. An dictum ut illud a Virgilio Æn. II. 322. 'Quo res summa loco:' et Terent. Adel. III. 2. 46. 'Pejore res loco non potis est esse.' et ita alii. 'Res Romana' etiam infra occurrit vs. 483. et alibi centies. *Burm.*—357 Pet. *ref. pariter mal.*—358 Maz. *hoste fuit:* Heins. conj. *ruit.*—359

NOTÆ

349 *Arce Tonantis*] In Capitolio. Ceterum ad Vestæ sacra parum aut nihil spectant quæ subjicit Naso.

351 *Trucibus*] Sævis Senonibus. Verum nota hæc omnibus ex Historicis

356 *Hic*] Meus. Querimoniam habet hæc Ironia.

357 *Pudori*] Namque Mars, belli Deus, suis opem ferre debuisset.

358 *Alpino*] Ex Alpibus orto.

Hæc est, cui fuerat promissa potentia rerum,
  Jupiter? hanc terris impositurus eras?
Jamque Suburbanos, Hetruscaque contudit arma:
  Spes erat in cursu: nunc Lare pulsa suo est.
Vidimus ornatos, ærata per atria, picta
  Veste, triumphales occubuisse senes.
Vidimus Iliacæ transferri pignora Vestæ
  Sede. Putant aliquos scilicet esse Deos?
At si respicerent, qua vos habitatis in arce,
  Totque domos vestras obsidione premi;
Nil opis in cura scirent superesse Deorum,
  Et data solicita thura perire manu.
Atque utinam pugnæ pateat locus! arma capessant;
  Et, si non poterunt exsuperare, cadant.

cui potestas rerum fuerat promissa? Hanc eras præpositurus orbi? Jamque subegit suburbanos et arma Tusca. Spes erat in cursu: nunc ejecta est domo sua. Conspeximus per atria ærata senes triumphales insignes veste picta morti traditos. Vidimus pignora Vestæ Iliacæ moveri loco. Credunt scilicet aliquos Deos esse? At si cogitarent, qua in arce vos degitis, totque vestras sedes urgeri obsidione, intelligerent nihil restare auxilii in cura Deorum, et thura oblata manu pia frustra esse. Atque utinam locus detur prælio! Sumant arma; atque, si non poterunt vincere,

Thuan. *fuer. permissa potent.*—361 A. *Hetruscaq. perculit arm.* Pet. *concutit.*—362 Be. *Spesque er.* Pr. A. *Spes erat in Crasso victa repulsa suo.*—363 Pro *ærata* unus Pat. et alter Pet. *aurata;* Be. *errata:* Heins. volebat *reserata;* et Lipsius *cerata.*—364 Quatuor libri *triumph. succubuisse sen.* alii *accubuisse, procubuisse, concubuisse.*—365 Fr. *Italicæ.* Mox Maz. et duo alii *transf. pectora* vel *præmia V.* Sa. *pignora gentis.*—366 Quidam *Æde: put.* Præterea *putent aliq.* unus Pat.—369 Duo Maz. Be. et plures alii *in curas scir.*—371 Meliores, teste Heins. *capessant;* alii *capessent.*—372 Pr. V. et quinque

NOTÆ

360 *Hanc*] Non sine exprobratione hæc Ironia.

361 *Contudit*] Roma, scilicet.

362 *Lare*] Pro domo, ut passim.

363 *Ærata*] In vestibulis ædium ante æratas januas. Per eam vero a Gallis calamitatem, majores natu, amplissimis usi honoribus, in forum coëunt. Ibi devovente Pontifice Dis se Manibus consecrant: statimque in suas quisque ædes regressi, sicut in trabeis erant, et amplissimo cultu, in curulibus sellis sese posuerunt, ut cum veniret hostis in sua dignitate morerentur. Quanquam paulo aliter ab aliis res ista refertur.

365 *Transferri*] Ad Cerites sacra sua Vestæ Virgines abstulerunt.

366 *Putant*] Galli, scilicet.

367 *Qua in*] Capitolio, scilicet, inprimis.

371 *Utinam*] Quasi exprobret esse adhuc aliquid opis Romanis sperandum, modo ne sint in Deorum arce conclusi. Iratus loquitur Deus belli.

Nunc inopes victus, ignavaque fata timentes,
Monte suo clausos barbara turba premit.
Tum Venus, et lituo pulcher trabeaque Quirinus,
Vestaque pro Latio multa locuta suo.
Publica, respondit, cura est pro mœnibus istis,
Jupiter, et pœnas Gallia victa dabit.
Tu modo, quæ desunt fruges, superesse putentur,
Effice: nec sedes desere, Vesta, tuas.
Quodcumque est Cereris solidæ, cava machina frangat;
Mollitamque manu duret in igne focus.
Jusserat: et fratris virgo Saturnia jussis
Annuit; et mediæ tempora noctis erant.
Jam ducibus somnum dederat labor. Increpat illos
Jupiter, et sacro, quid velit, ore docet:

occumbant. Nunc agmen barbarum urget coactos in monte suo, destitutos alimentis, atque metuentes mortem inertem. Tum Venus, et Quirinus decorus lituo et trabea, atque Vesta protulerunt multa pro Latio suo. Jupiter reposuit, Cura est publica pro muris istis, et Gallia subacta persolvet pœnas. Tu tantum, Vesta, fac fruges, quæ desideramur, credantur abundare, neque relinque tuas domos. Cava machina conterat quodcumque est farris integri, atque focus solidet subactam massam. Monuerat, et virgo Saturnia obtemperat monitis fratris: atque tempora erant mediæ noctis. Labor jam induxerat soporem ducibus. Jupiter objurgat illos, atque

---

alii *non poterint*. Mox *cadant* ex melioribus; vulg. *cadent*.—373. 374 Heins. in ora codicis, *inopes, victosque*: certe in vulgata lectione dubium est, an intelligat Romanos *inopes victus*, id est, egentes victus, an ipsos *victus inopes* vocet, ut Met. I. 312. 'Illos longa domant inopi jejunia victu.' Sic et 'iras inopes' dixit Val. Flac. v. 147. Deinde elegantius foret, *monte tuo*: Jovi enim Tarpeio et Capitolino vocato hæc dicit. *Ignavaque facta* quinque libri: unde Heinsius faciebat *pacta*. Mox *impia turba* Ambr. et Læti. *Burm.* Et *premunt* unus Vs.—376 Fr. *suo est*.—377 Duo libri *Gallica, respond. turba est*: P. *Publica...causa*. Mox Maz. alter *mœn. urbis*.—378 Jun. *et pœnam G*.—380 Pro *sedes...tuas* pr. A. et Læti Cod. *Latium...tuum*.—381 Læti Cod. *Quod superest Cer.* Tum Fr. *solid. Cer.* inverso ordine.—382 Heins. malit *Mollitumque*.—383 Pro *et* Heins. malit *at*.—384 Heins. conj. *noct. eunt*.—385 Mor. unus *excitat illos*; Maz. et Voss. *increpat omnes*.—386 Fr. *qui* pro *quid*, quod corr.

NOTÆ

373 *Ignava*] Fame mori.

375 *Lituo*] Quo bacillo sine nodo, adunco leviterque a summo inflexo, auguratus insigni, usus quoque Romulus cum primum Urbis regionem descripsit.

377 *Publica*] Ad omnes Deos spectat.

381 *Solidæ*] Fruges nondum contritas molæ subjiciendas esse admonet.

Cava machina] Mola.

382 *Duret*] Ut fiat panis.

383 *Virgo Saturnia*] Vesta.

Surgite, et in medios de summis arcibus hostes
  Mittite, quam minime perdere vultis, opem.
Somnus abit, quæruntque novis ambagibus acti,
  Perdere quam nolint, et jubeantur, opem.
Ecce, Ceres visa est: jaciunt Cerealia dona.
  Jacta super galeas scutaque longa sonant.
Posse fame vinci spes excidit. Hoste repulso
  Candida Pistori ponitur ara Jovi.
Forte revertebar sacris Vestalibus illac,
  Qua Nova Romano nunc Via juncta Foro est.
Huc pede matronam vidi descendere nudo:
  Obstupui, tacitus sustinuique gradum.
Sensit anus vicina loci: jussumque sedere
  Alloquitur, quatiens, voce tremente, caput.
Hoc, ubi nunc fora sunt, udæ tenuere paludes:
  Amne redundatis fossa madebat aquis.

indicat ore sacro quid velit: Surgite, atque mittite in medios hostes, de supremis arcibus, auxilium quod minime vultis dare. Sopor recedit, atque ducti inauditis ambagibus, quærunt quod auxilium nolint dare, et moneantur. En fruges visæ sunt. Mittunt munera Cerealia. Missa super cassides et vastos clypeos strepunt. Spes periit posse subigi inopia. Hoste profligato altare splendidum statuitur Jovi Pistori. Forte redibam festis Vestalibus illac, qua Via Nova nunc juncta est foro Romano. Adverti matronam huc contendere pede nudo: obstupui tacitus, et repressi gressum. Anus vicina loci vidit, atque concutiens caput alloquitur me monitum voce tremente. Paludes humidæ insederunt hoc, ubi nunc sunt fora: fossa

a man. sec.—388 Olim legebatur *minim. tradere vult.* sed '*mittere* Ursini, Vossii, et unus Patavinus; non invenusta repetitione.' *Heins.* At ego multo venustiorem lectionem primæ editionis et quatuor scriptorum, *perdere*, puto: uti et seqnenti pentametro legendum. Heinsius ibi *prodere* conjecerat. *Mittere vultis* Pembroc. et Vatican. *credere vultis* unus. *Burm.*—391 *Ecce* ex Ursin. Nauger. et octo aliis Heins. dedit pro vulg. *Esse.*—393 Unus Med. *Vincere posse fame spes.*—395 In Cod. Neapolis *Fort. revectabar sacr.* In plurimis cum vulg. legebatur *festis* pro *sacris*; sed ' non placet *παράφορον* illud *festis Vestalibus*: tres codices, *sacris Vestalibus*; tres alii, *Festis Cerealibus*; et duo alii, *festis natalibus.* Primum placet, et ita centies in his Libris *sacra* et *festa* permutantur. Elegans quoque lectio, quam Neapolis in suis reperit, *revectabar*: quod reciperem, nisi sequeretur, *jussumque sedere*, unde pede iter fecisse colligitur. *Burm.*—397 Pro *Huc* Mor. et duo alii *Hoc*; Jun. *Hic.* Mox in Fr. *nudo descendere vidi.*—398 Heins. malebat *tacitos...gradus*; nam *gradus* erat in quibusdam vett.—399 *Loci* ex Heins. emend. ceteri *loco.*—401 Pro *Hoc*, alii *Hac*, vel *Hæc*, vel *Hic.* Mox nonnulli *ud. tremuere*, vel, *tumuere palud.*—402 Plurimi vett. cum vul-

NOTÆ

388 *Quam*] Panem, scilicet, cujus magna erat inopia.
389 *Ambagibus*] Obscuris monitis.
394 *Candida*] Marmorea.
Jovis

Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,
Nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit.
Qua Velabra solent in Circum ducere pompas,
Nil præter salices cassaque canna fuit.
Sæpe suburbanas rediens conviva per undas
Cantat, et ad nautas ebria verba jacit.
Nondum conveniens diversis iste figuris
Nomen ab averso ceperat amne Deus.
Hic quoque lucus erat, juncis et arundine densus,
Et pede velato non adeunda palus.
Stagna recesserunt, et aquas sua ripa coërcet:
Siccaque nunc tellus: mos tamen inde manet.
Reddiderat causam. Valeas, anus optima, dixi:
Quod superest ævi, molle sit omne, tui.
Cetera jam pridem didici puerilibus annis:
Non tamen idcirco prætereunda mihi.
Mœnia Dardanides nuper nova fecerat Ilus:
Ilus adhuc Asiæ dives habebat opes.

madebat aquis exundantibus fluvio. Ille lacus Curtius, qui fert altaria sicca, est nunc terra firma, sed fuit prius lacus. Nihil fuit præter salices et arundines fractæ, qua Velabra consueverunt ducere pompas in Circum. Sæpe conviva revertens per undas suburbanas canit, et jactat dicta ebria nautis. Nondum iste Deus sumserat nomen aptum variis figuris a fluvio averso. Hic etiam erat lucus spissus juncis et cannis, et palus non penetranda pede tecto. Stagna recesserunt, et sua ripa continet aquas: atque terra nunc arida: tamen consuetudo inde superest. Ediderat rationem. Valeas, anus optima, dixi; omne quod superest temporis tui sit lætum. Doctus sum jamdiu reliqua ætate puerili; non tamen ideo sunt mihi silentio prætermittenda. Ilus Dardanides nuper posuerat novos muros: opulentus Ilus fruebatur

gatis quibusdam *redundanti...aqua*; ' quos cave audias.' *Heins.*—406 *Cassaque* recepit Heins. ex duobus melioribus F. et Max. a man. pr. pro vulg. *crassaque.*—408 In voc. *ebria* pro var. lect. Fr. dat *talia*. Tum pro *verba* Heins. malit *dicta* vel *probra*. Pr. A. et tres alii *verba facit.*—410 Plurimi *ab adverso cep.* et unus *everso.*—411 Mor. unus *virgis* pro *juncis.*—412 P. et Excerpt. D. *ped. nudato non.*—414 *Inde* ex pr. Bonon. ceteri *ille.*—415 Pr. A. et Læti Cod. *Val. huic opt.*—421 Pr. A. et Læti Cod. *sign. ve-*

NOTÆ

403 *Aras*] Pro ara posuit Saturni, quæ in lacu Curtii.

405 *Velabra*] Eo nomine a vehendo dictus ille locus per quem in Circum ibatur, quia olim fluvio crebro exundante, eo loco trajectus esset in forum: trajectum autem Romani appellabant Velaturam.

407 *Suburbanas*] Tiberis exundantis.

410 *Deus*] Vertumnus, quem ab amnis Tiberini mutato cursu sic dictum finxerunt etiam alii.

Creditur armiferæ signum cœleste Minervæ
Urbis in Iliacæ desiluisse juga.
Cura videre fuit: vidi templumque locumque.
Hoc superest illi: Pallada Roma tenet.
Consulitur Smintheus: lucoque obscurus opaco
Hos non mentito reddidit ore sonos:
Ætheriam servate Deam; servabitis Urbem:
Imperium secum transferet illa loci.
Servat, et inclusam summa tenet Ilus in arce:
Curaque ad hæredem Laomedonta venit.
Sub Priamo servata parum: sic ipsa volebat;
Ex quo judicio forma revicta suo est.
Seu genus Adrasti, seu furtis aptus Ulixes,
Seu pius Æneas, eripuisse datur.

adhuc divitiis Asiæ. Simulacrum cœleste Palladis armigeræ dicitur decidisse in colles Urbis Iliacæ. Desiderio ductus sum videndi; aspexi et delubrum et locum. Hoc manet adhuc illi: Roma habet Palladem. Smintheus consulitur; atque tectus luco obscuro, protulit has voces ore non mendaci: Custodite Deam cœlestem, custodistis Urbem: illa transportabit secum potestatem loci. Ilus custodit, et tenet clausam in suprema arce: atque ea cura descendit ad hæredem Laomedontem. Sub Priamo incaute fuit *custodita: ipsa ita cupiebat, ex quo pulchritudo sua superata est judicio. Seu genus Adrasti, seu Ulysses paratus ad clandestina, seu pius Æneas*

tale M. quod Heins. putat pro *fatale.*—422 Pro *juga*, alii multi *jugo;* Douza pater *jugum;* quatuor alii *jugis.*—424 *Illi* ex Ursini Cod. Heins. dedit pro vulg. *illic:* et sic etiam Fr.—426 Alter P. *non mentitos edidit or.*—430 Ursin. et unus Pat. *L. redit.*—431 Ex melioribus Heins. recepit *volebat* pro vulg. *volebas.*—432 Pro *revicta* quidam *rejecta;* Cant. et alius *relicta:* Be. *relata tuo est:* plurimi etiam alii *tuo* vel *tua:* vulg. *tua;* sed meliores, teste Heins. *suo* vel *sua.*—433 Plurimi *Seu gener A.* Deinde Thuan. *furt. notus U.*—434 Vulg.

NOTÆ

419 *Ilus*] Trois filius, Dardani pronepos, qui Ilium aut primus condidit, aut instauravit.

421 *Signum*] Palladium, scilicet, quod nulla mortali elaboratum industria vetustas credidit.

423 *Vidi*] Quo tempore opinor in exilium profectus.

424 *Pallada*] Palladium.

425 *Smintheus*] Apollinem dicit, qui in urbe Cyrissa, ut Strabo refert, apud Trojam, delubrum habuit, ubi ejus statua, sub cujus pedibus *σμύϑος* mus erat, quod illud genus aliquando sustulisset.

427 *Ætheriam*] Palladis simulacrum cœlo delapsum, quod Trojani quamdiu servassent, urbs sua capi non poterat.

430 *Laomedonta*] Qui Ili hæres et filius, cujus adeoque Palladium imperii pignus cura fuit servandi.

431 *Ipsa*] Pallas, scilicet, Trojanis ob iniquum sibi Paridis judicium infensa.

433 *Genus Adrasti*] Diomedes est

Auctor in incerto: res est Romana: tuetur
  Vesta, quod assiduo lumine cuncta videt.
Heu quantum timuere Patres, quo tempore Vesta
  Arsit, et est adytis obruta pæne suis!
Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes:
  Mixtaque erat flammæ flamma profana piæ.
Attonitæ flebant, demisso crine, ministræ:
  Abstulerat vires corporis ipse timor.
Provolat in medium, et magna, Succurrite, voce,
  Non est auxilium flere, Metellus ait.

dicitur sustulisse. Auctor est in dubio. Res est Romana: Vesta servat, cum cernat omnia lumine inextincto. Heu quantum Patres metuerunt, quo tempore Vesta flagravit, et est fere oppressa suis sacrariis! Flammæ sacræ absumebantur flammis scelestis; atque ignis impurus erat confusus cum igne sacro. Sacerdotes stupefactæ lacrymabantur capillis sparsis: ipse metus subtraxerat vires corporis. Metellus procurrit in medium, atque inquit elata voce, Opem ferte, lugere non est

---

eripuiss. ferunt: sed ‘ vix Latinitatis ratio constabit huic versui, nisi cum Sarraviano codice, *eripuisse datur*, rescribas: unus Farnesianus, *eripuisset eum*: an, *eripuere Deam?*’ Heins. Recte *datur*, id est narratur, traditur. *Burm.*—435. 436 Sic veteres: non, *in incerto est*. Nihil hic sani. Primo scribendum videtur, *res est Trojana*, hinc passim *Troica* et *Iliaca Vesta* dicitur. Cetera expedire possem variis conjecturis, quæ perplexa valde et intricata sunt, sed ne quid te, Lector, morer, versum utrumque ab interpolatoris illa manu, quam Ovidius passim est expertus, fuisse procusum censeo: doctissimus Gronovius ad Statium in Diatrib. cap. 42. et omissis et Livium XXII. 20. *juncta videt* velit reponi. Sed potius est ut corrigamus, *Auctor in incerto: præses Romana tuetur Vesta; q. a. l. juncta videt*: quod videt junctum Vestæ Palladium, nempe quod eodem templo est sub Romanæ præsidis Vestæ tutela. In antiquis nummis, VESTA PO. RO. QVIRITIVM. Curtius IV. 13. ‘ Expetere præsides Persarum imperii Deos debitas a vecordibus pœnas.’ Verius tamen videtur, *præstes Romana tuetur Vesta* esse scribendum, quomodo ‘ Lares præstites’ apud Nostrum initio Maii mensis. ‘ Minerva præstes’ apud Festum. ‘ Jupiter præstes’ in vetustis apud Gruterum marmoribus p. 22. 1. et 2. ita enim posterior est supplenda; et p. 1065. 2. *Heins.* Scaliger, incertum an ex Ms. Codice pro *tuetur* legit *vetusque*.—438 *Adytis* ex pr. A. et Læti Cod. reposuit Heins. quod putat elegantius quam vulg. *tectis*.—440 Mor. *fl. proterva pi.*—441 Max. alter *Atton. stabant, dem.* Quinque libri *dimisso crin.* Tum P. alter *magistræ*.—443 Fr. cum quinque aliis *Pervolat in med.* tres *Prævolat.* Deinde opt. F. et tres alii *et vive, Succ.*—444 Plurimi ex antiquis *est*

NOTÆ

Adrasti nepos, qui cum Ulysse Palladium Troja surripuisse dicitur.

435 *Res*] Palladium ad Romanos pertinet. Quanquam et aliæ urbes sibi vendicarunt.

436 *Assiduo*] Siquidem inextinctus Ignis.

437 *Quo tempore*] Anno, scilicet, Urbis 512. Q. Lutatio et A. Manlio Consulibus.

444 *Metellus*] Qui Pontifex Maximus divinitus quasi missus, ut videre est apud Valer. Maximum.

Pignora virgineis fatalia tollite palmis:
Non ea sunt voto, sed rapienda manu.
Me miserum! dubitatis? ait. Dubitare videbat,
Et pavidas posito procubuisse genu.
Haurit aquas: tollensque manus, Ignoscite, dixit,
Sacra: vir intrabo non adeunda viro.
Si scelus est; in me commissi pœna redundet:
Sit capitis damno Roma soluta mei.
Dixit, et irrupit: factum Dea rapta probavit;
Pontificisque sui munere tuta fuit.
Nunc bene lucetis sacræ sub Cæsare flammæ:
Ignis in Iliacis nunc erit, estque, focis.
Nullaque dicetur vittas temerasse sacerdos
Hoc Duce: nec viva defodietur humo.
Sic incesta perit: quia quam violavit, in illam
Conditur: et Tellus Vestaque numen idem est.

auxilium. Auferte pignora fatalia manibus virgineis: ea non sunt tollenda voto sed manu. Me infelicem! hæretis? inquit. Cernebat hærere, atque timidas procubuisse genu flexo. Petit aquas; atque elevans palmas, Parcite sacra, inquit: mas subibo non tangenda mari. Si flagitium est; supplicium facti recidat in me; Roma sit expers damni mei capitis. Dixit, atque irruit: Dea sublata probavit facinus: atque fuit intacta beneficio sui Pontificis. Nunc ignes sacri feliciter splendetis sub Cæsare: nunc flamma erit in aris Iliacis, atque est. Nulla ministra feretur violasse vittas hoc Duce; neque tegetur terra viva. Ita perit impudica; quia illa tegitur quam inquinavit: atque Terra et Vesta est eadem Dea. Brutus

officium fler. — 445 Plurimi *flammis* pro *palmis.* — 447 Stroæe liber *adhuc* pro *ait;* ut τὸ ait subintelligatur.—450 Max. *Sacr. ait, intrab.*—453 Variant admodum codices: quidam, *eripuit,* alii, *arripuit;* quidam, *irripuit;* omnes frustra: *irrumpere* enim proprium in hac re verbum. lib. II. Trist. 305. 'Quæcumque irrumpit, quo non sinit ire sacerdos.' *Burm.*—455 In quibusdam *sacro* pro *sacræ.*—457 Ex melioribus Heins. profert *temerasse* pro vulg. *temerare:* Sa. *temerata,* ut sit Græcismus.—459 Meliores, teste Heins. *illam;* ceteri *illa.*—460 Heins. legit *ut* pro *et.* Plurimi etiam

NOTÆ

450 *Non adeunda*] Vetitus, scilicet, maribus ingressus in Vestæ adyta, ubi Ignis, Palladium, aliaque arcana imperii pignora.

452 *Soluta*] Libera ab omni scelere, atque omni periculo.

453 *Dea*] Atque insuper Senatus, qui præter cetera, ut curru ad curiam vehereturr, rem pretii quantivis, concessit.

455 *Cæsare*] Qui Pontifex Maximus multa beneficia in Vestales contulit, quæ habes apud Sueton.

456 *Iliacis*] Vestæ Iliacæ.

457 *Temerasse*] Impudicitia, scilicet.

458 *Viva defodietur*] Quo supplicio

Tum sibi Callaico Brutus cognomen in hoste
Fecit, et Hispanam sanguine tinxit humum.
Scilicet interdum miscentur tristia lætis,
Ne populum toto pectore festa juvent.
Crassus ad Euphraten Aquilas, natumque, suosque
Perdidit: et leto est ultimus ipse datus.
Parthe, quid exultas? dixit Dea: signa remittes:
Quique necem Crassi vindicet, ultor erit.
At simul auritis violæ demuntur asellis,
Et Cereris fruges aspera saxa terunt;
Navita puppe sedens, Delphina videbimus, inquit;
Humida cum pulso nox erit orta die.
Jam, Phryx, a nupta quereris, Tithone, relinqui;
Et vigil Eois Lucifer exit aquis.

tum paravit sibi cognomen in hoste Callaico, et infecit terram Hispanam sanguine. Verum enimvero lugubria nonnunquam miscentur festivis, ne festa juvent populum toto corde. Crassus amisit ad Euphraten Aquilas, et filium, et suos; atque ipse est postremus interfectus. Parthe, quamobrem triumphas? inquit Dea: restitues signa: atque vindex erit, qui ulciscatur mortem Crassi.——At cum primum violæ deripiuntur asinis auritis, et scabræ molæ frangunt munera Cereris, nauta sedens in puppe dicit, Aspiciemus Delphinum, cum nox uda erit orta, die exacto.——Jam doles, Phryx Tithone, deseri a conjuge; atque Lucifer experrectus prodit ex aquis

---

τὸ *est* non agnoscunt.—461 Neapolis liber habet *sib. Gallæco; B.* in Fr. corr. *Galliaco;* at a pr. man. *Calliaco.* Dein in ex Ursin. et Zulich. Heins. placet præ vulg. *ab.*—464 Olim legebatur *Nec...juvant.* Scaliger volebat *Nec p. t. tempore f. juvant;* et sic quidem Sa. at meliores, teste Heins. *Ne...juvent.*—465 Fr. et alii *Euphratem.*—469 P. et Arund. *sim. auratis viol.* Tum quidam vett. *dementur asell.*—470 Alii *sax. terunt.*—472 Max. *cum pulsa nox.*—473

NOTÆ

afficiebantur Vestales, quæ virginitatem suam prodidissent.

461 *Callaico*] Anno Urbis 618. D. Junius Brutus sexaginta Gallæcorum seu Callaicorum millia, qui Lusitanis auxilio venerant, aspero et difficili bello oppressit; ex quo Callaicus seu Gallæcus dictus.

463 *Scilicet interdum*] Nescio quid mali istud apportabit.

465 *Crassus*] De eo supra.

467 *Dea*] Vesta, cujus festum celebratur.

468 *Ultor*] Ista in Augusti gratiam.

469 *Simul*] Quarto Idus Columella etiam Delphini facit ortum vespertinum.

Violæ] Quæ, Vestali die, coronatis pane asinis affiguntur.

470 *Saxa*] Molæ, quæ ab asinis versantur.

471 *Delphina*] De quo sidere videsis in superioribus.

473 *Phryx*] Trojanus enim Tithon Laomedontius.

Relinqui] Quia exsurgit Aurora conjux.

474 *Lucifer*] Veneris stella, de qua

Ite, bonæ matres, (vestrum Matralia festum,)
Flavaque Thebanæ reddite liba Deæ.
Pontibus et magno juncta est celeberrima Circo
Area, quæ posito de bove nomen habet.
Hac ibi luce ferunt Matutæ sacra parenti
Sceptriferas Servî templa dedisse manus.
Quæ Dea sit: quare famulas a limine templi
Arceat, (arcet enim,) libaque tosta petat;
Bacche, racemiferos hedera redimite capillos,
(Si domus illa tua est) dirige navis iter.
Arserat obsequio Semele Jovis. Accipit Ino
Te, puer; et summa sedula nutrit ope.
Intumuit Juno, rapta quod pellice natum
Educet: at sanguis ille sororis erat.

Eois. Concedite, bonæ Matres, (Matralia vestrum festum,) atque offerte flava liba Deæ Thebanæ. Area celeberrima, quæ habet cognomen de tauro collocato, est contigua pontibus et magno Circo. Dicunt manus sceptriferas Servii ibi posuisse delubra hac die matri Matutæ. Doce semitam navis, Bacche, qui habes crines racemiferos coronatos hedera (si illa domus est tua), doce inquam, *quæ Dea sit; quamobrem prohibeat ancillas a limine ædis (namque prohibet) et poscat liba tosta. Semele flagraverat obsequio Jovis. Ino accipit te, infans, atque diligens educat maxima ope. Juno irata est, quod alat filium sublatæ adultera. At ille erat san-*

Gottorph. *T. relicta.*—474 Pembroc. P. Fr. et plures alii *ex. equis.*—476 In voc. *Flavaq.* Fr. habet pro var. lect. *Tostaq.*—477 Plurimi *Fontibus et magn.* Mox Pet. *celeb. Baccho.*—479 Fr. *ubi* pro *ibi:* et mox *fer. mutate sacr.*—480 P. et Jun. *Sceptrigeras S.* Deinde duo Mor. *templ. tulisse man.*—482 *Petat* Heins. recepit ex Maz. Zulich. pr. A. opt. Pat. Voss. et duobus aliis pro vulg. *petit.*—483 Maz. Zulich. pr. F. et opt. Pat. *hed. distincte capill.*—484 Be. *alta* pro *illa.* Deinde in vulg. *dirig. vatis opus;* at in Thuan. *iter* pro *opus:* Heins. dedit *navis iter* ex Jun. et uno Med.—485 Pr. et Læti liber *J. excipit I.*—486 Mor. *sedula fovit ope;* vel *sedulitate fovet.*—487 Plurimi vett.

NOTÆ

toties, quæ Solis ortum præcedit.

476 *Thebanæ*] Ino enim, quæ et Leucothea Græcis, Romanis Matuta, Cadmi Thebarum regis filia.

477 *Pontibus*] Locum describit, ubi Matutæ templum.

478 *Nomen*] Boarium dicitur.

480 *Servi*] Servium ipsum sextum Romanorum regem.

482 *Arcet enim*] Nisi quod unam admittit, quam iterum matronæ pugnis cæsam a templi limine ejiciunt.

484 *Illa*] Ex qua Matuta fuit.

Tua] Fuit Ino Bacchi matertera, siquidem Semeles, Bacchi matris, soror.

485 *Obsequio*] Quia eadem Majestate qua ad Junonem, istud ipsa petente Semele, Jupiter accessit, unde et flagravit.

Hinc agitur furiis Athamas, et imagine falsa:
  Tuque cadis patria, parve Learche, manu.
Mœsta Learcheas mater tumulaverat umbras;
  Et dederat miseris omnia justa rogis.
Hæc quoque, funestos ut erat laniata capillos,
  Prosilit; et cunis te, Melicerta, rapit.
Est spatio contracta brevi, freta bina repellit,
  Unaque pulsatur terra duabus aquis.
Huc venit insanis natum complexa lacertis;
  Et secum e celso mittit in alta jugo.
Excipit illæsos Panope centumque sorores;
  Et placido lapsu per sua regna ferunt.
Nondum Leucothee, nondum puer ille Palæmon
  Vorticibus densi Thybridis ora tenent.

guis germanæ. Hinc Athamas agitatur furiis, et fictis simulacris; tuque, parve Learche, procumbis manu paterna. Tristis mater condiderat umbras Learchias, et miserat omnia justa tristibus pyris. Hæc etiam provolat ut erat, habens comam funestam discerptam, et aufert te ex cunis, Melicerta. Una terra est coarctata in parvum spatium, arcet duo maria, et teritur duabus aquis. Huc venit complexa filium furiosis brachiis, atque dejicit secum in profundum ex sublimi vertice. Panope et centum sorores excipiunt incolumes, atque ferunt leni cursu per sua regna. Nondum Leucothea, nondum ille puer Palæmon possident ostia Thybridis frequentis

---

raptum pro *rapta;* Heins. scribit *partum.*—489 *Et* Heins. recepit ex Ursin. Voss. Maz. Zulich. pr. A. Læti libro, et sex aliis pro vulg. *sed:* alii etiam *sub*, vel *in.*—490 Scholiast. Statii *Tuque cadens patr.* R. et unus Heins. *Tu cadis a patr.* Dein Fr. *parv. Laërte, man.*—491 Fr. *Mœst. Laërceas;* et *Lerceas* pro var. lect. Mox duo libri *mat. turbaverat umbr.*—492 Pro *omnia* Canterus Nov. Lect. I. 8. legit *omina.*—495 Scholiast. Statii Theb. VI. 10. *spat. concreta brev.* pr. A. *contacta;* Be. *constructa;* Helm. *contecta;* Sa. *contenta*, quod Burm. placet.—498 Olim edebatur *Et secum e summo mitt.* P. alter *Et se de celso mitt.* in quatuor V. *Et secum excelso;* in allis *e celso;* vel *ex celso.*—499 Plurimi *Exc. illæsum P.* sex *illæsum.*—500 In Fr. pro *lapsu*, scribebatur *lapso;* corr. *lapsos;* et pro var. lect. *lapsu.*—502 Alii *Vortic. densis T.*—

NOTÆ

487 *Rapta*] Jovis igne extincta.

488 *Sanguis*] Cujus lege tenebatur.

Ille] Bacchus, scil.

489 *Hinc*] Ex eo quod Bacchum Ino educabat; atque ideo Juno ira intumuerat.

Athamas] Qui Inus maritus, Rex Thebarum.

Falsa] Cum leænæ catulum existimaret.

494 *Melicerta*] Filium suum alterum furiis quoque acta rapit.

495 *Est spatio*] Isthmum Achaicum circumscribit, unde se cum nato in mare præcipitem dedit Ino.

Bina] Ionium atque Ægæum.

499 *Panope*] Nympha maris, Nerei et Doridis filia.

500 *Regna*] Maria, scil. ubi quoque in Deos mutati Ino et Melicerta.

Lucus erat: dubium Semelæ Stimulæne vocetur;
Mænadas Ausonias incoluisse ferunt.
Quærit ab his Ino, quæ gens foret. Arcadas esse
Audit; et Evandrum sceptra tenere loci.
Dissimulata Deam Latias Saturnia Bacchas
Instimulat fictis insidiosa sonis:
O nimium faciles, o toto pectore captæ,
Non venit hæc nostris hospes amica choris.
Fraude petit; sacrique parat cognoscere ritum.
Quo possit pœnas pendere, pignus habet.
Vix bene desierat; complent ululatibus auras
Thyades effusis per sua colla comis:

vorticibus. Lucus erat; incertum appelletur Semelæ an Stimulæ: dicunt Mænadas Ausonias celebrasse. Ino petit ab his, quæ natio esset: accipit esse Arcades, atque Evandrum tractare sceptra loci. Saturnia insidiosa, tecta divinitate, provocat Bacchas Latinas falsis vocibus: O nimium credulæ, o insipientes tota mente, hæc peregrina non adest favens nostris catibus. Dolo exquirit; et instituit cognoscere morem sacri. Habet pignus quo possit exsolvere pœnas. Vix bene absolverat: Thyades implent aërem vociferationibus capillis sparsis per sua colla: atque

503 In Fr. *dub. est Semeles Stimulene voc.* et *Semeles Stimulene* etiam in Excerpt. D. alii *Semeles Stimulense*, quod Burm. putat ferri posse: plurimi etiam edunt *Semele Stimulene:* Burmanni lectio est ex corr. Heins. qui etiam malit *dicatur* vel *dicatus* pro *vocetur;* ubi etiam nonnulli exhibent *vocatur.*—504 Mor. *M. Ausonidas incol.*—505 Fr. *Archades.* Unus Pat. *Arcadas audit Audit;* ' venusta repetitione,' ait Heins.—509 Sa. *o cæco pect.* et tum in nonnullis *captas;* aliquot scripti *captæ.*—510 Meliores, teste Heins. *nostris;* ceteri cum vulg. *vestris.*—512 Sa. cum Fr. et aliis *pœn. solvere, pign.*—514 Plurimi

NOTÆ

501 *Nondum Leucothee*] Mortalis adhuc Ino, nec Dea facta nomine Leucothea.

Ille] Melicerta, scilicet, qui neque adhuc Palæmon Græcorum, vel Portunus Latinorum.

502 *Ora*] Ostia Tiberina.

503 *Lucus*] De eo vetus memoria in Sexto Rufo, et in hoc antiquo marmore:

DIIS MANIBUS
M. CÆCILIO SP. F. SUO RUFO
SOLIARIO AB LUCO SEMELES, &c.

504 *Mænadas*] Bacchi Sacerdotes Latinas, quæ Orgia celebrabant.

Incoluisse] Ibi sacra celebrabant.

505 *Quæ gens*] Quæ, scil. ea loca teneret.

507 *Saturnia*] Juno, scil. quæ sub fœminæ larva latebat.

510 *Hæc*] Ino, scil.

512 *Pignus*] Melicertam, scil. Inus filium.

514 *Thyades*] Mænades, Bacchæ, quæ a θύω *sacrifico, impetu fervi*, sic dictæ.

Injiciuntque manus, puerumque revellere pugnant.
Quos ignorat adhuc, invocat illa Deos :
Dique, Deæque loci, miseræ succurrite matri.
Clamor Aventini saxa propinqua ferit.
Appulerat ripæ vaccas Œtæus Iberas.
Audit, et ad vocem concitus urget iter.
Herculis adventu, quæ vim modo ferre parabant,
Turpia fœmineæ terga dedere fugæ.
Quid petis hinc, (cognorat enim,) matertera Bacchi?
An numen quod me, te quoque vexat, ait?
Illa docet partim ; partim præsentia nati
Continet : et furiis in scelus isse pudet.
Rumor (ut est velox) agitatis pervolat alis :
Estque frequens, Ino, nomen in ore tuum.
Hospita Carmentis fidos intrasse penates
Diceris, et longam deposuisse famem.

immittunt manus, et certant abripere adolescentem. Illa implorat opem Deorum, quos adhuc non cognovit ; Dique, inquit, *virique loci, præbete auxilium infelici matri. Vox concutit rupes vicinas Aventini. Œtæus admoverat juvencas Iberas littori. Accipit vocem, et commotus accelerat gradus ad eam. Quæ modo inceperant vim facere verterunt terga turpia fugæ fœmineæ accessu Herculis. Quid hinc petis, matertera Bacchi? namque agnoverat. An numen quod me torquet, inquit, urget te etiam? Illa refert partim ; partim præsentia filii coërcet ; atque pudet abreptam fuisse in facinus furiis. Fama, ut est levis, excurrit alis motis: atque nomen tuum, Ino, est crebrum in ore. Advena diceris subiisse fidam domum*

scripti *Thyad. infusis in sua ;* alii etiam *in sua.*—515 *Revellere* Heins. rescripsit ex melioribus pro vulg. *avellere.* Plurimi etiam *tentant* pro *pugnant.*—517 Ex Max. Heins. dedit *Deasq.* nam vulg. scribebatur *viriq.*—518 Pet. et Mor. *proxima saxa tenet.*—519 Pet. *Œteius heros ;* alius *Tryphius heros.*—520 Fr. voc. *certius urg.*—523 Pro *cognorat* Med. *agnorat ;* tres *cognovit.*—525 Plurimi *Ill. dolet part.*—527 Heins. malit *agitat. provolat al.*—528 Fr. *freq. nomen semper in or.*—529 In Læti Cod. *Carmentæ.*—530 Pet.

NOTÆ

516 *Ignorat*] Peregrina Ino Deos Italos non noverat.

519 *Œtæus*] Herculeo, qui post fata in Œta Thessaliæ monte combustus est.

Iberas] Geryonis Iberi seu Hispani vaccas in Italiam egisse Herculem amplius vidimus.

523 *Quid petis*] Verba sunt Herculis ad Inonem.

Matertera] Omnino, siquidem Ino soror Semeles matris Bacchi.

524 *Numen*] Juno, scil. quæ utrique, Herculi atque Inoni, infesta.

525 *Nati*] Melicertæ, in cujus conspectu de furiis suis nolebat verba facere.

528 *Frequens*] Inus fama per Latium sparsa.

529 *Hospita*] De Inone loquitur.

Liba sua properata manu Tegeæa sacerdos
Traditur in subito cocta dedisse foco.
Nunc quoque liba juvant festis Matralibus illam.
Rustica sedulitas gratior arte fuit.
Nunc, ait, o vates, venientia fata resigna,
Qua licet: hospitiis hoc, precor, adde meis.
Parva mora est: cœlum vates ac numina sensit;
Fitque sui toto pectore plena Dei.
Vix illam subito posses cognoscere; tanto
Sanctior, et tanto, quam modo, major erat.
Læta canam: gaude, defuncta laboribus, Ino,
Dixit; et huic populo dextera semper ades.
Numen eris pelagi: natum quoque pontus habebit.
In vestris aliud sumite nomen aquis.
Leucothee Graiis, Matuta vocabere nostris.
In portus nato jus erit omne tuo.

Carmentis, et sedasse longam famem. Sacerdos Tegeæa creditur obtulisse liba properanter parata sua manu, excocta in foco subitaneo. Nunc etiam liba placent illi festis Matralibus. Diligentia rustica magis placuit arte. Nunc, inquit, o Vates, aperi, quantum conceditur, fata futura; adjice hoc, quæso, meis hospitiis. Exiguum excurrit spatium; vates concipit cælum ac numina, atque repletur suo Deo per totum pectus. Vix posses illam statim cognoscere, tanto erat sanctior, et tanto major quam modo. Cantabo festiva; Lætare, inquit, Ino, exantlatis laboribus; atque ades semper propitia huic genti. Dea eris maris: mare possidebit etiam filium. Capite aliud nomen in vestris aquis. Appellaberis Leucothea a Græcis, Matuta a nostris. Omne erit jus in portus filio tuo. Sua lingua vocabit Palæmonem, quem

---

depos. fugam.—531 Fr. *Tegea.*—532-534 *In subito* meliores [alii *et subito*]: et *illam* pro *illa* sequenti versu mutata distinctione. lapsus hic est Neapolis, qui aliter scribendum contendit. Ursini exemplar et alii nonnulli, *gratior ante*, pro *arte*. Heins.—535 A. et Læti Cod. *Protinus o vat.*—536 Fr. *Quam licet:* Voss. et tres alii *Qua libet;* et unus *Quæ libet:* Heins. conj. *Quamlibet.* Tum Med. *officiis...tuis;* et alius *off....meis:* unus etiam *hospitiis ...tuis.*—537 *Sensit* Burm. dedit ex P. pro vulg. *sumit.*—542 Plurimi *prospera* pro *dextera:* Fr. *propera semper adest.* Pr. V. et Pet. *prospera numen ades.*—544 *Vestris* meliores, teste Heins. ceteri *nostris.*—545 Fr. *Leucotoë G.*—547 Quidam legunt *Portumnum.*—548 Edd. Gryph. et alii *Este,*

NOTÆ

531 *Tegeæa*] Carmentis, a Tegea Arcadiæ oppido.

533 *Illam*] Inonem, scil. seu Matutam Deam.

535 *Nunc*] Postquam sedata fames.

Vates] Carmentim alloquitur.

Resigna] Aperi.

537 *Cælum vatis*] Cœlesti afflata est numine.

538 *Sui*] Apollinis, scil.

540 *Sanctior*] Augustior.

Quem nos Portunum, sua lingua Palæmona dicet.
Ite, precor, nostris æquus uterque locis.
Annuerant: promissa fides: posuere labores.
Nomina mutarunt: hic Deus, illa Dea est.
Cur vetet ancillas accedere, quæritis? Odit.
Principiumque odii, si sinat ipsa, canam.
Una ministrarum solita est, Cadmei, tuarum
Sæpe sub amplexus conjugis ire tui.
Improbus hanc Athamas furtim dilexit: ab illa
Comperit agricolis semina tosta dari.
Ipsa quidem fecisse negat, sed fama recepit.
Hoc est cur odio sit tibi serva manus.
Non tamen hanc pro stirpe sua pia mater adoret:
Ipsa parum felix visa fuisse parens.
Alterius prolem melius mandabitis illi:
Utilior Baccho quam fuit ipsa suis.
Hanc tibi, Quo properas, memorant dixisse, Rutili?
Luce mea Marso Consul ab hoste cades.

nos Portunum. Ite, oro, uterque favens nostris sedibus. Assensum præbuerunt: fides data: destiterunt a laboribus. Mutarunt nomina: hic est Deus, illa Dea. Petitis quamobrem prohibeat famulas adesse? Odio habet: atque, si ipsa petiatur, dicam causam odii. Cadmei, una tuarum famularum, consuevit sæpe venire sub amplexus tui mariti. Scelestus Athamas hanc secreto amavit; intellexit eb illa semina cocta tradi colonis. Ipsa quidem diffitetur: verum rumor admisit. Hoc est quamobrem serva manus sit tibi odio. Genitrix tamen pia ne hanc invocet pro sua sobole: ipsa visa mater parum beata. Felicius commendabitis illi stirpem alterius. Ipsa fuit melior Baccho quam suis. Dicunt hanc tibi dixisse, Rutili, Quo festinas? Procumbes ab hoste Marso, Consul, die mea. Eventus additus

prec. Deinde pro *locis* Heins. conj. *focis.*—549 *Annuerant* tres libri: vulg. *Annuerat.* Tum unus Pat. *prom. fide:* Heins. malit *Annuerunt promissa fide;* vel *Affuerat promissa fides.*—551 Fr. *Cur vetat ancill.*—552 Fr. *si sinit illa;* plurimi etiam cum vulg. *illa:* at meliores, teste Heins. *ipsa.*—553 *Cadmei* Heins. recepit ex Cod. Læti pro vulg. *Cadmea.*—555 Mor. *A. furto dilex.*—557 Mor. unus *quid. se scisse neg.*—558 Fr. cum duobus libris *sit sibi serv.*—561 Læti Cod. Ursin. et duo alii *mandab. inquam:* pr. A. et Jun. *inquit.* 'Videtur aliquid latere.' *Heins.*—562 Pro *ipsa* plurimi *illa.*—563 Pro *Quo properas,* omnes fere scripti *proposito,* nisi quod quidam *pro-*

NOTÆ

547 *Sua*] Græca, scil.
553 *Cadmei*] Ino Cadmi filia.
555 *Illa*] Ancilla, scilic. quam Antipheram dictam volunt.
556 *Dari*] Inus jussu: ut ex superioribus intelleximus.
557 *Ipsa*] Ino.
560 *Parum*] Quia alterum filium a

Exitus accessit verbis: flumenque Tolenum
  Purpureo mixtis sanguine fluxit aquis.
Proximus annus erat: Pallantide cæsus eadem
  Didius hostiles ingeminavit opes.
Lux eadem, Fortuna, tua est, auctorque, locusque.
  Sed superinjectis quis latet æde togis?
Servius est: hoc constat enim: sed causa latendi
  Discrepat; et dubium me quoque mentis habet.
Dum Dea furtivos timide profitetur amores,
  Cœlestemque homini concubuisse pudet;

dictis: atque amnis Telonus fluxit aquis mistis cruore purpureo. Sequens annus venerat: Didius mactatus eadem die auxit vires hostiles. Fortuna, dies eadem, atque auctor, et sedes sunt tibi. Verum quis tegitur in tuo templo, vestibus superstratis? Servius est: istud enim certum est: verum ratio latendi dissidet, et tenet me etiam incertum animi. Dum Dea cunctanter agnoscit secretos amores, et pudet

posito. Deinde Fr. habet *Ruelli.*—565 *Tolenum* ex emend. Heins. pro vulg. *Toleni:* alii *Toleni* vel *Telonum.*—566 *Purpureo* est ex altero Bonon. alii *Purpureum.* Deinde Fr. *sang. fulcit aq.*—567 Neapolis malebat *Annus erat decimus: P.* Et Excerpt. D. et quatuor Codd. *P. victus ead.*—568 Pro *Didius* Maz. et Voss. *Vidius;* in altero A. pro divers. lect. *Tullius;* Erfurt. *Dilius:* Heins. conj. *Julius,* et Burm. *Porcius.*—569 Pr. *actorq. locusq.*—570 Pr. Med. *Sed superinvectis;* et pr. Bonon. *super ingestis.* Tum Fr. (*quid* pro var. lect.)...*iste tog.* quatuor etiam alii *quid...iste:* multi quoque vett. *quis...iste.*—571 In quibusdam libris legitur et distinguitur *Serv. est, et constat enim, sed, &c.*—573 Sex libri scripti exhibent *Dum;*

NOTÆ

patre occisum vidit, cum altero ipsa in mare se præcipitem dedit.

561 *Alterius*] Liberos fratrum aut sororum.

563 *Hanc*] Matutam, scilic. Fabulam inceptat.

Rutili] Hic P. Rutilius Lupus Consul anno ab Urbe 663.

564 *Marso*] Miratur clariss. Neapolis quamobrem Marsorum potius quam Lucanorum aut aliorum sociorum qui adversus Romam insurrexerunt meminerit. Rationem habet Cicero, qui sociale bellum Marsicum quoque dici ait, quod Marsi primum arma sumsissent.

565 *Tolenum*] Hic Telonus aut Tolenus fluvius Marsorum, quem haud procul a Lidi fuisse, aut in eum confluxisse ex eo conjicias, quod ad hunc Rutilium cum 8. millibus Romanorum captum nonnulli scripserint.

567 *Pallantide eadem*] Eadem Aurora. Eodem die.

568 *Didius*] Neque clariss. viri Neapolis atque Heinsius sese hinc expediunt; neque ipse quod certum sit huc possim adducere.

569 *Fortuna*] Cognomine Virilis, cui Servius Tullius delubrum in foro boario posuit.

570 *Superinjectis*] In Fortunæ templo Servii Tullii ligneum simulacrum fuit velato toga capite, causis quas mox subjiciet Naso.

571 *Servius*] Romanorum rex sextus.

573 *Dea*] Fortuna, scil.

(Arsit enim magna correpta cupidine Regis,
  Cæcaque in hoc uno non fuit illa viro;)
Nocte domum parva solita est intrare fenestra:
  Unde Fenestellæ nomina porta tenet.
Nunc pudet, et vultus velamine celat amatos:
  Oraque sunt multa regia tecta toga.
An magis est verum, post Tulli funera plebem
  Confusam placidi morte fuisse ducis?
Nec modus ullus erat: crescebat imagine luctus;
  Donec eam positis occuluere togis.
Tertia causa mihi spatio majore canenda est:
  Nos tamen adductos intus agemus equos.
Tullia, conjugio, sceleris mercede, peracto,
  His solita est dictis exstimulare virum:

Divam conseruisse latus mortali: (namque incensa est, nota magno desiderio Regis, atque illa non fuit cæca in illo solo viro:) consuevit ingredi domum nocte per exiguam fenestram; ex quo porta habet nomina Fenestellæ. Nunc pudet, et tegit faciem dilectam velamine, vultusque regii sunt conditi multa veste. An certius est, populum turbatum fuisse obitu lenis regis post fata Tullii? Neque ullus modus erat: dolor augebatur per simulacrum ejus, donec illud condiderunt vestibus superstratis. Tertia ratio proferenda est a me majore area: nos tamen agitabimus equos impulsos intus. Tullia, conjugio præmio facinoris absoluto, solita est urgere mari-

alii cum vulg. *Tum.*—575 Pro *magna* plurimi *magno;* quatuor *magni.* Tum Thuan. *corr. libidine R.*—576 In Fr. *hoc solo non erat ill.*—578 *Fenestellæ* ex melioribus: at Voss. et tres alii *fenestratæ;* alii *fenestralis, fenestrile, fenestrale, &c.*—579 In voc. *Nunc pudet,* Fr. pro var. lect. dat *Ne pudeat.*—584 *Eam* ex melioribus Heins. recepit pro vulg. *cum;* Fr. *eum.* Quidam *Donec compositis;* Bc. *Compositis concaluere,* et Voss. pro var. lect. *evoluere.* Heins. libenter legeret *Donec eam appositis involuere togis.*—585 Fr. deest *est.*—586 Pembroc. *admissos* pro *adductos.* Læti Cod. et pr. A. *Et non adductos inter;* duo alii etiam *inter;* alius *agamus.*—587 Libri castigatiores *peracto;* ceteri *parato.*—

NOTÆ

575 *Arsit*] Sic vulgo creditum, ex eo forte, quod illi regi maxime favit fortuna.

576 *Non fuit*] Fortuna quæ cæca ideo dicitur, quod merentes deprimat, indignos extollat, in Tullio non fuit cæca, quæ usque bene merenti propitia fuit.

582 *Confusam*] Turbatam nimio mœrore.

583 *Imagine*] Servii viso simulacro.

586 *Intus*] Ut minori gyro currant. Metaph. a Circo, qua, utcumque pluribus, quam fieri possit tamen brevissime acturum Nasonem, intelligitur.

587 *Tullia*] Servii Tullii scelestissima filia.

Conjugio] Quo moribus simili Tarquinio Superbo Tullia juncta est.

Quid juvat esse pares, te nostræ cæde sororis,
  Meque tui fratris, si pia vita placet?
Vivere debuerant et vir meus, et tua conjux,
  Si nullum ausuri majus eramus opus.
Et caput et regnum facio dotale parentis.
  Si vir es, i, dictas exige dotis opes.
Regia res scelus est. Socero cape regna necato:
  Et nostras patrio sanguine tinge manus.
Talibus instinctus solio privatus in alto
  Sederat. Attonitum vulgus ad arma ruit.
Hinc cruor, hinc cædes: infirmaque vincitur ætas.
  Sceptra gener socero rapta Superbus habet.
Ipse sub Esquiliis, ubi erat sua regia, cæsus
  Concidit in dura sanguinolentus humo.

tum his verbis: Quid interest esse æquales, te nece nostræ germanæ, meque tui fratris, si vita proba grata est? Si nullum majus facinus eramus incepturi, maritus meus, et tua uxor, debuerant vivere. Facio caput et regnum patris mei *dotem. Si fortis es, ite, repete opes dotis. Façinus est res regia. Invade imperium socero mactato: et infice nostras manus sanguine patrio. Excitatus hujusmodi* dictis *privatus sederat in excelso solio: plebs trepida fertur in arma. Hinc cruor, hinc strages; atque ætas debilis superatur. Superbus gener obtinet sceptra sublata socero suo. Ipse mactatus sub Esquiliis, ubi sua basilica erat, cecidit san-*

588 Duo libri *dict. solicitasse vir.* et unus *solicitare.*—590 *Vota placent* alii: prima editio et duo scripti, *pia jura;* quod arridet. Met. VIII. 'Mens ubi materna est, ubi sunt pia jura parentum?' sic et ibi recte pro *vota* libri meliores. *Heins.* Ita edidit Gryphius.—593 Plurimi cum vulg. habent *regn. factum est dot.* sic et Fr. nisi quod *est* omittitur. '*Facito* Ursini et quinque alii: opt. Patav. *fatio:* prim. Ambros. *facis est:* Mazar. Zulich. multique alii, *facio,* quod placet: unus, *facias:* alius, *faciam.* Puto, *Sit caput, ut regnum, faxo dot.* vel, *Stet capite, ut regno, pactum dot.* vel, *En caput, ut regnum, facio dot.* ut apud Horat. 'propria hæc mihi munera faxis.' *Heins.*—594 In vulgatis erat *es, indictas erige dot.* ex Cod. Strozzæ Heins. corrigit *i, dictas exige:* plurimi etiam alii Codd. *exige.* Be. *exige matris op.*—597 Alii *Tul. instructus sol.*—599 Vulg. *cru. et cæd. τὸ hinc* est ex Voss. Arund. et aliis.—601 Pr. V. et Pat. *E. subcrat sua reg.*—602 *In duram humum* Sarravii: *Occidit in dura* unus Moreti; *Conditur in dura* unus Petavii; séd omnes pro variis lectionibus: sed Max.

NOTÆ

589 *Cæde*] Veneno uterque sublati dicuntur.

593 *Dotale*] Quod in dotem cedat.

595 *Regia res*] Dictum impium: verum quod hodie multos facit reges.

597 *Instinctus*] Muliebribus furiis instinctum Tarquinium scripsit Livius, apud quem eadem prope quæ hic legas, paulo tamen fusius.

599 *Infirma*] Servii.

600 *Sceptra*] Regnum quod rapere maluit quam expectare.

601 *Sub Esquiliis*] In vico Cyprio, ubi ab immissis percussoribus inter-

Filia, carpento patrios initura penates,
  Ibat per medias alta feroxque vias.
Corpus ut aspexit, lacrymis auriga profusis
  Restitit. Hunc tali corripit illa sono:
Vadis? an expectas pretium pietatis amarum?
  Duc, inquam, invitas ipsa per ora rotas.
Certa fides facti: dictus Sceleratus ab illa
  Vicus, et æterna res ea pressa nota.
Post tamen hoc ausa est templum, monumenta parentis,
  Tangere: mira quidem, sed tamen acta loquar.
Signum erat in solio residens sub imagine Tulli:
  Dicitur hoc oculis opposuisse manum.
Et vox audita est, Vultus abscondite nostros,
  Ne natæ videant ora nefanda meæ.
Veste data tegitur: vetat hanc Fortuna moveri:
  Et sic e templo est ipsa locuta suo:
Ore revelato qua primum luce patebit
  Servius, hæc positi prima pudoris erit.

guine infectus in terra aspera. Nata ingressura domum paternam vehebatur pilento per medias vias sublimis atque superbiens. Auriga cum vidit corpus retitit lacrymis sparsis: illa damnat hunc hujusmodi voce: Ime? an expectas duram mercedem pietatis? Ducito, inquam, rotas volentes per ipsos vultus. Fides facinoris indubitata: via dicta Scrlesta ab illa; et factum illud signatum nota indelebili. Non tamen verita est post hoc intrare eadem sui patris: dicam quidem stupenda, sed tamen facta. Imago vultu Tullii erat posita in solio: ea dicitur objecisse manum oculis. Atque vox audita est, Tegite faciem nostrum, ne aspiciat vultus nefarios meæ filiæ. Occulitur toga oblata: Fortuna prohibet hanc tolli: atque ipsa ita locuta est e delubro suo: Qua die Servius primum apparebit vultu mutato, hæc erit prima vere-

a manu prima. *Burm. Sec.*—607 Be. *an aspectus prst.* Mox nonnulli vett. *pid. iniquum*; Læti Cod. *amaræ.*—609 In multis *facti est, dict.* alter P. *factis:* Burm. Sec. malebat *Certa fides, facto d. S. ab illo V.*—610 Fr. *mst. est.*—611 *Hæc* meliores, teste Heins. alii *hæc.*—612 Ursin. Arund. multique alii *est. loquar*; pr. A. et Læti Codex *eanam.*—615 Max. et duo alii *abscond. ventros.*—617 Sa. *F. videri.*—618 Pro *ipsa* multi scripti et Edd. *quædam illa:* pr. V.

NOTÆ

fectus est, cum se domum, quam in Esquiliis habuit, semianimis recipere-ret.

603 *Filia*] Tullia, scil.

609 *Certa fides*] Tullia, ut habet Florus, super cruentum patrem, vecta carpento, consternatos equos egit.

611 *Templum*] Fortunæ templum a Servio consecratum.

620 *Positi*] Ut neque Romanos tanti sceleris pudere credatur.

Parcite, matronæ, vetitas attingere vestes:
  Solenni satis est voce movere preces:
Sitque caput semper Romano tectus amictu,
  Qui Rex in nostra septimus Urbe fuit.
Arserat hoc templum: signo tamen ille pepercit
  Ignis: opem nato Mulciber ipse tulit.
Namque pater Tullî Vulcanus, Ocresia mater,
  Præsignis facie, Corniculana fuit.
Hanc secum Tanaquil, sacris de more paratis,
  Jussit in ornatum fundere vina focum.
Hic inter cineres obscœni forma virilis
  Aut fuit, aut visa est: sed fuit illa magis.
Jussa loco captiva fovet. Conceptus ab illa
  Servius a cœlo semina gentis habet.

cundiæ protritæ. Nolite, matronæ, tangere amictus interdictos: satis est precari verbis solennibus: atque caput regis, qui fuit septimus in nostra Urbe, sit semper velatum veste. Hæc ædes deflagraverat: tamen illa flamma pepercit simulacro: ipse Vulcanus præbuit auxilium filio. Namque ille genitor Tullii, Ocresia Corniculana fuit mater pulcherrima. Tanaquil, sacris adornatis pro consuetudine, jussit hanc spargere secum vina in focum decoratum. Hic figura pudendi virilis aut fuit, aut visa est inter favillas: verum illa potius fuit. Ancilla monita fovet in foco: Servius ortus ex illa habet primordia generis a cœlo. Pater fecit indicia, tum cum

---

Vesta. Maz. *ipsa notata suo.*—620 Sa. et alius *pos. plena pud.*—622 *Solenni* Heins. dedit ex melioribus; scil. voce: alii *solennes*, scil. preces.—624 In uno Mor. et uno F. erat *R. Romana sextus in urb.* plurimi etiam alii *sextus in urb.* duo *semper in urb.*—625 A. et duo *tam. ipse peperc.*—627 *Ocresia* suadet Heins. in vulg. *Ocrisia;* nonnulli vett. *Cresia*, vel *Cressia:* Fr. *Eressia.* —628 Maz. et Zulich. *Præigni faciem:* Heins. volebat *Præignis faciem.*— 629 *Paratis* Heins. dedit ex altero Bonon. et uno F. pro vulg. *peractis:* unus etiam Mor. *litatis.*—631 Pr. V. *cin. ornati f. virilis;* et Pat. *ornatus:* in F. *obscœni f. Priapi;* 'omnes frustra.' *Burm.*—633 In voc. *Jussa* pro var. lect. Fr. *Fessa:* et sic cum plurimis aliis et vulg. locum exhibet: *Jussa foco s.*

NOTÆ

621 *Vetitas*] Eas, scil. quæ Servii vultus tegunt.

624 *Septimus*] Sextum potius dixeris: verum T. Tatium, qui cum Romulo regnavit, regibus annumerat Naso.

626 *Opem*] Quia a Mulcibero seu Vulcano aut igne nullam labem sensit Tullii effigies lignea.

627 *Vulcanus*] Ita suadet fabula ab Historicis etiam relata: vere autem vir quidam fuit princeps in Corniculi expugnatione occisus.

628 *Corniculana*] Corniculo Latinorum oppido oriunda.

629 *Tanaquil*] Regina, Tarquinii Prisci conjux.

630 *Focum*] Aram.

633 *Jussa*] A Regina.

634 *Cœlo*] Atque adeo Vulcano.

Signa dedit genitor, tum cum caput igne corusco
Contigit, inque coma flammeus arsit apex.
Te quoque magnifica, Concordia, dedicat æde
Livia, quam caro præstitit illa viro.
Disce tamen, veniens ætas, ubi Livia nunc est
Porticus, immensæ tecta fuisse domus.
Urbis opus domus una fuit: spatiumque tenebat
Quo brevius muris oppida multa tenent.
Hæc æquata solo est, nullo sub crimine regni,
Sed quia luxuria visa nocere sua.
Sustinuit tantas operum subvertere moles,
Totque suas hæres perdere Cæsar opes.

lambit caput flamma splendida, atque apex igneus flagravit in capillis. Livia, consecrat te etiam splendido templo, Concordia, quam illa fecit cum dilecto marito. Cæterum intelliges, ætas futura, tecta fuisse domus vastissimæ ubi porticus Liviæ nunc est. Una domus fuit opus unius Urbis: atque complectebatur locum, quo multæ urbes occupant angustiorem manibus. Hæc excisa est funditus, sub nullo crimine regni, sed quia visa obesse suo splendore. Cæsar potuit delere tantas moles ædificiorum, atque hæres amittere toi suas divitias. Censura eo modo exercetur, atque

---

scdet: concept. ' *Fovet* ex duobus F. et uno suo recte recepit Heins. sed quid notat *fovere foco?* nimirum ad ignem calefacere. At hoc minime fecit Ocresia; sed membrum illud virile inseruisse suo genitali Arnobius dicit: vid. Salmas. Exercit. Plin. pag. 46. Quare legendum cum Regio, Moreti, et quatuor aliis scriptis, *jussa loco captiva fovet; locus* enim est pars illa quæ fœminæ sexum indicat; obscœnum muliebre. Ita Art. III. 799. ' Infelix, cui torpet hebes locus ille, puella.' Inde *loca muliebria* passim Medicis dicuntur. Vid. Erhard. et alios ad Petron. cap. 79. qui tamen in Petronio explicando errant.' *Burm.*—635 Fr. *tunc* pro *tum.*—636 *Coma* meliores, teste Heins. ceteri *comis:* quinque libri *comas.* Mox plurimi vett. *erit* pro *arsit;* ubi et Sa. dat *hæsit* pro var. lect.—638 Max. *quam claro præst.* Ursin. et unus Pat. *primo;* Erfurt. *sacro.*—640 Ex melioribus Heins. dedit *fuisse;* alii cum vulg. *fuere.*—642 P. *Quo brevibus mur.* Tum Pet. *oppid. lata ten.*—643 P. *null. discrimine regn.* Heins. conjecerat *nullius crimine regn.* Nil mutandum censet Burm.—644 Fr. *sua est.*—645 P. alter *Instituit tant.*—

NOTÆ

635 *Igne*] Clarum fore Tullium visa circa caput flamma promiserat, inquit Florus. Paria de Ascanio suo finxit Maro.

637 *Quoque*] Eodem 4. Idus Junias templum Concordiæ dedicatum, de quo jam supra.

638 *Quam*] Summa enim concordia cum Augusto dicitur vixisse.

639 *Livia*] Cui a Livia Augusti conjuge datum nomen.

640 *Immensæ*] Hanc superbam domum Augusto legaverat Pollio, ut auctor est Dio.

643 *Nullo sub*] Non quod harum ædium dominus affectati regni argueretur. Valerius quidem Publicola, ne specie arcis offenderet, eminentes ædes suas in plana submisit.

646 *Hæres*] Hæreditario jure ad

Sic agitur censura, et sic exempla parantur;
Cum vindex, alios quod monet, ipse facit.
Nulla nota est veniente die, quam ducere possis.
Idibus invicto sunt data templa Jovi.
Et jam Quinquatrus jubeor narrare minores.
Nunc ades o cœptis, flava Minerva, meis.
Cur vagus incedit tota tibicen in Urbe?
Quid sibi personæ, quid stola longa, volunt?
Sic ego: sic posita Tritonia cuspide dixit.
Pace velim doctæ verba referre Deæ.
Temporibus veterum tibicinis usus avorum
Magnus, et in magno semper honore fuit.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis:
Cantabat mœstis tibia funeribus.

ita exempla proponuntur, cum asserter ipse præstat quod jubet alios. Nulla est nota quam possis facere die sequenti. Idibus templa sunt posita Jovi invicto. Atque nunc teneor referre Quinquatrus minores: flava Pallas, o nunc fave meis conatibus. Quamobrem tibicen errans ambulat per totam Urbem? Quid significant Personæ, quid stola promissa? Ita ego: Tritonia sic respondit mucrone terræ infixo. Velim memorare dicta doctæ Deæ pace ejus. Ætate Majorum usus multus fuit tibicinis, atque semper in magna laude. Tibia canebat in templis, canebat in ludis,

648 *Vindex* Heins. recepit ex Voss. pr. F. Maz. Zulich. et nonnullis aliis pro vulg. *judex*.—649 Pro *ducere* Thuan. *discere*; Fr. *dicere*. In Zulich. et Maz. erat *dicere possim*.—651 Alii *Quinquatres*.—654 *Stola* recepit Heins. ex Zulich. Maz. opt. Pat. Voss. et duobus F. pro vulg. *toga*.—655 Fr. *Titonida*.—656 Sic rescripsit Heins. ex uno V. vulg. legebatur *Possim utinam doctæ verb. r. D.* Heins. etiam conj. *Posse velim*. Tum pro *doctæ* plurimi vett.

NOTÆ

Augustum pervenisse Pollionis domum diximus.

647 *Censura*] Præfectura morum cum Censoria potestate Augusto fuerat decreta: adeoque, ne luxuriæ ansam cuiquam præberet, amplissimam sibi legatam domum diruit.

649 *Nota*] Titulus festorum, quo Fasti signentur.

650 *Invicto*] Pro epithetone an cognomine positum sit istud nomen non liquet, adeo rara aut nulla hujus templi memoria.

651 *Minores*] 'Minusculæ Quinquatrus appellabantur Idus Juniæ; quod is dies festus erat tibicinum, qui Minervam colebant.' Verba sunt Festi.

654 *Personæ*] Personati enim incedebant tibicines, ne temulentiæ suæ, de qua postea, illos puderet.

Stola] Vestis muliebris apud Romanos, qua et viri utebantur in aliis gentibus, tibicinibus atque citharœdis præsertim in usu.

655 *Tritonia*] Pallas, eni a Tritone palude, ubi educata, illud nomen.

Cuspide] Hasta.

659 *Fanis*] Templis: atque adeo festis diebus.

Dulcis erat mercede labor: tempusque secutum,
  Quod subito Graiæ frangeret artis opus.
Adde quod Ædilis, pompam qui funeris irent,
  Artifices solos jusserat esse decem.
Exilio mutant Urbem, Tiburque recedunt:
  (Exilium quodam tempore Tibur erat:)
Quæritur in scena cava tibia; quæritur aris:
  Ducit supremos nænia nulla toros.
Servierat quidam, quantolibet ordine dignus,
  Tibure: sed longo tempore liber erat.

tibia adhibebatur tristibus exequiis. Labor erat suavis præmio; atque tempus ortum, quod repente minuerat opus artis Græcæ. Adde quod Ædilis imperaverat solos esse decem tibicines, qui præcederent pompam funeream. Mutant Urbem exilio, atque concedunt Tibur: Tibur quodam tempore exilium erat: cava tibia expetitur in theatro; desideratur ad altaria; nulla nænia præit ultimis agminibus. Quidam dignus quantolibet ordine servierat Tibure; verum manumissus erat a longo

pactæ; Pembroc. *placitæ;* et Mor. *castæ.*—661 Fr. *secut. est.*—662 *Grajæ* optimus Patav. prim. Farnes. Mazar. Arund. aliique nonnulli; et recte; quod ex stolæ usu præter morem Romanum liquet: de quo supra: [Not. Var. ceteri *gratæ.*] *Art. opus* [pro *opes*] etiam Ursini, optimus Patavinus et quatuor alii: sic lib. I. 268. 'Ipse meæ movi callidus artis opus:' ubi male *opem* substituunt libri quidam. *Heins.*—663. 664 Gothofr. ad Legg. XII. Tabul. ita emendat: *Adde, quod edictis, pompa qui funeris irent, Artifices solos jus erat esse decem.* Improbat hæc Burm. ideo, quod 'edicti' nomen nunquam legibus duodecim Tabul. tribuitur. *Pompam* pro vulg. *pompa* dedit Heins. ex Ursin. et Strozzæ Codd. ut simile sit illi 'exequias ire.' Ipse et suadet *pompæ*, ut ipsi tibicines intelligantur.—667 Alii legunt *in cæna cav.* —668 Bonon. *Ducis supr.* Unus V. *Ducit funereos næn.* Multi etiam vett.

NOTÆ

661 *Mercede*] Iis qui in sacris præcinerent jus erat in æde vesci.

Tempus] Non tempus, sed quod fecerunt Censores Appius Claudius et C. Plautius, anno ab Urbe 443. qui in æde Jovis vesci tibicines prohibuerunt.

663 *Ædilis*] Appius Claudius, qui antea per Ædilitatis suæ tempus, damnoso quodam edicto, quo funebres sumtus coarctavit, statuitque ne quis plures quam decem ex tibicinibus in exequiis adhiberet, eos valde irritavit.

665 *Exilio*] Pulsi non fuerunt; sed ipsi irati Tibur se contulerunt.

666 *Exilium*] Pro se istud dixit Naso, qui tam longe actus, cum olim Tibur, suburbanum prope oppidum, exilium esset.

667 *Quæritur*] Nulla fuit tibia in theatris atque ludis, quia tibicines abierant.

Nænia] Carmen, quod in funere laudandi causa ad tibiam cantaretur, nullum erat.

669 *Servierat*] In eo est Naso, ut, quomodo restituti fuerint tibicines, enarret. Sed aliter paulo habet Livius, qui per Legatos Tibure remissos scripsit.

Rure dapes parat ille suo; turbamque canoram
  Convocat. Ad festas convenit illa dapes.
Nox erat; et vinis oculique animique natabant:
  Cum præcomposito nuntius ore venit.
Atque ita, Quid cessas convivia solvere? dixit:
  Auctor vindictæ jam venit, ecce, tuæ.
Nec mora; convivæ valido titubantia vino
  Membra movent: dubii stantque labantque pedes.
At dominus, Discedite, ait. Plaustroque morantes
  Sustulit. In plaustro sirpea lata fuit.
Alliciunt somnos tempus, motusque, merumque;
  Potaque se Tibur turba redire putat.

tempore. Ille adornat epulas rure suo, et invitat agmen sonorum: illud coit ad epulas festas. Nox erat; atque oculi et animi immersi erant mero, cum nuntius accedit verbis præstitutis: atque ita, Quamobrem, inquit, hæres, neque mittis convivia? ecce auctor vindictæ tuæ jam adest. Et sine spatio, convivæ agitant artus suos labantes generoso mero: pedes incerti stant atque titubant. At dominus, Abite, inquit; atque imposuit restitantes vehiculo: sirpea lata fuit in vehiculo. Mora, et agitatio, et vinum conciliant soporem: atque agmen ebrium credit se reverti Tibur.

---

null. choros.—669 Plurimi *Servus erat quid.*—672 *Convocat* unus Mediceus; unde Heins. faciebat *Convolat*, quod egregie aviditatem Tibicinum, qui genio libentissime indulgent, ostendit. Hinc et adagio notati 'Tibicinam vitam vivere.' Sic supra 'convolat omnis Turba.' *Burm.*—675 *Convivia* Heins. reposuit ex Ursin. Maz. Zulich. Læti Cod. opt. Pat. et sex aliis pro vulg. *convivas.*—676 Duo scripti et Ed. Gryph. *Victor vindict.* Alii etiam *nam* pro *jam*: et mox ex melioribus *ecce* Heins. dedit; vulg. *ille.*—680 *Sirpea lata* habent tres antiqui; duo, *sirpea nata;* multi, *scirpea nata;* Thuani, *natta:* Gryphianæ editionis margo, *scirpea larva.* Scaliger et Muretus *matta* conjiciunt: ut Læti codex et unus Vatic. Salmasius ad Solinum et Historiam Augustam, et qui Salmasii scrinia compilavit, Neapolis, *sirpea lata;* ut *sirpea* sit substantivum: quod nescio an alibi occurrat. Certe vox *mattæ* non est in usu Latinis, nisi scriptoribus posteriorum temporum. Plutarchus ἁμάξας δέῤῥεσι κύκλῳ περικαλυπτομένας vocat, qui in omnibus fere hujus historiæ cum Nasone consentit: quare fuit cum *Scortea* legendum putarem: opinor tamen nunc a Nasonis manu esse, *scirpea strata fuit:* quid sit *scirpea* Varro docebit. *Heins.* Sed vid. Not. Var.—681 P. *Allicuit somn.*—682 Plurimi scripti cum Fr. *To-*

NOTÆ

671 *Turbamque canoram*] Tibicines Romanos, scilicet.

673 *Vinis*] Scilicet illud genus vini est avidissimum.

674 *Præcomposito*] Verbis fictis.

675 *Quid cessas*] Verba sunt nuntii ad libertum, qui festum diem agebat.

676 *Auctor vindictæ*] Qui te manumisit, et liberum fecit.

Vindictæ] Virga, qua supra caput a Prætore imposita servi manumittebantur, pro libertate ipsa hic posita est.

679 *Dominus*] Libertus, scil. seu ille potius a quo manumissus fuerat.

680 *Sirpea*] Tegeticula ergo qua-

er Esquilias Romanam intraverat urbem ;
e in medio plaustra fuere Foro.
ut possent specie numeroque Senatum
, personis imperat ora tegi.
que alios : et, ut hunc tibicina cœtum
, in longis vestibus ire jubet.
es bene posse tegi : ne forte notentur
collegæ jussa redisse sui.
it : cultuque novo libet Idibus uti ;
re ad veteres verba jocosa modos.
perdocuit, Superest mihi discere, dixi,
Quinquatrus illa vocata dies.
inquit, agit tali mea nomine festa :
sub inventis hæc quoque turba meis.

rat Urbem Romanam per Esquilias ; et mane vehicula fuerunt in me-autius, ut possent imponere Senatui specie et numero, jubet vultus oc-tque admiscet alios : et, ut tibicina augeat hanc turbam, imperat pro-nissis vestibus. Arbitratus est *reduces posse sic tegi commode ; ne r rediisse contra jussa collegæ sui. Res fuit accepta : atque placet uti dibus ; et cantare verba jocosa ad modos antiquos. Postquam ista estat mihi discere, inquam, quamobrem illa dies sit appellata Quin-rtius, ait, habet festa mea hujusmodi nomine : atque hic cœtus est etiam*

Prima terebrato per rara foramina buxo,
Ut daret effeci tibia longa sonos.
Vox placuit: liquidis faciem referentibus undis
Vidi virgineas intumuisse genas.
Ars mihi non tanti est; valeas, mea tibia, dixit.
Excipit abjectam cespite ripa suo.
Inventam Satyrus primum miratur: at usum
Nescit, et inflatam sentit habere sonum.
Et modo dimittit digitis, modo concipit auras:
Jamque inter Nymphas arte superbus erat.
Provocat et Phœbum. Phœbo superante pependit:
Cæsa recesserunt a cute membra sua.

sub meis inventis. Prima effeci ut tibia longa ederet voces, buxo perforato per pauca foramina. Sonus gratus fuit: adverti malas virgineas inflatas, æquis limpidis repræsentantibus vultus meos. Ars non est mihi tanti; procul esto, inquam, mea tibia. Ripa excipit cespite suo projectam. Satyrus miratur primum repertam: et ignorat usum, et intelligit inflatam reddere vocem. Atque nunc emittit ventos, nunc colligit digitis: jamque erat ferox arte inter Nymphas. Provocat quoque Apollinem. Apolline victore pependit: artus discerpti divisi sunt a pelle sua.

****

sua nomina festo.—697 Læti Cod. *per pauca foram.* Fr. *fac. liquid.* inverso ordine.—700 Alii *Vid. et virgin.*—701 Plurimæ edd. *m. tib. dixi*, Voss. et duo alii cum Nanger. *valeas, ars optima, dixi.* Heins. malit *tanti es, v. cave t. dixi.* —702 P. et D. Excerpt. *Exc. ejectam cesp.*—703 *At* ex Læti Cod. alii *et.*—704 *Inflatam* ex Max. Zulich. Arund. Læti Cod. et sex aliis placet Heins. præ vulg. *afflatam:* nonnulli *effiatum* vel *efflatam.*—705 *Digitis* ex Nanger. Max. Zulich. Ursin. Arund. opt. Pat. et sex aliis Heins. reposuit pro vulg. *digitos.* Fr. etiam cum aliis *auram* pro *auras.* ' Mallem, si per libros liceret, *modo continet auras;* ut digitis modo foramina claudens auras contineat, modo dimitteret sublatis digitis: nam *concipere auras* est aliud quid; ut cum aves ' pennis concipiunt auras' Met. XII. 569. et ita velis et vestibus ventum concipimus. vid. Art. Am. III. 301. et ita ' *continere*' et ' *emittere*' ventos dicitur

NOTÆ.

diderim in jocum hanc rem totam vertisse Plautium.

692 *Perdocuit*] Minerva, scil.

695 *Martius*] Mensis, scil.

Tubi] Quinquatrus, ut vidimus in Martio.

696 *Hæc turba*] Tibicinum, scil.

697 *Prima*] Tibiæ inventricem sese facit Minerva.

699 *Vox*] Tibiæ sonus Minervæ gratus fuit.

700 *Virgineas*] Palladis virginis.

702 *Ripa*] Ejus fontis aut lacus, scilic. ubi genas intumescere cantando tibia Minerva viderat.

703 *Satyrus*] Marsyas, qui fistulam πολυσύλλαμον invenisse dicitur.

705 *Modo dimittit*] Artis est, scilicet, tibiæ sonum tollendo a foraminibus aut admovendo digitos variare.

707 *Superante*] Marsyas ab Apolline victus cute derepta mulctatus est.

Sum tamen inventrix auctorque ego carminis hujus.
Hoc est cur nostros ara colat ista dies.
Tertia lux veniat, qua tu, Dodoni Thyene,
Stabis Agenorei fronte videnda bovis.
Hæc est illa dies, qua tu purgamina Vestæ,
Thybri, per Etruscas in mare mittis aquas.
Si qua fides ventis, Zephyro date carbasa, nautæ:
Cras veniet vestris ille secundus aquis.
At pater Heliadum, radios ubi tinxerit undis,
Et cinget geminos stella serena polos;
Tollet humo validos proles Hyriea lacertos:
Continua Delphin nocte videndus erit.

Attamen ego sum auctor et inventrix hujus carminis. Ista est causa ob quam ara ista celebret nostros dies.——Tertia dies oritur, qua tu Dodoni Thyene eris conspiciendæ in capite tauri Agenorei. Hæc est illa dies, qua tu, Tybri, devehis in æquor sordes Vestæ per aquas Tuscas.——Si qua fides ventis, nautæ pandite vela Zephyro: ille cras aderit favens vestris aquis.——At postquam parens Heliadum merserit radios fluctibus, et stella pura obierit utrumque polum, filius Hyrici elevabit a tellure fortia brachia: nocte continua Delphinus erit conspiciendus. Scilicet

---

Æolus Met. XI. 431. Posset et legi *comprimit*. Burm.—710 Alii *ara colet;* et Fr. *colit*. Mox Arund. *ist*. *Deos*.—711 *Lux* legit Bersmann. *nox;* pro vulg. atque ita Maz. a pr. man. et plurimi alii. Pro vulg. *veniet* Nauger. *venit:* unde Heins. suadet *Tert. lux veniat*. Mox in nonnullis *Dodona Thione;* in aliis vett. *Dodoni Dione:* in vulgatis *Dodona Thyene:* at meliores, teste Heins. *Dodoni T*.—712 Alii *Agenoreæ:* et tum unus liber *front. tegenda bov*. et P. *regente*.—715 Fr. *Zephyris*.—716 Fr. *nostris* pro *vestris*.—717 Jun. *ub. texeris und*. Maz. *duxerit;* plures alii *traxerit*.—718 Fr. *Et cingit gem*. Post hoc distichon plurimi scripti et quidam editi aliud interserunt, repetitum ex lib. III. 401. 'Nam duo sunt: Austris hic est, Aquilonibus ille Proximus: a vento nomen uterque tenet.'—719 [Alii *Hyrea*:] *Hyriea* Ursini et opt. Petav. *Hyrtea* Zulich. *Hyrsea* Mazar. Lege, *Hyrica*. Dixi

NOTÆ

709 *Carminis*] Quod ad tibiam cantatur.

711 *Tertia*] Ipsis tamen Idibus inclusis; hoc est 17. Kal. Julias, seu Junii 15. die.

Dodoni] Dodonidas nymphas appellatas quoque scripsit Hyginus.

Thyene] Nomen est ultimæ Hyadum, cujus mentione omnium Naso pleniorem ortum indicat.

712 *Agenorei*] Quo usus Jupiter in avehenda Europa Agenoris Phœnicum regis filia: ut dictum sæpius.

Fronte] In Tauri fronte positas Hyadas vidimus superius.

714 *Etruscas*] Ex Etruria enim in Urbem delabitur Tybris.

716 *Cras*] 16. die Junii.

717 *Pater Heliadum*] Sol adeoque qui Phaëthontis sorores genuit, quibus a Sole, qui Græcis Ἥλιος dicitur, illud datum nomen.

Tinxerit] Occiderit.

718 *Geminos*] Superius et inferius hemisphærium.

719 *Proles*] Orion Hyrei filius en-

Scilicet hic olim Volscos Æquosque fugatos
  Viderat in campis, Algida terra, tuis.
Unde suburbano clarus, Tuberte, triumpho,
  Vectus es in niveis, Postume, victor equis.
Jam sex, et totidem luces de mense supersunt:
  Huic unum numero tu tamen adde diem.
Sol abit e Geminis, et Cancri signa rubescunt:
  Cœpit Aventina Pallas in arce coli.
Jam tua, Laomedon, oritur nurus: ortaque noctem
  Pellit, et e pratis uda pruina fugit.
Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur,
  Tum, cum Romanis, Pyrrhe, timendus eras.

hic viderat olim Volscos atque Æquos fusos in campis tuis, terra Algida. Unde illustris triumpho suburbano, vectus es victor in equis candidis, Tuberte Postume. ——Jam sex et totidem dies restant de mense: adjice tamen unum diem huic numero. Sol recedit a Geminis, et signa Cancri rubent: Pallas cœpit invocari in arce Aventina.——Jam nurus tua surgit, Laomedon, atque orta fugat noctem, et pruina humida pellitur ex pratis. Templa dicuntur dicata Summano, quisquis is est, tum cum metuendus eras Romanis, Pyrrhe.——Postquam etiam Galatea rece-

---

lib. v. 499. [Vid. Not. Var.] *Heins.*—721 In quibusdam scribitur *Vulsces.* Dein Mor. *Æquosque fugaces.*—722 Heins. malebat *e* pro *in.* Deinde Fr. A. *turba, tuis.* Jun. *terra, suis.*—723 In nonnullis *Tiburte*, vel *Tyburte;* alii etiam *Tuburte.*—724 Pro *Posthumè* vett. plerique *postmodo.*—725 Heins. malebat *mens. supersint.*—727 P. *Sol abiit Gem.* V. et quinque alii *abit e Gem.* Deinde Fr. C. *regna rubesc.*—728 P. *in urbe col.*—730 Ex Ursin. Voss. et sex aliis Heins. dedit *uda;* nec vero vulg. lect. *cana* damnat: Arund. aliique vett. *ima* vel *una;* duo *orta;* totidem *vana:* Fr. *verna.*—731 Fr. *Summato.*—732 Fr. *Tunc* pro *Tum.* Mox Jun. et alius *P. cavendus*

NOTÆ

surget cosmice.

720 *Continua*] 17. Junii Delphinus totus emergit.

721 *Volsces*] Hi atque Æqui Latii populi fuerunt, qui anno Urbis 324. ab A. Postumo Tuberto Dictatore, ingenti strage, castris utrisque expugnatis, victi sunt.

722 *Algida*] Quæ ad Algidum Latii oppidum spectabat.

723 *Unde*] Ex qua victoria.

Suburbano] Quia victi populi suburbani.

724 *Vectus*] Adeoque triumphavit.

725 *Jam sex*] 18. ergo Junii.

727 *Sol abit*] 19. tamen Junii, ut habet vetus Kalendarium.

Rubescunt] A Sole, qui Cancrum tunc temporis inibat; hodie undecimo Junii ingreditur.

729 *Nurus*] Aurora ergo Tithoni conjux.

730 *Fugit*] Adeoque 12. Kalend. seu 20. Junii.

731 *Summano*] Summum Manium Plutonem esse voluerunt.

732 *Pyrrhe*] Hic Epirotarum rex anno Urbis 473. Tarentini belli tem-

oque cum patriis Galatea receperit undis,
ue securæ terra quietis erit;
no juvenis, telis afflatus avitis;
ino nexas porrigit angue manus.
or Phædræ, nota est injuria Thesei:
t natum credulus ille suum.
une pius juvenis Trœzena petebat.
obstantes pectore taurus aquas.]
rrentur equi; frustraque retenti
pulos dominum duraque saxa trahunt.
curru, lorisque morantibus artus
ytus lacero corpore raptus erat:

m fluctibus genitoris, et tellus fruetur tuta quiete; juvenis tactus litur humo, et tendit manus implicitas gemino serpente. Amor Phæ-s: injuria Thesei est cognita: ille facilis devovit filium suum. Ado-mpune pius contendebat Trœzenam: taurus findit pectore aquas oppo- turbati terrentur, et nequicquam repressi abripiunt dominum per sco-asperas. Excussus erat curru; et corrigiis implicantibus membra, ublatus erat, corpore discerpto; atque efflaverat spiritum, Diana mul-

---

nc, id est, Auroram, cum Voss. Sarrav. et quatuor aliis. *Heins.* — 734 Fr. *quiet. erat.* — 735 Voss. P. et sex alii *flammis* pro ue cum Fr. *stellis*. Tum pr. V. et Pat. *affl. acutis*.—739 on agnoscit Ursini codex cum duobus melioris notæ Patavi-

Edideratque animam, multum indignante Diana. 7
Nulla, Coronides, causa doloris, ait.
Namque pio juveni vitam sine vulnere reddam;
Et cedent arti tristia fata meæ.
Gramina continuo loculis depromit eburnis:
Profuerant Glauci manibus illa prius: 7
[Tunc, cum observatas augur descendit in herbas;
Usus et auxilio est anguis ab angue dato.]
Pectora ter tetigit, ter verba salubria dixit:
Depositum terra sustulit ille caput.
Lucus eum, nemorisque tui, Dictynna, recessus 7
Celat: Aricino Virbius ille lacu.

tum irata. Coronides dicit, Nulla causa luctus. Namque restituam vitam ca adolescenti sine plaga, et lugubria fata cedent arti meæ. Protinus extrahit her ex thecis eburnis: illa antea opem tulerant umbris Glauci; tunc cum augur vendit in gramina observata, atque serpens usus est ope exhibita a serpente. T tetigit pectora, ter protulit voces salutiferas: ille erigit caput stratum terra. I cus et recessus sylvæ tuæ, Dictynna, tegit eum: ille est Virbius in lacu Arici

alii *Reddideratque;* Mor. et alius *Perdideratque.*—746 Fr. *dol. erit;* et *ait* var. lect.—747 Quatuor libri *Jamque pio.* Maz. et alius *sine crimine redd.* 748 Maz. et tres alii *Et cedant arti.*—749 Jun. *loculo...eburno:* et alius *loc. promsit eburn.* alius *demisit.*—750 Quidam habet *G. piscibus illa.*—751 Vliti volebat *Tum coacervatas aug.* Tò *cum* etiam deest Be. Glossæ Rumpfii T *cum observandas.* Pro *augur* alii habent *anguis;* et sic etiam Heins. tentab Mor. et duo *desc. ad umbras;* alii *undas.*—752 Heins. tentabat *est Glaue* vel *augur ab ang.*—753 Pet. *verba precantia dix.*—755 In Sa. *tui;* et Zuli *recessus;* unde Heins. suam lectionem constituit: nam in vulgatis erat *l*

NOTÆ

quoties diximus?

745 *Diana*] Quæ casto juveni maxime favebat.

746 *Coronides*] Æsculapius ex Coronide nympha natus.

748 *Cedent*] Quia invitis fatis reviviscet Hippolytus. Revocabitur ex Inferis.

750 *Glauci*] Hunc quoque Minois filium excitasse et vitæ restituisse Æsculapium scripsit Hyginus.

751 *Tunc*] Spuriæ notæ esse quoque hoc Distichon non temere scripsit clariss. Heinsius. Prolixe tam apud Hyginum Poët. Astron. lib. capite quod *Ophiuchus* inscribitur, s finem, fabulæ hujus habes explicati nem.

754 *Ille*] Hippolytus vitæ ab Æsc lapio restitutus.

755 *Dictynna*] Diana; quam n semel Hippolytum suum in nemo Aricino abdidisse legimus.

756 *Virbius*] Fabulam habes Metam.

At Clymenus Clothoque dolent, hæc fila reneri,
Hic fieri regni jura minora sui.
Jupiter exemplum veritus direxit in illam
Fulmina, qui nimiæ moverat artis opem.
Phœbe, querebaris. Deus est. Placare parenti.
Propter te, fieri quod vetat, ipse facit.
Non ego te, quamvis properabis vincere, Cæsar,
Si vetet auspicium, signa movere velim.
Sint tibi Flaminius Thrasymenaque littora testes,
Per volucres æquos multa monere Deos.
Tempora si veteris quæris temeraria damni;
Quartus ab extremo mense bis ille dies.

At Pluto et Clotho moleste ferunt hæc fila reneri, et jura sui regni fieri minora. Jupiter metuens exemplum misit fulmen in illum, qui attulerat auxilium nimiæ artis. Phœbe, querebaris. Deus est: pacem ineas cum patre: ipse facit tua causa quod prohibet.—Ego nolim, Cæsar, tametsi festines vincere, te movere signa, si auspicium prohibeat. Flaminius et ripæ Thrasymenæ sint tibi testes, Deos faventes multa docere per aves. Si petis tempora temeraria antiquæ cladis, ille dies fuit

---

cus eum memorisque sui D. recessu C.—257 *Clymenus* dedit Heins. quia plures Mss. *Lymenus, Limens, Limeneus;* et quia Græcis *Clymenus* dictus est Pluto, quatenus ad se omnia vocans: vulg. *Lachesis.* Dein *hæc* ex V. Fratris, Ma. et Ursin.: ceteri *sua.* Mox etiam ex emend. Heinsii rescripsit Burm. *reneri* pro vulg. *teneri;* et sic vs. seq. *Hic* pro *Et.* —759 Ursin. pr. Pat. et Maz. *J. exemplo ver.* Zuiich. *extemplo.*—760 Pet. unus *qui miræ.* Ex Zulich. opt. Pat. Læti Cod. et tribus aliis Heins. dedit *moverat* pro vulg. *noverat:* conj. etiam *foverat;* nam tres scripti *voverat.*— 762 Pro *fieri* Maz. *flecti;* et Sa. cum multis aliis *fieri.* Tum quidam *quod facit ipse vetat:* et duo *facis.*—764 Meliores, teste Heins. *vetet;* alii *vetat:* Be. *moret.* —765 Alii *Sunt tibi.*—766 Multi *multa movere D.*—768 Sex libri *Quintus ab*

NOTÆ

757 *Clotho*] Parca, cui in fata hominum jus fuit.

Fila] Quibus hominum vitam contineri crediderunt.

758 *Minora*] Siquidem ad vitam revocarentur, quorum fila abscidissent.

761 *Querebaris*] Quia interfectus filius Æsculapius.

Deus est] Relatus in Deos Æsculapius.

Placare] Reconciliare Jovi patri tuo, o Apollo.

762 *Fieri*] Ne mortui excitentur cavet Jupiter, et tamen Æsculapium in cœlum transfert.

763 *Non ego te*] 9. Kalendas occubuit ad lacum Thrasymenum C. Flaminius Consul, clade insigni. Ob spreta auspicia crediderunt factum: quare ea Cæsari commendat Naso.

765 *Thrasymena*] Lacus Thrasymeni in agro Perusino, qui Hetruriæ est, ubi ab Annibale fusus Romanorum exercitus.

767 *Temeraria*] Temerarii ducis

POSTERA lux melior. Superat Masinissa Syphacem;
Et cecidit telis Hasdrubal ipse suis.
TEMPORA labuntur, tacitisque senescimus annis;
Et fugiunt, fræno non remorante, dies.
Quam cito venerunt Fortunæ Fortis honores!
Post septem luces Junius actus erit.
Ite, Deam læti Fortem celebrate, Quirites:
In Tiberis ripa munera Regis habet.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba:
Nec pudeat potos inde redire domum.
Ferte coronatæ juvenum convivia lintres;
Multaque per medias vina bibantur aquas.
Plebs colit hanc: quia, qui posuit, de plebe fuisse
Fertur, et ex humili sceptra tulisse loco.

octavus ab extremo mense.——Sequens dies felicior: Masinissa vincit Syphacem, atque Hasdrubal ipse occubuit suis armis.——Tempora diffluunt, atque senescimus annis tacitis; et dies auferuntur fræno non prohibente. Quam festinanter honores Fortis Fortunæ recurrerunt! Post septem dies Junius erit elapsus. Concedite, Quirites, alacres colite Fortem Deam: habet dona regis in ripa Tiberis. Pars accedite pede, pars etiam veloci navigio: nec pudeat reverti inde domum ebrios. Cymbæ coronatæ vehite convivia adolescentum: plurimaque vina potentur per medias aquas. Plebs celebrat istam, quia qui statuit dicitur fuisse de plebe, atque

extr. Ed. Gryph. *bis esse d.*—769 Aliis cribunt *Masanissa.*—771 Fr. *τὸ que* deest —772 Tres libri *non revocante d.* duo *retinente.*—773 Fr. *Et cito.*—774 P. et Sa. *Per sept.*—777 Tres libri *cel. discurrite cymba.*—779 Sa. *Ferte coronati juv.*—780 Fr. *vina labantur aq.* et pro var. lect. *bibantur.*—782 Fr. *sceptr. fuisse loc.*

NOTÆ

Flaminii.

768 *Quartus*] 9. Kal. Jul., 23. Junii die.

769 *Masinissa*] Cujus, Massiliorum in Africa regis, Romanis bona firmaque semper amicitia fuit.

Syphacem] Hic Numidiæ rex fuit perfidus, a Scipione atque Masinissa, anno ab Urbe 550. victus, deinde in triumphum ductus.

770 *Hasdrubal*] Hic dux Pœnorum anno ab Urbe 546. a Claudio Nerone atque Livio Salinatore ad internecionem cæsus. Quam rem habes apud Livium.

Suis] Dictum credo, quia dolis circumventus Claudii Neronis Hasdrubal homo dolosus. Ille enim relictis castris suis, ita ut et Hannibalem falleret, cum electa manu Livii collegæ castra silentio ingressus Hasdrubalem invadit, cum quo ceciderunt hominum millia 57.

771 *Tempora*] Quam apposite, sententiam sane egregiam interponit Naso, cum se ad finem mensis properare videt!

773 *Quam cito*] In octavum quippe Kalendas Julias recurrebant Fortunæ honores, cui templum Servius Tullius

Convenit et servis: serva quia Tullius orta
Constituit dubiæ templa propinqua Deæ.
Ecce, suburbana rediens male sobrius ædo,
Ad stellas aliquis talia verba jacit:
Zona latet tua nunc, et cras fortasse latebit:
Dehinc erit, Orion, aspicienda mihi.
At si non esset potus, dixisset eadem
Venturum tempus solstitiale die.
Lucifero subeunte Lares delubra tulerunt,
Hic ubi fit docta multa corona manu.
Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus olim
Ante Palatini condidit ora jugi.
Tot restant de mense dies, quot nomina Parcis,
Cum data sunt trabeæ templa, Quirine, tuæ.

tractasse sceptra ex obscuro loco. Competit etiam servis, quia Tullius natus ex captiva posuit delubra juncta Deæ incertæ.——Ecce aliquis ebrius revertens a templo suburbano mittit hujusmodi voces ad stellas. Cingulum tuum nunc absconditur, Orion, et forte cras abscondetur; dehinc erit mihi videndum. At, si non esset ebrius, dixisset tempus solstitiale oriturum eadem die.——Lares consecuti sunt templa sequenti die, hic ubi multa corona nectitur docta manu. Stator habet idem tempus delubri, quod Romulus posuit quondam in prospectu collis Palatinæ.——Tot dies supersunt de mense, quot nomina Parcis, cum templa sunt assignata tuæ trabeæ,

—785 P. et tres alii *suburb. residens mal.* Be. *veniens.*—786 Unus lib. *aliq. ebria verba.* Tum quatuor *facit.*—789 Pro *potus* nonnulli *stultus* vel *pulsus.*—793 Olim edebatur *T. idem Statoris habet,* producta in 'Statoris' prima syllaba; quod ferri nequit. Heins. igitur ex Ursin. opt. uno Pat. et marg. Sar. *Stator ædis* recepit.—796 *Condita sunt* Be. Fr. et alii: tum quatuor

NOTÆ

dedicavit.

776 *Tiberis*] Trans Tiberim fuit.

777 *Pede*] Per pontem, scil.

783 *Serra*] Ea, scil. quam vidimus supra, Ocrisia Ocriculana.

784 *Dubiæ*] Fortunæ, scil. cujus inconstantia proprium omni modo.

787 *Zona*] In qua tres stellas affinxerunt.

788 *Dehinc*] 6. ergo Kalendas oritur heliace.

789 *Eadem*] 6. scilic. Kal. Jul. seu Junii 26. die. Sed a nostris ad 21. Junii retractum Solstitium.

791 *Lucifero*] 5. Kalendas dicata Larium Jovisque cognomento Statoris ædes, quam Romulus bello Sabino, cum Romana acies inclinasset, voto consecravit.

792 *Ubi fit*] Ubi habitant corollarum artifices.

795 *Tot restant*] Tres adeoque.

796 *Templa*] De antiquo illo agitur, quod statim, audito Proculi testimonio, Quirino seu Romulo in colle Quirinali positum: ab Octaviano deinde multis columnis decoratum, iterumque dedicatum est.

TEMPUS Iuleis cras est natale Kalendis:
Pierides, cœptis addite summa meis.
Dicite, Pierides, quis vos adjunxerit isti,
Cui dedit invitas victa noverca manus.
Sic ego. Sic Clio: Clari monumenta Philippi
Aspicis: unde trahit Marcia casta genus.
Marcia sacrifico deductum nomen ab Anco;
In qua par facies nobilitate sua.
Par animo quoque forma suo respondet in illa:
Et genus, et facies, ingeniumque simul.
Nec quod laudamus formam, tam turpe putaris.
Laudamus magnas hac quoque parte Deas.
Nupta fuit quondam matertera Cæsaris illi.
O decus, o sacra fœmina digna domo!

Quirine.——Cras tempus est natale Kalendis Juleis: Pierides, imponite finem meis inceptis. Docete, Pierides, quis vos addiderit isti, cui noverca superata obtulit manus invitas. Ita ego; sic Clio respondit: *Cernis monumenta illustris Philippi, ex quo pudica Marcia ducit genus. Marcia* est *nomen derivatum ab Anco pio, in qua cultus æqualis nobilitati suæ. Pulchritudo par est etiam suo ingenio in illa; et nobilitas, et forma, et ingenium* sunt *simul. Neque credideris tam indecorum, quod celebramus pulchritudinem: celebramus etiam Deas hac parte. Matertera Cæsaris fuit olim juncta illi. O decus, o fœmina digna sacra domo! Clio ita can-*

turbæ pro *trabeæ*.—799 Fr. *qui vos* sed pro var. lect. *quis* exhibet. *Adjunxerit* Heins. dedit ex Sa. et sex aliis: plurimi etiam ex melioribus *adduxerit:* vulg. *addixerit.* Tum pro *isti*, alii *istuc* vel *illuc*.—802 Alii hic et alibi *Martia*.—804 *Sua* meliores, teste Heins. vulgo *fuit:* quidam etiam *sua est*.—805 Alii

NOTÆ

797 *Iuleis*] Quibus a Julio Cæsare honoris causa datum nomen, cum prius Quintilis Julius mensis diceretur.

Cras est] Vacuum adeoque reliquit diem Naso, atque, inquit, Sumus in ultima mensis luce.

798 *Pierides*] Musæ.

Summa] Quasi dicat ultimam manum.

799 *Adjunxerit*] Dicit istud, quia commune cum Hercule templum habuerunt Musæ, quod Herculis Musarum dictum, atque ultimo Junii die reparatum.

800 *Cui dedit*] Hercules est, scilicet.

801 *Clio*] Quæ una ex Musis.

Philippi] Hic Augusti fuit vitricus, qui a Fulvio Nobiliore primum positum templum vetustate collapsum restituit.

802 *Marcia*] Hæc illa est eadem de qua in epistolis de Ponto, quæ Maximo nupsit, atque Nasonis nostri conjugem in carissimis habuit.

803 *Sacrifico*] Quia Pompilii religiosissimi viri nepos, parique ingenio.

Anco] Martio, quarto Romanorum rege.

t Clio: doctæ assensere sorores.
Alcides, increpuitque lyram.

doctæ annuerunt: Hercules approbavit, et pulsavit lyram.

06 In Francof. erat ascriptum: 'Hæc adulterina sunt:' nam m dixerat, et ita censebant Broeckhusius et Burm.—812 *Lyram* it ex Ursin. Sa. et tribus aliis pro vulg. *lyra.*

NOTÆ

Martio Philippo, scilic. m Acciam Augusti ma- n duxisset, Cæsaris ma- conjugem habuit.

812 *Alcides*] Hercules.
Increpuit] In testimonium applausus.

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBRI QUINQUE.

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER I.

ELEGIA I.

ARGUMENTUM.

Per Prosopopœiam exul et infelix Poëta librum suum admonet, ut e Scythia ad Urbem profecturus, eo habitu accedat, quo exules utuntur: mandatque quid velit responderi sciscitantibus, quid ipse agat. Docet simul quomodo se excuset, si forte carmina hæc minora videbuntur ejus ingenio. Postremo jubet, ut Palatium evitet, unde fulmen emissum in se fuisse commemorat.

Parve, (nec invideo,) sine me, Liber, ibis in Urbem:
(Hei mihi!) quo domino non licet ire tuo.
Vade, sed incultus; qualem decet exulis esse.
Infelix, habitum temporis hujus habe.

Hei mihi! Libelle, proficisceris in Urbem sine me, (neque æmulor,) quo non conceditur vadere domino tuo. Discedito, sed neglectus, qualem decet esse libellum *profugi. Miser, indue habitum hujus temporis. Neque vaccinia tegant te succo*

2 *Quo* est in quibusdam Codd. alii *quod*, vel *cum*.—5 *Fuco* Heins. recepit

NOTÆ

Tristium] Quia a tristi atque exule Poëta conscripti; materiamque habent tristem.

1 *Liber*] Hunc primum intellige; siquidem et in sequentibus Poëtam audies ad alios libros verba facientem.

3 *Decet*] Habita ratione status,

Nec te purpureo velent vaccinia fuco:
  Non est conveniens luctibus ille color.
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur:
  Candida nec nigra cornua fronte geras.
Felices ornent hæc instrumenta libellos:
  Fortunæ memorem te decet esse meæ.
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes,
  Hirsutus passis ut videare comis.

purpureo: iste color non est congruus mœroribus. Neque titulus inficiatur minio, neque papyrus cedro: neque feras cornua alba fronte atra. Hæc ornamenta decorent libellos beatos. Te decet non esse oblitum mei infortunii. Neque duplices paginæ lævigentur fragili pumice, ut videaris hispidus capillis sparsis. Neve

---

ex Pol. Hamburg. V. et aliis pro vulg. *succo*.—7 Ro. *chart. notentur*; venuste, judice Heins. et in uno Med. pro diversa lectione *ligetur* pro *linatur*.—12 *Sparsis* vulg. at '*passis* editiones antiquæ et inter scriptos codices multi; probe: nihil frequentius occurrit apud Nasonem: Hafniensis, *comas*, pro diversa lectione: ut usitato Græcismo videatur reponendum, *Hirsutus passas ut videare comas*. mox etiam *sentiet* meliores.' *Heins. Ne videare* volebat

NOTÆ

scilicet; atque commiserationis movendæ causa.

4 *Hujus*] Quo non sine luctu maximo, Tomis, longissime a patria, inter barbarorum barbaros, vitam suam Naso trahebat. Quanquam autem in primis exilii causam prudentissime dissimulat, nullus dubito quin propter Juliæ amores illuc ab Augusto ablegatus fuerit.

5 *Vaccinia*] Violas esse purpurei coloris scribit Servius: Plinius fruticem in Gallia purpureum. Volunt nonnulli baccas esse nigras lignstri, quæ etiam scriptorio atramento inserviunt. Alii mora agrestia, quorum quidem succus purpureus. Salmasius Hyacinthum esse credidit qui Iris et Gladiolus dicitur. Nihil certi video.

Fuco] Quo libri tegmen infectum esset.

7 *Minio*] Minium pigmentum est seu color factitius, cinnabari non absimilis, ex Hispania primum allatus; quo inscriptiones seu titulos decorare consueverant.

Cedro] Cedri succo aut oleo liniri chartas, diuturnitatis et conservationis a carie, et odoris ergo, testatur Plinius.

8 *Cornua*] Cylindri seu bacilli teretis extrema dicit quæ libro circumvoluto superne atque inferne eminebant; auroque, et argento, vel etiam aliis rebus decorabant. Scribebant enim veteres in altera tantum paginarum facie, ad cujus partem infimam cedrinum, eburneum, aut ex ejusmodi materia bacillum illum agglutinabant. Umbilicum autem quod plicato volumine esset medius dictum volnerunt.

Fronte] Pagina, quæ ideo nigra quod luctus indicia haberet.

9 *Instrumenta*] Ornamenta dicit.

11 *Geminæ*] Interior et exterior.

Pumice] Eo lapide in expolienda

Neve liturarum pudeat. Qui viderit illas,
De lacrymis factas sentiet esse meis.
Fade, Liber, verbisque meis loca grata saluta.
Contingam certe quo licet illa pede.
Si quis, ut in populo, nostri non immemor illic,
Si quis, qui, quid agam, forte requirat, erit;
Vivere me dices, salvum tamen esse negabis:
Id quoque, quod vivam, munus habere Dei.
Atque ita te tacitus, quærenti plura, legendum,
Ne, quod non opus est, forte loquare, dabis.

ideat liturarum. Qui illas aspexerit, cognoscet esse factas meis lacrymis. Proscere, Liber, atque impertire salute meo nomine loca placentia. Sane tangam e quo pede conceditur. Si quis illic, ut in turba, non erit oblitus nostri, si quis, si forte petat quid faciam, dices me superstitem esse; negabis tamen valere: atque bere etiam id Dei beneficio, quod vita fruar. Tum tacitus te sic præbebis legenm sciscitanti plura, ne forte effutias quæ non est utile. Continuo lector admoni-

onza.—14 *Sentiet* Fragm. Revii, Be. et septem alii; vulg. *sentiat*.—16 Alii liti et scripti *quolibet ill*.—17 Multi *imm. extat;* duo cum pr. Ed. *illi;* vulg. *e:* Heins. corr. *illic*.—18 Pro *Si quis* Heins. censet *Civis* reponendum esse: al. habet *Et si, qui*. Deinde *requirat* castigatiores; vulg. *requiret*.—19 Pr. d. et duo scripti *me dicas*. Tum Excerpt. Voss. Be. et tres alii *sanum tam*. mox V. *ess. negato*.—21. 22 Vulgata lectio ab editione Burm. sic variat: *tq. i. tu t. q. plura; legendum Ne, quod* [vel *quæ*] *n. o. est f. l. cave;* ex qua, ut . Heins. videtur, Ciofanus optime fecit: *Atq. i. t. t. q. plura, legendum Ne od n. o. e. f. l. cave:* Heins. putat *Atq. i. te cautus q. plura legendum, Ne, od n. sit opus, f. loquare, dato;* nam plerique scripti *te;* Cod. Barberinus noscit *cautus;* et plurimi habent *quod:* primæ Edd. *Ne quod opus non est*. urm. vero putat *tacitus* esse retinendum; nam etsi loquentem induceret oëta librum, recte tamen *tacitus* dici censet, cum illa vox sæpe notet, sine bitris, sine teste; ut mox vs. 29. Suam lectionem Burm. sic interpretar; Deinde, si plura quis quærat, tu tacebis; sed dabis te legendum, ne rte loquaris, quod non opus est; id est, quod nocere potest tibi et mihi.—

NOTÆ

artis utebantur, ut et elegantiores ad scribendum aptiores: namque peritas cum retardat stylum, tum lam visu fœda.

15 *Loca*] Propter homines præsern amicos, puellas, &c.

16 *Quo*] Carminum suorum in Urm adventu aliquo modo sibi videir Naso Romam appellere: neque mere.

17 *Ut in populo*] Ut fieri solet in agna hominum frequentia.

20 *Dei*] Augusti Cæsaris: namque eo usque processit assentatio et vesania.

21 *Tacitus*] Hanc vocem ex vulgatis, quam removerat clar. Heinsius, huc retraxi; quippe quæ apprime ad scopum spectet, atque sequentibus respondeat, 'ne forte loquare.' Neque dubito quin ab judicio bene paratum virum assentientem habeam, postquam animum adverterit. Scilicet Nasonis liber ejus est nuntius, qui plura neque proferre neque scire debet quam quæ imperata sunt. Nu-

dmonitus repetet mea crimina lector;
ar populi publicus ore reus.
, defendas, quamvis mordebere dictis.
atrocinio non bona pejor erit.
liquem, qui me suspiret ademtum,
nec siccis perlegat ista genis:
secum, ne quis malus audiat, optet,
lenito Cæsare, pœna minor.
e, quisquis erit, ne sit miser ille, precamur,
misero qui volet esse Deos:
olet, rata sint; ablataque Principis ira
in patriis det mihi posse mori.

r meorum errorum; et palam arguar ore populi. Atque fuge agere quanquam lacesseris verbis. Causa non vincibilis erit pejor defen- es nonnullos, qui doleant quod sublatus sim; neque evolvant istos ridis; atque taciti, ne quis iniquus accipiat, voveant secreto ut meum levius, Cæsare placato. Nos etiam, quisquis ille erit qui cupiet os mihi *misero, oramus ne sit infelix; et quæ volet sint firma, atque edata concedat mihi posse obire in ædibus paternis. Cum exequeris*

---

r *Forsitan admon.* Tum tres libri *repetat mea:* et quidam vett.

Ut peragas mandata, Liber, culpabere forsan;
  Ingeniique minor laude ferere mei.
Judicis officium est, ut res, ita tempora rerum
  Quærere. Quæsito tempore tutus eris.
Carmina proveniunt animo deducta sereno:
  Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis et otia quærunt:
  Me mare, me venti, me fera jactat hyems.
Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem
  Hæsurum jugulo jam puto jamque meo.
Hæc quoque quod facio, judex mirabitur æquus;
  Scriptaque cum venia qualiacumque leget.
Da mihi Mæoniden, et tot circumspice casus;
  Ingenium tantis excidet omne malis.

jussa, Liber, forte argueris, et diceris inferior laude mei ingenii. Est judicis exquirere, ut res, ita tempora rerum. Habita ratione temporis, securus eris. Versus fluunt deducti mente serena: tempora nostra sunt obnubilata malis repentinis. Versus amant secretum et pacem scribentis: pontus, et venti, et sæva tempestas me agitat. Omnis timor procul esse debet a versibus: ego miser jam jamque arbitror gladium infixum iri faucibus meis. Judex integer mirabitur etiam quod hos scribam; et leget eum indulgentia qualiacumque scripta. Præbe mihi Mæoniden, et circumspice tot infortunia; omne ingenium retundetur tantis malis. Denique,

39 Pal. *anim. dictata ser.*—40 Be. *Sunt solitis.* Tum pro *tempora* Heins. malebat *pectora:* Burm. vero contra libros nil mutare vellet; præterea Cicero et alii millies ‘ tempora ’ ponunt pro statu rerum, in quo quis versatur. Quinque libri *carmina nostra;* Pal. *tempora facta.*—43 *Obest* legebat Francius [pro *abest:*] ego nihil muto; oppositio enim melius procedit vulgatæ lectioni. *Burm. Sec.*—44 Pal. *jamque mori.*—45 Alii *Hoc* pro *Hæc.* Jun. et Mor. *Hæc*

NOTÆ

36 *Minor*] Quia minus elegans stylus, &c. Quod tamen secus est: nam certe nemini, cui mens sana fuerit, hæc sese non probaverint opuscula.

37 *Res*] Quæ sine adjunctis aut circumstantibus nunquam satis judici apparet.

Tempora] Ille vero maxime excusandus, cui neque spatium neque opportunitas concessa aliquid præstandi; aliis atque aliis urgentibus curis districtus.

39 *Sereno*] Turbido enim minus perspicue quid rerum agatur appareat: ut mirum sit eo ingenii vigore valuisse Poëtam, qui per tam asperam tempestatem hæc quæ scripsit perspicere potuerit.

40 *Nubila*] Quia gravissimis malis per exilium urgebatur.

43 *Hyems*] Vel tempestatem intelligit, siquidem hic liber in itinere scriptus fuit, vel allegorice fortunæ iniquitatem arguit.

43 *Abest*] Abesse debet: namque alio distracta cura minima illa nequit expendere quæ ad legitimos versus requiruntur.

Ensem] Vel ab inimicis exulem persequentibus, vel a Scythis, qui maxime barbari, immissum.

47 *Mæoniden*] Homerum: de quo

Denique securus famæ, Liber, ire memento;
  Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.
Non ita se nobis præbet Fortuna secundam,
  Ut tibi sit ratio laudis habenda tuæ.
Donec eram sospes, tituli tangebar amore;
  Quærendique mihi nominis ardor erat.
Carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi,
  Sit satis: ingenio sic fuga parta meo.
I tamen, i, pro me tu, cui licet, aspice Romam.
  Di facerent, possem nunc meus esse liber.
Nec te, quod venias magnam peregrinus in Urbem,
  Ignotum populo posse venire puta.
Ut titulo careas, ipso noscere colore:
  Dissimulare velis, te liquet esse meum.
Clam tamen intrato; ne te mea carmina lædant.
  Non sunt, ut quondam plena favoris erant.

Liber, memento incedere haud quaquam famæ anxius: neque te lectum pudeat displicuisse. Fortuna non ita se dat nobis propitiam, ut tibi sit curanda laus tua. Quamdiu incolumis fui, motus sum desiderio laudis, et vehementer cupivi comparare famam. Sit satis, quod nunc non odio habeo versus, et studium quod nocuit; eo modo paratum est exilium arte mea. Proficiscere tamen, tu, cui conceditur, proficiscere Romam pro me. Dii annuerent, possem nunc esse meus liber. Neque arbitrare te posse venire ignotum populo, quia hospes accedis ad ingentem Urbem. Quamvis careas titulo, cognosceris ipso colore; tametsi velis fingere te non esse meum. Furtim tamen accede, ne mei versus tibi obsint. Non sunt pleni gratiæ,

---

ego quod.—47 Heins. conj. *tot circumjice cas.* et Burm. *circuminspice.*—51 Duo libri *nob. præstat F.* Mox in Pr. Ed. erat *F. feram*, quod Heins. conjiciebat pro *serenam:* Pal. *secunda.*—52 Be. P. et quinque alii *Ut mihi sit.*—53 Be. *titulis t. amoris:* Jun. et tres alii *tituli t. honore.*—55 In nonnullis editis *Cæm. nunc simulo stud.*—56 Sic Burm. emendat: in aliis legebatur *Sit satis ingenio quod f. p. meo est:* alii *Sit satis, ingenio nec f. p. m.* Pal. etiam *si f.*—57 Alii *Tu tamen i;* vel *Tu tamen et;* vel *I nunc, et.*—58 *Possem nunc* Heins. recepit ex melioribus pro vulg. *posses non.*—59 Bonon. et Pat. *qui* pro *quod.* Tum *venies*, judice Heins. præstiterit.—60 Servii Cod. *ven. puto:* Burm. conj. *putem.*—62 *Liquet* ex Fr. et aliis nonnullis: ceteri *licet.*—63 Mor. et Fragm. Rev. *mea crimina lædent.*—64 Servii Cod. *Carmina quæ quond.* alius *Non nunc*

NOTÆ

in Arte. Nequidem illum Poëtarum principem in tantis ærumnis bonos posse versus diducere innuit noster.

52 *Habenda*] Negliguntur minora mala, cum majora urgent.

55 *Obfuit*] Propter Amorum libros sese patria pulsum fingit.

56 *Sit satis*] Multum sese in carminum gratiam dicit præstare, quod in totum non oderit; quandoquidem propter illa tam longe ablegatus fuerit.

Sic] Scribendo versus.

61 *Colore*] Nigro atque lugubri;

Si quis erit, qui te, quia sis meus, esse legendum
  Non putet, e gremio rejiciatque suo;
Inspice, dic, titulum: non sum præceptor Amoris:
  Quas meruit, pœnas jam dedit illud opus.
Forsitan expectes, ut in alta palatia missum
  Scandere te jubeam, Cæsareamque domum.
Ignoscant augusta mihi loca, Dique locorum.
  Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.
Esse quidem memini mitissima sedibus illis
  Numina: sed timeo, qui nocuere, Deos.
Terretur minimo pennæ stridore columba,
  Unguibus, accipiter, saucia facta tuis.
Nec procul a stabulis audet secedere, si qua
  Excussa est avidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum Phaëthon, si viveret; et quos
  Optarat stulte, tangere nollet equos.

ut olim erant. Si quis erit, qui arbitretur, te non esse inspiciendum, quia sis meus, atque repellat ex sinu suo, Intuere, dic, titulum, non sum doctor Amoris. Illud opus jam mulctatum est pœna qua dignum fuit. Forte expectes, an jubeam te dimissum ascendere in excelsa Palatia, et sedes Cæsaris. Loca augusta mihi parcant, cum Diis locorum: fulmen missum est in meum caput ab illa arce. Recordor equidem Deos lenissimos esse in illis ædibus; verum metuo Deos qui obfuerunt. Columba vulnerata tuis unguibus, Accipiter, trepidat ad levissimum strepitum alæ. Neque agna, si qua est correpta dentibus rapacis lupi, audet longius abire a stabulis. Phaëton fugeret cælum, si superstes esset; neque vellet tangere equos, quos incaute

---

ut quond.—65 *Quia* meliores, teste Heins. alii cum vulg. *quod.*—66 P. et alius *prejiciatque;* Mor. *prejiciêtq.* Fragm. Jun. *ejiciatq.*—68 Fragm. Rev. *Quas meruí, pœn.* Deinde *ded. ille liber* Mor.—69 *Ut* ex Jun. placet Heins. præ vulg. *an.*—75 Unus Heins. *Terr. minimæ penn.*—77 Pro *secedere,* alii *discedere,* vel *decedere.* Ex vett. Heins. reposuit *qua* pro vulg. *quæ.*—80 Alii *Optavit* vel

NOTÆ

sicut et versuum charactere.

67 *Inspice*] Verba sunt quibus Liber obvium quemvis qui sese rejiciat ad legendum hortari debeat.

Præceptor] Qualem sese in libris præsertim de Arte amandi præbuit Naso.

69 *Palatia*] Quæ splendida domus fuit in Palatino monte ab Augusto excitata: de qua jam sæpius in aliis libris.

71 *Dique*] Augustum intelligit præsertim, qui vivens divinos meruit honores; uti quidem visum impiis adulatoribus. Huic adde Tiberium, Germanicum, et totam Cæsarum familiam.

72 *Fulmen*] De exilio suo loquitur, quo ab Augusto, quasi fulmine, proturbatus.

73 *Mitissima*] Augusti clementiam magis insuper laudabit in sequentibus.

79 *Phaëthon*] Qui Solis filius ex

Me quoque, quæ sensi, fateor Jovis arma timere:
Me reor infesto, cum tonat, igne peti.
Quicumque Argolica de classe Capharea fugit;
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.
Et mea cymba, semel vasta percussa procella,
Illum, quo læsa est, horret adire locum.
Ergo, care Liber, timida circumspice mente;
Et satis a media sit tibi plebe legi.
Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icariis nomina fecit aquis.
Difficile est tamen, hic remis utaris an aura,
Dicere: consilium resque locusque dabunt.

cupiverat. Agnosco me etiam metuere arma Jovis, quæ sensi: puto me peti flamma infensa, cum tonat. Quisquis ex classe Græca vitavit Caphareum, deflectit semper lintea ab aquis Euboicis. Mea etiam navis semel impulsa ingenti procella, refugit accedere ad locum in quo afflicta est. Adeoque, dilecte Liber, circumspice animo pavido; et tibi satis sit legi a turba sortis mediæ. Dum Icarus nititur in excelsa pennis debilibus, dedit nomen fluctibus Icariis. Difficile est tamen dicere hic utaris remis an ventis. Res et locus ostendent quid opus sit facto. Si poteris offerri

---

Optaret. Mox pro ***tangere*** Fragm. Boxhorn. ***jungere.***—81 Quinque libri ***qui*** pro ***quæ:*** et Servii Cod. ***arm. cavere.***—82 Tres libri ***ign. premi.***—85 V. ***vast. perculsa procell.***—87 Vulg. edebatur ***Ergo cave, Liber, et timid.*** ' Redde suos numeros Nasoni, et scribe, vel invitis membranis, ***Ergo*** age, ***care Liber, timid.***' Heins. Combianus Cod. ***Ergo, care Liber, timid.*** quod nec damnat Heins. putat etiam posse reponi ***caute Liber.***—88 ***Et*** scribendum putat Heins. pro vulg. ***Ut:*** Comb. Cod. et Boxhorn. Fragm. ***Non;*** Heins. conj. pro ***Num:*** octo alii ***An;*** unus ***Quod.*** Deinde pro ***a*** alii ***e*** vel ***in.***—90 Olim legebatur ***Icarias nomine f. aquas:*** Heins. ex Mor. suadet ***Icariis nomina...aquis;*** et sic Ed. Gryph. septem vett. ***æquoreas...aquas;*** unde Politianus ***æquoreis nomina f. aquis;*** et sic Voss. pro var. lect. Sed cum in uno V. ***signat aquas*** Heins. offenderit, id pro vera amplecti lectione non dubitat. Burm. exemplis ex Ovidio aliisque prolatis ***fecit*** defendit.—91 Pro ***hic*** alii ***hinc.*** Quidam etiam ***in aura:*** sed ex Cod. Servii Heins. sic scribere velit, ***Difficile est remis tamen***

NOTÆ

ejus excussus currru, quem per ambitiosam temeritatem regere aggressus est.

80 *Equos*] Solis, scilicet, qui illius currum trahere finguntur: de quibus in Metam.

81 *Jovis*] De Augusto loquitur.

83 *Capharea*] Fuit Caphareus Euboæam promontorium, ex quo Nauplius rex insulæ, Palamedis filii injustam necem ulturus, faces quas portus fidem facerent Troja redeuntibus Græcis ostentavit, ut illi in scopulos impingerent. Quæ res ex voto Nauplio accidit.

90 *Icarus*] Qui Dædali filius, cum, neglecto patris præcepto, altius volare concupisset, liquefactis alarum ceris in mare cecidit, cui et nomen dedit. Verum prolixe de eo in præcedentibus.

91 *Remis*] Hac præcipue gratia

Si poteris vacuo tradi; si cuncta videbis
  Mitia; si vires fregerit ira suas;
Si quis erit, qui te dubitantem et adire timentem
  Tradat, et ante tamen pauca loquatur; adi.
Luce bona, dominoque tuo felicior ipse
  Pervenias illuc; et mala nostra leves.
Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
  Solus Achilleo tollere more potest.
Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto:
  Nam spes est animi nostra timore minor.

otioso; si aspicies omnia lenia; si ira minuerit vires suas; si quis erit qui introducat te hæsitantem, et verentem accedere, et tamen ante pauca dicat; accede. Fausta die, et ipse beatior tuo domino, illuc accedas, et minuas nostras arumnas. Namque vel nullus, vel qui mihi impegit plagam potest conglutinare eam, more Achilleo. Prospice tantum ne officias, dum vis juvare; nam spes nostra est minor

---

hic u. an ala D. Sed dubitat Burm. an ' ala' simpliciter pro velo dici posset, cum semper addant Poëtæ ' velorum alas:' præterea vulgata lectio satis elegans ei videtur.—95 Jun. Leid. Be. quatuor et alii *adir. volentem.*—96 Francius pro *et* volebat *ut:* quidam legunt *at;* et *locutus* pro *loquatur:* D. Heins. in parenthesi constituit *at...locutus.*—97 *Ipse* Servii, Mor. et tres alii; multi etiam *ipso.*—100 Comb. Cod. *A. pellere mor.*—101 Pro *videto* duo libri *caveto;* plurimi *memento.*—102 Merula cum nonnullis vett. legebat *spes est*

NOTÆ

hos libros conscripsit Naso, ut Augusti iram leniret, atque in Urbem, si liceret, reverteretur. Dubius autem hærebat magisne ex voto res procederet reditum suum solicite procurando, an vero patienter opportunitatem expectando, postquam tempore Imperatoris lenitus animus esset. Illud est quod jam allegorice significat: neque placent quæcumque in hunc locum ab aliis allata, ex iis saltem quæ oculis subjecta sunt.

93 *Vacuo*] Namque ille qui re aliqua animum habet maxime occupatum ad alia vocari inique patitur. Quod sedulo iis advertendum qui magna ad Principes procurant.

95 *Timentem*] Ingeniosissime istud; neque quicquam magis ad leniendum animum conferre potest, quam hujusmodi timor. Apud cordatos nihil probatione opus habet quod dico: ceteros nolim admonuisse.

96 *Pauca*] In tuam gratiam, scil. quæque præsertim metum, de quo modo dixi, latenter et caute insinuent.

100 *Solus*] Quam callida est hæc adulatio, quamque apta ad Augusti leniendum animum!

Achillæ] Achilles nempe eadem hasta qua Telephum Herculis filium vulneraverat, reconciliatus sanavit: ut in Amoris remedio vidimus.

101 *Ne noceas*] Maxime cavere se testatur Cicero, cum cujuspiam causam defenderet, ne imprudens contra eum quicquam diceret. Quæ cautio quanta sit, illis censendum relinquo qui experti sunt; namque aliis vix unquam satis inculcari possit. Optime dicunt nostri, *A fores de vouloir*

Quæque quiescebat, ne mota resæviat ira,
  Et pœnæ tu sis altera causa, cave.
Cum tamen in nostrum fueris penetrale receptus,
  Contigerisque tuam, scrinia curva, domum;
Aspicies illic positos ex ordine fratres,
  Quos studium cunctos evigilavit idem.
Cetera turba palam titulos ostendet apertos;
  Et sua detecta nomina fronte geret.
Tres procul obscura latitantes parte videbis:
  Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.
Hos tu vel fugias, vel, si satis oris habebis,
  Œdipodas facito Telegonosque voces.

metu mentis. Atque cave, ne ira quæ erat composita, provocata exardescat, et tu sis altera causa supplicii. Cum tamen subieris nostrum secretiorem secessum, et tetigeris, scrinia cava, tuas sedes; videbis illic fratres sitos ex ordine, quos omnes eadem cura absolvit. Reliquum agmen aperte exhibebit titulos detectos, et habebit sua nomina in fronte nuda. Aspicies tres procul sese occultantes in loco obscuro: Isti etiam, ut omnes sciunt, docent amare. Vel tu hos vites, vel si satis audens eris,

animo nostr. Heins. conj. *est magno*, vel *est omni*, vel *exanimi*.—104 Fragm. Rev. Be. et octo alii cum pr. Ed. *pœn. ne sis*. Mox Voss. Excerpt. *caus. meæ*.—105 Olim volebat Heins. *in notum fuer*. V. et Barb. *vestrum*.—106 *Curva* meliores, et sic vulgati: Heins. placebat olim *curta* reponi; sed postea nil mutavit: Lib. Aldinus et V. *parva*.—109 *Ostendet* Heins. rescripsit ex V. et sex aliis melioribus pro vulg. *ostendit*.—110 V. Pal. opt. et multi alii meliores *geret*; vulg. *gerit*: alii *gerunt* et *gerent*: Leid. *ferent*; Jun. *feret*.—112 Faber corrigendum censet *Hos, qui quod*: vulgata magis Burm. placebat; qui tamen conj. *Hic*, vel *Sic quoque*. In uno Mor. erat *Hi tres quod*; et in Servii Cod. *Hi qui*.—113 Heins. malit *Quos tu*.—114 Alii *Telegonasq*.—115 Alii *si qua est tibi*.

NOTÆ

bien faire, on ne fait souvent rien qui vaille. Quid quod eo plerique sunt ingenio, ut quo meliores sunt rationes et ad rem aptiores, eo magis illas contemnunt atque respuunt? Id nuper expertus sum ego, qui stultissime apud invidos, quos tamen eos esse nescivi, optima certe (namque erant) non sine aliquo dedecore exposui. Nudari sibi pudenda arbitrantur quicumque virtutis expertes aliquid de alienis bonis audiunt. Illud in mentem venire mihi debuisset: neque mea proculcanda objecissem.

105 *Penetrale*] Domus suæ secretiores partes dicit.

107 *Fratres*] Libros dicit a Nasone conscriptos.

109 *Turba*] Librorum copia.

111 *Tres*] Illos dicit quibus artem amandi docuit; sicut et alii docuerant.

114 *Œdipodas*] Œdipo similes, qui Laium patrem Thebanorum regem, quanquam nescius illum esse, occidit.

Telegonos] Quia etiam Telegonus Ulyssis et Circes filius insciens patrem interfecit. Quam grave autem Poëtæ fuerit suum exilium ex eo patet quod morti æquiparat.

Deque tribus, moneo, si quæ tibi cura parentis,
  Ne quenquam, quamvis ipse docebit, ames.
Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ,
  Nuper ab exequiis carmina rapta meis:
His mando dicas, inter mutata referri
  Fortunæ vultum corpora posse meæ.
Namque ea dissimilis subito est effecta priori:
  Flendaque nunc, aliquo tempore læta fuit.
Plura quidem mandare tibi, si quæris, habebam;
  Sed vereor tardæ causa fuisse moræ.
Quod si, quæ subeunt, tecum, Liber, omnia ferres,
  Sarcina laturo magna futurus eras.
Longa via est: propera. Nobis habitabitur orbis
  Ultimus, a terra terra remota mea.

fac appelles Œdipodas, et Telegonos. Et, si aliquis est tibi amor patriæ, hortor ne quenquam diligas ex tribus, tametsi ipse docebit. Sunt etiam quindecim volumina Metamorphosis, versus nuper rapti ex funere meo: hortor ut his dicas faciem fortunæ meæ posse recenseri inter corpora transformata. Namque ea est repente reddita dissimilis præcedenti; et nunc lugenda aliquando læta fuit. Si exquiris, habebam equidem plura tibi imperanda; sed metuo causa esse lentæ cunctationis. Quod si, Liber, cuncta portares tecum quæ occurrunt animo, esses magnum onus illi qui te *ferret. Iter longum est; festina. Extrema pars mundi, tellus dissita a tellure mea, a nobis incoletur.*

Be. *si sit tibi.* Tum Lov. *cur. precantis.*—120 Be. *vult. posse referre meæ.*—121 Hamburg. *Nam quæ diss.*—122 Pro *aliquo* Heins. malebat *alio.* Tum Leid. et duo alii *temp. grata fu.*—124 Pol. V. et Ro. *fuiss. viæ.*—125 *Quod* pro vulg. *Sed* ex uno Med. et Ha. recepit Heins. multi editi et scripti *Et.*—126 Pro *laturo* opt. Vatic. Polit. Palat. et quatuor alii *latori;* nescio an satis Latine pro Augusti sæculo. Sueton. tamen in Caligula 'latorem' pro tabellario dixit. *Heins.*—127 Be. *Long. mora est.*—128 *Tua est* Liber Servii. Lege, *a terra...tua,* quo tu properas: nisi τὸ *patria* excidit; *a patria terra remota mea;* quod verum puto: nam suam terram Pontum vocat alibi non semel. *Heins.* Zinzerl. Promul. cap. 51. *mea est;* et ita Be. et plures alii.

NOTÆ

117 *Volumina*] Tot habemus etiam Metamorphoseon libros.

118 *Exequiis*] Exilio: ut eo quasi ad rogum efferri visus sit Poëta.

119 *Mutata*] Minor est mutatio corporis humani in lapidem, quam felicis hominis in miserum.

128 *Ultimus*] Invidiose; quanquam certe longe tamen a Patria Roma Tomi.

ELEGIA II.

ARGUMENTUM.

In exilium proficiscens Poëta, jubente Augusto, deprehensusque in medio mari, fluctibusque pæne obrutus, Deos precatur, ut ipsi saltem ignoscant, nec cum Cæsare ipsum funditus perdant. Probatque multis exemplis posse eos id facere. Describit deinde tempestatem: tum Deos precatur, ut se incolumem ad Tomitas perducant.

Di maris et cœli, (quid enim nisi vota supersunt?)
  Solvere quassatæ parcite membra ratis:
Neve, precor, magni subscribite Cæsaris iræ.
  Sæpe, premente Deo, fert Deus alter opem.
Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo:
  Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua, fuit.
Oderat Æneam propior Saturnia Turno;
  Ille tamen Veneris numine tutus erat.

Dii maris et cœli, (quid enim nisi preces restant?) nolite disjungere partes navis afflictæ. Neu, quæso, facite cum ira Cæsaris: sæpe Deo aliquo urgente alius Deus adest in auxilium. Vulcanus nitebatur adversus Trojam, Apollo favebat Trojæ: Venus fuit propitia Trojanis, Pallas infensa. Saturnia, æquior Turno, habebat Æneam odio: ille tamen erat securus potentia Veneris. Sæpe Neptunus atrox in-

2 Serv. *parc. vela rat.*—3 Pro *magni* Jun. et duodecim alii cum Gryph. aliisque Edd. *magnæ*. Tum *subsidite* olim Barb. *succumbite* Comb. et *subscribite iram* Mor.—5 Quatuor scripti *Mulcifer in Troj.* Jun. et unus R. *Jupiter*.

NOTÆ

1 *Maris*] In quibus Neptunus, Nereus, Oceanus, Glaucus, &c.

Cœli] Jupiter, Apollo, Mercurius, &c.

4 *Fert*] Ridiculum equidem, Deos sibi invicem oppositos! Ceterum ita attemperatæ sunt tamen veri Dei virtutes inter se, ut neque pereant omnes quos justitia male perdere festinat. Præsidium nobis adversus illam paravit misericordia, modo ne ad extremum iram solicitemus. Pœnitenti omnia sunt concessa.

5 *Mulciber*] Vulcanus seu ignis ferrum mulcens.

Apollo] Quippe qui cum Neptuno ejus urbis posuerat mœnia: quanquam hic morosior adversus Trojanos maxime fuit.

6 *Pallas*] Ipsa Venus Æn. II. a vs. 610. Æneæ suo Palladem, Junonem, Neptunum, Jovem ipsum ostendit Urbem Trojam eruentes.

7 *Saturnia*] Juno Saturni filia Turno

Sæpe ferox cautum petiit Neptunus Ulixem :
  Eripuit patruo sæpe Minerva suo.
Et nobis aliquod, quamvis distamus ab illis,
  Quid vetat irato numen adesse Deo ?
Verba miser frustra non proficientia perdo :
  Ipsa graves spargunt ora loquentis aquæ :
Terribilisque Notus jactat mea dicta ; precesque,
  Ad quos mittuntur, non sinit ire Deos.
Ergo idem venti, ne causa lædar in una,
  Velaque nescio quo, votaque nostra ferunt ?
Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum !
  Jam jam tacturos sidera summa putes.
Quantæ diducto subsidunt æquore valles !
  Jam jam tacturas Tartara nigra putes.
Quocumque aspicias, nihil est nisi pontus et aër,
  Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

vasit callidum Ulyssem : Minerva abstulit sæpe eum *patruo suo. Quid etiam prohibet, quanquam inferiores sumus illis,* aliquem *Deum nobis favere, Deo* Augusto *irato ? Infelix nequicquam perdo voces inutiles : aquæ graves insiliunt in ipsa ora loquentis. Et Auster furens aufert mea verba ; neque patitur mea vota pervenire ad Deos,* ad *quos diriguntur. Ergo iidem venti, ne offendar una causa, rapiunt nostras preces et nostra carbasa nescio quo. Me infelicem, quantæ moles aquarum tolluntur ! Jamjam credas* illas *tacturas supremæ astra. Quantæ valles subsidunt mari distracto ! Jam jam credas tacturas atra Tartara. Quocumque oculos vertas, nihil est nisi mare et aër ; illud minax undis elatis, hic nubibus. Venti sonant*

—8 Fragm. Rev. *Ill. quidem* V. Tum alii *munere tut.*—10 Unus liber *patr. custa M.*—11 Be. Jun. et Mor. *nob. aliquid quamv.* Tum alius *distemus :* et Be. *ab illa.*—12 V. *Quis vetet ir.* alius *Quis neget.*—13 Jun. et multi alii *prof. prodo.*—15 *Dicta* ex Pol. et octo aliis Heins. recepit pro vulg. *verba.* Cod. Voss. *mea vota precesque,* ut sæpe vota et preces junguntur. ' Posset et legi cum Juniano et alio *mea vela, precesq. &c.* quod conveniret sequentibus ' velaque' et ' vota.' *Burm.*—19 Ut respondeat sequenti ' subsidunt' mallem hic *tolluntur* [pro *volvuntur*] ; sed non addicunt Mss. Codd.' *Burm.*—21 *Deducto* vel *diducto* plurimi scripti ; editi fere omnes *diducto ;* nonnulli autem *diductæ,* et sic Mor. unus V. et Ma. *deductæ.* Mox Leid. *æq. puppes.*—23 *Aspicias* est ex

NOTÆ

Rutulorum regi favebat.

9 *Petiit*] Quia Palamedem Neptuni nepotem proditionis titulo perdiderat ; Polyphemum filium insuper occæcaverat.

10 *Patruo*] Fuit vero Neptunus Minervæ patruus ; siquidem ipsa Jovis filia, ille Jovis frater.

Minerva] Quæ ideo Ulyssi favere dicta, quod is summa atque exquisita prudentia ad omnia se accingeret.

16 *Non sinit*] Quales fuerint illi Dii hinc conjicito.

21 *Subsidunt*] Subsidere videntur, quando diducta est aqua.

22 *Tartara*] Qui locus est Inferorum

Inter utrumque fremunt immani turbine venti,
Nescit, cui domino pareat, unda maris.
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu:
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest:
Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto:
Nunc Notus adversa prælia fronte gerit.
Rector in incerto est: nec quid fugiatve petatve
Invenit. Ambiguis ars stupet ipsa malis.
Scilicet occidimus, nec spes, nisi vana, salutis:
Dumque loquor, vultus obruit unda meos.
Opprimet hanc animam fluctus: frustraque precanti
Ore necaturas accipiemus aquas.
At pia nil aliud quam me dolet exule conjux:
Hoc unum nostri scitque gemitque mali.

Inter utrumque turbine furenti. Fluctus maris incertus est cui domino obsequatur. Nam modo Eurus sumit vires ab ortu purpureo; nunc Zephyrus instat a vespertino Hespero: nunc frigidus Aquilo furit ab Arcto arida; nunc Notus certat fronte opposita. Nauclerus dubius est; neque reperit quid sequatur aut vitet: ipsa ars attonita est ancipitibus periculis. Nimirum periimus, neque spes est salutis nisi inanis: et dum verba facio, fluctus obruit meam faciem. Unda extinguet hanc animam, et admittemus aquas nos oppressuras ore frustra orante. At pia uxor nulla alia re luget, quam quod sim exul: Novit atque queritur hoc unum nostræ ærumnæ. Ignorat

corr. Heins. Buslidianus et Comb. *aspicies;* sed vulgati *aspicio.* Ex plerisque scriptis *aër* recepit Heins. alii *æther.*—24 Pol. Pal. Hamburg. et quatuor alii *hic tumidis, nub.* '*Tumidus* nobis magis arridet, quia ita est elegantior oppositio: aër, minax nubibus; pontus, tumidus fluctibus. *Hic* vero ad remotius *pontus* referendum; ut sæpe solent veteres. *Burm.*—25 Serv. *frem. immania murmura vent.* Duodecim vett. *immani turbine.*—27 In uno V. *vir. rapit E.*—28 Jun. Z. *sacro vesp.*—30 Lov. *N. aversa pr.* P. alter *adversa...mente ger.*—32 Lov. *mens* pro *ars.* Burm. conj. *mens st. icta mal.* Gerard. Mauris. Hist. Domin. de Romano p. 2. habet *ambig. obstupet ipse mal.* sed *ars* non moveret Burm.—33 Sic Comb. 'multo numerosius.' *Heins.* Vulgati habebant *spes est ulla salut.* Legebat aliquando Heins. *spes super ulla saluti est.*—37 Fragm. Rev. *At mea nil.*—38 R. *nostr.*

NOTÆ

a Poëtis decantatus ubi sontes plectuntur.

26 *Domino*] Ut hinc in omnes partes agitatas aquas atque erutas intelligas; ex quo maximum periculum.

27 *Purpureo*] Quia rutilo apparet colore Aurora in parte cœli quæ ad ortum spectat.

29 *Sicca*] Quia, ut in præcedentibus vidimus, Arctos Helice seu Ursa in quam mutata Callisto Lycaonis filia, deinde Jovis beneficio in cœlum translata, Junonis odio expers maris, in quod nunquam recipitur. Siccum insuper dixeris, quia a parte Septentrionali venti sunt maxime sicci.

31 *Rector*] Navis, scilicet, qui ad gubernaculum sedet.

37 *At*] Solatium vero est benevoles habere nostrarum miseriarum non

Nescit in immenso jactari corpora ponto:
  Nescit agi ventis: nescit adesse necem.
Di bene, quod non sum mecum conscendere passus:
  Ne mihi mors misero bis patienda foret!
At nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo,
  Dimidia certe parte superstes ero.
Hei mihi, quam celeri micuerunt nubila flamma!
  Quantus ab æthereo personat axe fragor!
Nec levius laterum tabulæ feriuntur ab undis,
  Quam grave balistæ mœnia pulsat onus.
Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes:
  Posterior nono est, undecimoque prior.
Nec letum timeo: genus est miserabile leti:
  Demite naufragium; mors mihi munus erit.

corpus agitari in vasto mari: ignorat impelli ventis: ignorat instare mortem. Dii bene, quod non sivi ascendere mecum, ne mors mihi esset bis adeunda! At nunc, quamvis moriar, siquidem illa tuta est a discrimine, certe superstes ero dimidia parte. Hei mihi! quam rapida flamma nubes fulserunt! quantus strepitus personat a polo cœlesti! Neque asseres laterum levius verberantur a fluctibus, quam grave pondus balistæ quatit muros. Hæc unda quæ advolvitur excedit ceteras undas; est posterior nona, et prior undecima. Neque expaveo mortem, genus mortis est lugubre. Tollite naufragium; mors mihi erit donum. Est aliquid, occumbentem vel fato suo

fletque gemitq.—41 *Di bene* Heins. recepit ex novem melioribus pro vulg. *O bene*: Be. *O bene*; et mox *navem* pro *mecum*.—45 Alii *Heu mih.* Mox pro *nubila* quatuor *sidera*; unus *lumina*; codex Bernens. et Medonii *fulgura*, quod præferrem; nisi cum Excerptis Vossianis præstat legere *rubuerunt nubila*. Burm.—49 *Hic* ex vett. profert Ciofan. vulg. *hinc*: Francius volebat *huc*.—51 Alii *Non* pro *Nec*. Heins. notavit Scaligerum legisse *gen. aut miserab.*—

NOTÆ

participes quidem, sed iis commotos, qui precibus suis saltem et misericordia nos tantillum sublevent. Quanquam et illi quibus est cor maxime generosum, nequidem amicos volunt, si licet, conscios habere malorum, quibus mederi non possunt.

48 *Balistæ*] Tormenta erant aut machinæ quibus saxa gravissima in hostes aut illorum propugnacula mittebantur.

50 *Posterior*] Decimum fluctum vulgo dicunt ceteris esse majorem, decumanumque illum appellant.

51 *Nec letum*] Non credo, Naso. Usque adeo non fuisti cæcus, ut mortem contemneres. Verum hæc verba sunt; eaque perquisita.

Genus] Tum quia, ut narrat Homerus, anima ignea est, cui in aqua contrario elemento extingui admodum grave: tum quia sic morientes, cum piscium esca fiant, tumulique honore fraudentur, longis erroribus jactandi, priusquam Orco recipiantur.

Est aliquid, fatove suo ferrove cadentem
In solida moriens ponere corpus humo:
Et mandare suis aliquid, sperare sepulcra,
Et non aequoreis piscibus esse cibum.
Fingite me dignum tali nece: non ego solus
Hic vehor. Immeritos cur mea poena trahit?
Pro Superi, viridesque Dei, quibus aequora curae!
Utraque jam vestras sistite turba minas.
Quamque dedit vitam mitissima Caesaris ira,
Hanc sinite infelix in loca jussa feram.
Si, quam promerui, poenam me pendere vultis;
Culpa mea est, ipso judice, morte minor.

vel ferro, demittere corpus moriens in terra solita. Est aliquid sperare tumulos imparatos suis, neque esse praedam piscibus marinis. Posuit me esse maritum hujusmodi letum; ego non hic vehor solus: quamobrem mea poena rapiat indignos? Pro Dii Superi, atque glauci, quibus maria cura! utrumque agmen omittite jam vestras minas: atque concedite, ut *miser portem in loca praescripta hanc vitam, quam ira lenissima Caesaris indulsit. Siquidem cupitis me exsolvere poenam qua dignus sum, peccatum meum est levius morte, ipso judice. Si Caesar jam cupivisset me detur-*

53 *Ve* in utroque loco reposuit Heins. pro vulg. *que*. Deinde duo vett. *ferroque cadenti*; unde Heins. conj. *cadentis*: reliqui fere *cadendum* pro *cadentem*. —54 In plurimis *solita* pro *solida*.—55 In vulgatis *Et mand. suis aliqua et sper. sepulcrum*. At 'scripti fere omnes, *aliquid sperare*, vel, *aliquid et sperare*; tres, *aliquod*. Combianus, *aliquo*. Unus Vaticanus, *aliqua sperare sepulcra*. Scribe, *Est mandata suis aliquid sperare sepulcra*: ita et numeri, qui duriores erant, constabunt versui, et sensus.' *Heins.* Metuo ut nimis audax sit emendatio, cum sine copula recte procedat versus: *Et mandare suis aliquid, sperare sepulcra. Est non, &c.* Mandabant enim non tantum sepulcra, sed alia suprema vocibus. Vel ponet legi: *Est aliquid mandare suis, sperare sepulcrum;* ut *mandare* absolute ponatur: ita Justin. XXIV. 2. licet alio sensu: 'Itaque nec credenti mandat.' *Burm.*—58 Plurimi scripti et Edd. *Huc veh.* Be. *Hinc;* Burm. conj. *Hac*, scil. navi.—60 Be. *turb. manus.*—61 Unus Heins. *vit. justissima C.*—62 P. *ad* pro *in*: et Leid. *in l. j. trahem.*—63 Vulg. legebatur *Si quoniam merui poenam, me perdere v.* '*Pendere* unus Mediceus pro diversa lectione; Rottendorphianus, *prendere*. Praeterea prim. editio et duo scripti, *si quam promerui; sex, si quoque quam merui*; totidem, *quamquam merui*; opt. Vatican. *si merui poenam quamquam*; duo, *quia quam merui*; alia veterrima editio, *quia commerui*. Scribe: *Si, quam commerui, poenam me pendere vultis.* Trist. II. 4. '*An semel est poenam commeruisse parum?*' 'Pendere poenam' familiaris locutio Nasoni; Fast. III. 845. 'capitis quae pendere poenas Ex illo jubeat furta reperta loco:' atque ita passim. *Heins. Si quam promerui* nescio cur non aeque bene dicatur ac *commerui*, cum in malam aeque partem 'pro-

NOTÆ

53 *Fato*] Morte sua naturali.

59 *Virides*] Quia viridi, vel potius caeruleo aut glauco colore apparet altum mare.'

64 *Judice*] Augusto, scilicet.

Mittere me Stygias si jam voluisset ad undas
  Cæsar, in hoc vestra non eguisset ope.
Est illi nostri non invidiosa cruoris
  Copia: quodque dedit, cum volet, ipse feret.
Vos modo, quos nullo certe puto crimine læsos,
  Contenti nostris, Di, precor, este malis.
Nec tamen, ut cuncti miserum servare velitis,
  Quod periit, salvum jam caput esse potest.
Ut mare considat, ventisque ferentibus utar;
  Ut mihi parcatis; num minus exul ero?
Non ego, divitias avidus sine fine parandi,
  Latum mutandis mercibus æquor aro:
Nec peto, quas petii, quondam studiosus, Athenas;
  Oppida non Asiæ, non loca visa prius.

bare ad aquas Stygias, non opus habuisset vestro auxilio. Ille habet potestatem non invidiosam in nostram vitam; et ipse tollet quando libebit quod indulsit. Vos tantum, Dii, quos certe nullo flagitio arbitror violatos, estote contenti nostris malis. Neque tamen, utcumque omnes cupiatis incolumem præstare miserum, caput quod jam occidit, potest esse salvum. Quamvis mare quiescat, et habeam ventos secundos, quamvis mihi ignoscatis, anne minus ero profugus? Ego non trano vastum mare mercimoniis commutandis cupidus acquirendi opes sine modo: neque concedo Athenas, quas olim visi studio deditus: non tendo *in urbes Asiæ, non in loca ante*

mereri' dicamus ac 'commereri:' et ita Gryphius, Frellonius, et alii ediderant; *et* in uno Mediceo erat, *si quam promerui me penam pendere.* Burm. —65 Heins. malebat *S. nam si voluisse.* Tum plurimi in *und.*—68 Jun. et sex alii *quamque ded.*—69 Alii *cert. null.* inverso ordine. Mox '*læsos* concinnius septem veteres.' *Heins. Lædi* Be.—70 *Di* est ex Serv. lib. vulg. *jam:* Comb. et Medonii Cod. *vos.*—71 Be. *cunct. numerum serv.*—72 P. *unum* pro *salvum;* et *non caput* Excerpt. Voss.—73 Alii *mar. subsidat, vent.* at unus Heins. *sit placidum.* Be. et duo *ventisq. faventibus:* alii *furentibus, feracibus, frequentibus.* —74 *Ut* Ciofanus profert ex uno V. et Aldino; vulg. *Et.* Deinde '*num* min. pro *non* repone.' *Heins.*—75 P. alter *fin. parando.*—76 P. alter et tres alii *Lat. mutatis merc.*—78 *Loca* ex castigatioribus recepit Heins. pro vulg. *mihi.* Dan. Heins. vs. corr. *Opp. n. Asiæ nunc, mihi v. p.* putat tamen nil a

NOTÆ

65 *Stygias*] Hoc est, ad Inferos, ubi Styx palus, de qua jam toties.

68 *Copia*] Potestas est Augusto in meam vitam, cujus ademtæ nullum extimescat ultorem.

Quodque] Vitam, scilicet; quam ferre et adimere poterit, utcumque libuerit.

69 *Nullo puto*] Immo, siquidem illi Dii, eo magis læsi, quod Dii sunt, quam Principes qui illorum tantam sunt ministri. Ex vero namque Deo Principibus obsequi didicimus etiam propter conscientiam, quam illi mancipatam intelligimus.

78 *Asiæ*] Quam cum Maximo viderat

Non ut, Alexandri claram delatus in urbem,
  Delicias videam, Nile jocose, tuas.
Quod faciles opto ventos, (quis credere possit?)
  Sarmatis est tellus, quam mea vota petunt.
Obligor, ut tangam lævi fera littora Ponti;
  Quodque sit a patria tam fuga tarda, queror.
Nescio quo videam positos ut in orbe Tomitas,
  Exilem facio per mea vota viam.
Seu me diligitis, tantos compescite fluctus;
  Pronaque sint nostræ numina vestra rati:
Seu magis odistis, jussæ me advertite terræ.
  Supplicii pars est in regione mei.

conspecta. Non ut appulsus ad urbem celebrem Alexandri, aspiciam tuas mollities, Nile facete. Quod voveo ventos propitios, (quis possit fidem adhibere?) terra Sarmatica est quam mea desideria expetunt. Obstringor votis, *ut tangam sæva littora Ponti sinistri; et doleo quod exilium sit tam lentum. Paro* mihi *iter breve per meas preces, ut aspiciam Tomitas sitos in nescio qua parte mundi. Sive me amatis, reprimite tantas undas, et vestra numina sint propitia nostræ navi; sive potius odistis, applicate me terræ assignatæ. Pars meæ pœnæ est in* ipsa mundi *plaga.*

vulg. mutandum esse.—79 Unus Heins. *A. pulchram del.*—81 Pro vulg. *faciles est* 'lege *faciles* vel sine assensu vett. librorum.' *Heins.* Qui etiam conj. *Quo faciles.* Mox *possit* pro vulg. *posset* scripti.—82 Pro *vota* omnes fere scripti, et Edd. nonnullæ *vela;* et certe mox 'vota' sequitur.—83 *Obloquor* Palatin. male: *Obligor* nimirum votis, quæ pro felici appulsu ad Scythicam terram suscipio. Sic 'obligatam dapem reddere' Horat. Od. II. 7. et 'obligare caput votis' Od. II. 8. *Sævi* etiam *Ponti* Putean. Leidens. et octo alii: utrumque recte: ἄξενος enim et sævus. *Burm.*—84 *Tam* cum quinque scriptis Heins. legit pro vulg. *jam.*—86 Plerique scripti *Exilem;* plurimæ Edd. *Exilii:* Francius volebat *Exiguam;* et Burm. *Exilio.*—87 Gryphius, Mycillus et alii edidere *Si me.*—89 Mor. *me adducite terr.*—90 Quinque vett. *hac* pro *in.* Mox *mei* est ex emend. Heins. vulgo enim scribebatur *mori:* 'pro *mei, meri* a librario aberrante erat factum: hinc natum *meri.*'

NOTÆ

Naso, ut ipse testatur Pontic. II. 10.

79 *Alexandri*] Alexandriam dicit Alexandri Magni opus.

80 *Nile*] Hunc Ægypti fluvium jocosum dicit, quia nocte dieque Alexandria proficiscebantur naviculæ virorum ac mulierum lascivientium plenæ ad Serapidis solennia, quæ Canopi, ubi ejus templum erat, celebrabantur. Dissolutis autem moribus fuisse Ægyptios indicat etiam Martial. his verbis: 'Nequitias tellus scit dare nulla magis.'

82 *Sarmatis*] Sarmatia regio est perampla, cujus pars ad Europam, pars ad Asiam spectat. Tomos autem ablegatum Nasonem, quæ urbs in illa fuit, supra vidimus.

83 *Lævi*] Quia Poëtæ mare Ponticum ingredienti a læva Tomos quam petebat.

86 *Exilem*] Compendiosum.

Ferte (quid hic facio?) rapidi mea carbasa venti.
  Ausonios fines cur mea vela vident?
Noluit hoc Cæsar: quid, quem fugat ille, tenetis?
  Aspiciat vultus Pontica terra meos.
Et jubet, et merui: nec, quæ damnaverit ille,
  Crimina defendi jusve piumve puto.
Si tamen acta Deos nunquam mortalia fallunt;
  A culpa facinus scitis abesse mea.
Immo ita; vos scitis. Si me meus abstulit error,
  Stultaque mens nobis, non scelerata, fuit:
Quamlibet e minimis, domui si favimus illi;
  Si satis Augusti publica jussa mihi;

Venti vehementes (quid hic ago?) abripite mea vela; quamobrem mea lintea cernunt fines Italos? Cæsar hoc noluit: cur retinetis quem ille expellit? Tellus Pontica videat meam faciem. Et imperat, et dignus sum: neque arbitror fas aut piam flagitia defendi, quæ ille arguerit. Si tamen facta hominum nunquam occulta sunt Diis; compertum habetis flagitium longe esse ab errore meo. Immo ita, vos nostis: si mea ignorantia me abripuit, et animus nobis fuit desipiens, non nefarius: si, quanquam ex tenuissimis, devoti fuimus illi domui; si publica mandata Augusti

---

Heins.—91 Plurimi *mea corpora vent.* Ex conj. Heins. reponebat *carbasa*, quod postea ei confirmavit Gottorph. *cornua* Hamburg. quod neque Heins. displicet. —92 Strozzæ *quid* pro *cur*. Mox in voc. *vident* variant Mss. qui habent, *tenent, juvant, vovent, volant, petunt:* vel, *vota colunt, vota volunt.*—94 Unus Med. *Aspicias vult.*—96 Vulg. *fasve piumve:* sed *fas* est idem quod *pium*, ideoque Regii codicis scriptura placet, *jusque piumque*. Vid. ad Petron. cap. 108. *Burm.* —99 Illa *vos scitis* Burm. malit parenthesi concludere. Nonnulli *si scitis*, plurimi *vos:* Be. et quatuor alii *sic;* Excerpt. Voss. *sed:* Heins. etiam censet posse legi *Di*. Tum Medonianus *me malus absl*. Arund. *meus impulit err.*—100 P. V. et Pol. *Stultaq. non nob.*—101 *Quamlibet* ex Heins. emend. et sic etiam tres scripti: vulg. *Quod licet:* tres *Quamlicet;* quinque *Qua licet.*—102 Sic vulgati habent. Gryph. et Vincent. *Sint sat.* Pro *jussa* quidam *visa*. Quatuor vett. *jussa tuli;* et Gottorph. *mei:* Pol. pr. *visa mihi;* Fragm. Boxhorn. *cura fuit*. In scripto antiquo erat *visalus*, quod Heins. faciebat *visa salus*. At pro *satis* etiam conj. *laris* reponendum; unde versum constituit *Si laris A p. visa salus*. Cui consentit etiam Burm. nisi quod *patris* vice *laris* legendum censet: neque probat conjecturam viri docti in Supplement. Actor. Lipsiens. Tom. VI. 2. p. 78. *Sique rata A. p. jussa mihi*. Pro vulg. *mihi* Heins. quoque ex Got-

NOTÆ

92 *Ausonios*] Italos: ab Ausonibus partim derivatos, ad quos vi tempestatis relicto priori cursu referebantur.

101 *Favimus*] Nimium nimiumque faverat, siquidem amare est favere.

102 *Si satis*] Id est, Si mihi Augusti semper nutus et simplex voluntas pro lege fuit; ut nunquam quod ille publice sanciverit, ad me etiam spectare sine omni tergiversatione non crediderim.

si dixi felicia sæcula; proque
thura pius Cæsaribusque dedi;
animus nobis; ita parcite, Divi:
is; alta cadens obruat unda caput.
incipiunt gravidæ vanescere nubes,
mutati frangitur ira maris?
, sed vos sub conditione vocati,
quos non est, hanc mihi fertis opem.

unt; *si dixi sæcula beata hoc Imperatore; atque pius obtuli thura Cæsaribus: si ea mens fuit nobis, ita ignoscite, Dii: sin minus, irruens demergat caput. Decipior? an nubes tumidæ incipiunt fracta mutati maris minuitur? Non fortuna, sed vos petiti sub conon datur decipere, præbetis mihi istud auxilium.*

---

et *mei*, conj. *Dei*.—103 Pro *dixi* plurimi vett. *duxi*, quod et —104 Plurimi editi *C. th. pia C. dedi:* 'Unus Vatic. et Maffei alter, *C. th. dedi, C. piis.* In cujus ora ascriptum est; alias, gendum videtur, ut est in duobus excusis, quorum alter annis mpressus est, *C. th. pius, C. dedi.*' Ciofan. *Pius* meliores: qui- *Deis*, vel *pia*. Heins. Behotius lib. II. Apoph. 4. ex vetusto *dedi C. pius: C. th. piis* Bernens. *Burm. Sec.*—106 Duo, *alta* n, *alta ruens:* unus, *alta meum.* Putabam aliquando, *alta no- a caput;* nisi quod id paulo longius abit a vulgata lectione. *bruat*.—107 *Vanescere* meliores, teste Heins. alii *evanescere*.—

ELEGIA III.

ARGUMENTUM.

MISERABILITER exponit Poëta consternationem illam qua affectus est, postea-quam jussit eum Cæsar in exilium abire: quidque ea nocte etiam egerit, quæ fuit illi in Urbe novissima, declarat. Miserabilius deinde uxoris et domesticorum lacrymas describit.

CUM subit illius tristissima noctis imago,
  Quæ mihi supremum tempus in Urbe fuit;
Cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui;
  Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.
Jam prope lux aderat, qua me discedere Cæsar
  Finibus extremæ jusserat Ausoniæ.
Nec mens, nec spatium fuerant satis apta paranti:
  Torpuerant longa pectora nostra mora.
Non mihi servorum, comitis non cura legendi,
  Non aptæ profugo vestis opisve fuit.

Quando recordor illius mœstissimæ noctis, quæ fuit mihi ultimum tempus in Urbe: quando mente revolvo noctem, qua deserui tot res mihi dilectas; lacryma nunc etiam defluit ex oculis meis. Jam prope dies venerat, quo Cæsar mihi imperaverat egredi finibus ultimæ Italiæ. Neque animus, neque tempus fuerant satis idonea adornanti fugam: *mens nostra elanguerat prolixo tempore. Non fuit mihi cura servorum, non sodalis legendi, non vestis aut auxilii idonei profugo. Non*

2 Pro *Quæ* omnes fere scripti *Qua;* unus etiam *Quod.*—3 Servii Cod. *Dum recolo noct.*—4 *Nunc* ex Ro. rescripsit Heins. pro vulg. *tunc;* et sic etiam plurimi alii: Med. pro *nunc quoque* exhibet *humida.*—7 *Fuerant* ex Barb. eleganter, judice Heins. vulg. *fuerat.* Deinde *paranti* idem profert ex lib. Petr. Servii; alii *parandi:* Combianus pro var. lect. exhibet *piandi:* Richelianus *paratu,* pro *paratui;* quod et Heins. rectum putat.—9 *Comitis* ex

NOTÆ

6 *Ausoniæ*] Italiæ, ut sæpe alibi: fuerunt namque Ausones antiqui Italiæ populi.

7 *Mens*] Quæ repentino malo attonita, singula, quæ opus erat, suis temporibus dividere, per tantillum spatium, non poterat.

8 *Torpuerant*] Adeoque bonorum nostrorum pars sumus maxima; qui illud maxime semper cogitare debemus, quomodo adversam fortunam feramus, minimoque indigeamus. Verum quibus has narres fabulas!

Non aliter stupui, quam qui Jovis ignibus ictus
  Vivit, et est vitæ nescius ipse suæ.
Ut tamen hanc animo nubem dolor ipse removit,
  Et tandem sensus convaluere mei;
Alloquor extremum mœstos abiturus amicos,
  Qui modo de multis unus et alter erant.
Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat;
  Imbre per indignas usque cadente genas.
Nata procul Libycis aberat diversa sub oris:
  Nec poterat fati certior esse mei.
Quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant:
  Formaque non taciti funeris intus erat.
Fœmina, virque, meo pueri quoque funere mœrent:
  Inque domo lacrymas angulus omnis habet.
Si licet exemplis in parvo grandibus uti;
  Hæc facies Trojæ, cum caperetur, erat.
Jamque quiescebant voces hominumque canumque:
  Lunaque nocturnos alta regebat equos.

secus attonitus fui, quam qui superstes est, afflatus flammis Jovis, et ipse est nescius suæ vitæ. Postquam tamen ipse dolor depulit hæc nubila ex animo, et denique mei sensus redierunt; novissime discessurus alloquor tristes amicos, qui erant unus et alter de modo plurimis. Conjux ipsa amans lugens vehementius complectebatur lugentem, rore usque fluente per genas immeritas. Filia procul aberat dissita ad oras Libycas; neque poterat cognoscere meum infortunium. Quocumque oculos verteres, luctus et gemitus audiebantur; et species erat intus funeris haudquaquam muti. Fœmina et vir, pueri etiam lugent infortunio meo; et omnis angulus in domo habet fletus. Si licet uti magnis exemplis in re tenui, hæc erat species Trojæ cum expugnaretur. Jamque sonus omnis hominum et canum repressus erat, et Luna

---

Barb. et Gottorph. pro var. lect. vulg. *comites.*—11 Juret. Epist. ad Symmach. III. 6. in aliis codd. testatur esse *J. ign. actus:* in Mor. *ustus.*—13 *Animo* ex P. Heins. placet præ vulg. *animi.*—14 Unus Cod. *Ut* pro *Et.*—17 Gottorph. *ips. dolebat;* unus *movebat:* Heins. conj. *fovebat.*—19 *Libycas... sub oras* Jun. quod sibi non displicere Heins. notaverat.—21 Unus liber *aspic. gemitus lacrymæq. son.* Burm. conj. *planctus gemitusq.*—25 Plurimi *parvis*

NOTÆ

12 *Nescius*] Priusquam spatium datum fuerit cogitandi, atque singula excutiendi quæ nec opinantem ex sede sua dejiciunt, nullius animus huc illuc raptus consilii est capax.

19 *Nata*] Perilla, quæ virum in Africam secuta erat.

Libycis] Libya pars est ampla Africæ; quæ pro ea tota sæpissime ponitur.

22 *Non taciti*] Quia omnes aperte lugebant, et gemitus atque plangores edebant.

23 *Pueri*] Servuli.

Hanc ego suspiciens, et ab hac Capitolia cernens,
  Quæ nostro frustra juncta fuere Lari;
Numina vicinis habitantia sedibus, inquam,
  Jamque oculis nunquam templa videnda meis,
Dique relinquendi, quos Urbs habet alta Quirini;
  Este salutati tempus in omne mihi.
Et quanquam sero clypeum post vulnera sumo;
  Attamen hanc odiis exonerate fugam;
Cœlestique viro, quis me deceperit error,
  Dicite; pro culpa ne scelus esse putet.
Ut, quod vos scitis, pœnæ quoque sentiat auctor.
  Placato possum non miser esse Deo.

sublimis agitabat equos nocturnos. Ego hanc suspiciens, et ab hac videns Capitolia, quæ nequicquam erant proxima nostris Penatibus; Dii, inquam, manentes in æde vicina, et templa jam nunquam conspicienda oculis meis, numinaque deserenda, quæ Urbs excelsa Quirini habet, estote salutata a me in omne ævum. Et quamvis sero capio parmam post plagas, nihilominus absolvite hoc exilium odiis, et dicite viro divino, quis error mihi imposuerit; ne arbitretur flagitium esse pro aberratione: ut, quod vos cognoscitis, auctor mei *supplicii cognoscat etiam. Possum esse non in-*

---

pro *parvo:* Be. Leid. et multi alii *lic. in parvis exempl.* P. alter *in parvos.*—29 *Et ab hac* repone cum plerisque antiquis; hoc est, postquam hanc aspexi: sic frequenter loqui amat Noster. *Heins. Et ad hæc* Ed. Mycill. Vincent. *hæc et cap.* Pol. alter P. et duo alii. *et ad hanc* Pol. pr. Servii et tres: ceteri cum vulgatis *et adhuc.*—33 Barb. *Di quoque linquendi.* Tum Leid. *quos U. tenet alt.*—34 Mor. et duo *omn. meum;* et quinque *mei.*—35 Quinque scripti cum pr. Ed. *post funera sum.*—37 Gottorph. *qui* pro *quis.*—39. 40 *Quod vos scitis* ex plerisque vett. Heins. recepit pro vulg. *quæ sentitis;* et in seq. vs. *possum* pro *possim.* Legendum fortasse Heins. putat, *Ut, quod vos scitis; p. quoq. si sciat auctor, P. possim n. m. e. D.* In Fr. erat *Utque ea vos scitis pœnæ quoq. sentiat a.* unde Burm. conj. *Utq. ea vos scitis, pœnæ ne sciat a.* Heins. ascripserat etiam aliam conjecturam, *Ut quod vos scitis,*

NOTÆ

29 *Capitolia*] In Capitolio monte templum fuit Jovi dicatum.

30 *Frustra*] Quia tutum ab Augusti ira non præstiterant. Quod quidem impie dixit Naso.

Lari] Domui. De Laribus Diis supra Metam. xv. ubi vide. Indicis compendio nihil facilius.

31 *Numina*] Deos compellat, qui in Capitolio colebantur: ad quos etiam Manlius his verbis ex Livio: 'Jupiter optime maxime, Junoque regina, ac Minerva, ceterique Dii, Deæque, qui Capitolium arcemque incolitis,' &c.

33 *Quirini*] Romuli, cui post suam consecrationem illud datum nomen.

35 *Clypeum*] Deorum præsidium istoc appellat nomine. Quod utinam multi serio perpenderent.

36 *Odiis*] Ne me Cæsar odio persequatur.

37 *Cælesti*] Augusto, qui vivus etiam in Diis habitus.

38 *Culpa*] Contendit Naso se per imprudentiam, non mala mente, peccasse.

40 *Deo*] Augusto.

Hac prece adoravi Superos ego: pluribus uxor;
Singultu medios præpediente sonos.
Illa etiam ante Lares passis prostrata capillis
Contigit extinctos ore tremente focos:
Multaque in aversos effudit verba Penates,
Pro deplorato non valitura viro.
Jamque moræ spatium nox præcipitata negabat,
Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.
Quid facerem? blando patriæ retinebar amore:
Ultima sed jussæ nox erat illa fugæ.
Ah quoties aliquo dixi properante, Quid urges?
Vel, quo festines ire, vel unde, vide.

felix, Deo lenito. Ego precatus sum Deos hac oratione; conjux pluribus, singultu abrumpente medias voces. Illa etiam procumbens coram Laribus, scissa coma, tetigit focos extinctos ore tremente, et protulit multa verba adversus infensos Penates, non profutura perdito marito. Jamque nox præterita recusabat tempus cunctandi, et Ursa Arcadica erat versa ab axe suo. Quid agerem? Retinebar grato desiderio Patriæ: verum illa nox erat novissima exilio præscripta. Ah quoties dixi, cum aliquis festinaret, Quamobrem festinas? Cogita vel quo properes,

---

pœnæ quoq. rescisi a.—42 Barb. *med. præpediente son.* vulg. *impediente.*—43 Pr. V. et quatnor alii *ant. aras pass.* Plurimi etiam et scripti et editi *sparsis* pro *passis.* Tum pro *prostrata* ' prim. Polit. *intracta:* alter cum duobus aliis, *abstracta;* unde Politianus ipse, *atrata.* Certe Hamburg. *attrata:* at prim. Vatic. *attacta.* Barber. *projecta:* duo, *astrata* pro *adstrata*; ut Met. IX. ' asternunturque sepulcro:' alii, *abjecta, abstructa; attracta,* vel *adstracta,* vel *astracta,* et similia.' *Heins.* Be. *Diffusa;* alii, *accincta, ablata, contracta, pertracta.*—44 Quidam scripti cum edd. nonnullis *Cont. exstructos or.* pr. V. et sex alii *æternos;* unus V. *externos;* Voss. *antiquos:* Heins. suadet *hesternos.* Tum Lov. *or. premente foc.*—45 *Aversos* ex emend. Heins. vulg. *adversos:* Be. *offensos.*—48 Quidam *Visque.*—49 Unus liber *patr. tangebar am.*—50 Tres Jun. et duo alii *ill. mora.*—

NOTÆ

42 *Medios*] Imperfecta verba: singultibus abrumpentibus orationis cursum.

45 *In aversos*] Ea est naturæ perversitas, quæ hodieque humanum genus misere perdit; ut Deum ipsum, quia supremus est rerum arbiter, quam sese, qui malorum omnium suorum sunt auctores, malint arguere. Quia omnia potest Deus, debere autumant; quasi suæ ipsius non esset potentiæ sapientissimus idemque liberrimus Œconomus, aut sese non deberet Numen ab injuria vindicare.

48 *Versa*] Adeoque Aurora seu diluculum instabat.

Parrhasis] Ursa, quæ Græcis Arctos dicitur, in quam Callisto Lycaonis filia mutata Parrhasis seu Arcadica dicitur a patria, ubi ejus pater imperium tenuit. Sidus autem illud jam sæpe ad polum Septemtrionalem esse diximus.

52 *Quo*] In regionem teterrimam.

Unde] Ex patria jucundissima: ut neutra de causa sit festinandum.

Ah quoties certam me sum mentitus habere
Horam, propositæ quæ foret apta viæ.
Ter limen tetigi; ter sum revocatus: et ipse
Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Sæpe, Vale dicto, rursus sum multa locutus;
Et quasi discedens oscula summa dedi.
Sæpe eadem mandata dedi: meque ipse fefelli,
Respiciens oculis pignora cara meis.
Denique, Quid propero? Scythia est, quo mittimur, inquam:
Roma relinquenda est: utraque justa mora est.
Uxor in æternum vivo mihi viva negatur:
Et domus, et fidæ dulcia membra domus:
Quosque ego fraterno dilexi more sodales;
O mihi Thesea pectora juncta fide!
Dum licet, amplectar: nunquam fortasse licebit
Amplius. In lucro, quæ datur hora, mihi est.

vel unde proficiscaris. *Ah! quoties falso dixi me habere horam constitutam, quæ esset idonea itineri decreto? Ter offendi in limen; ter repressi pedem, et ipse obsequens desiderio pes mihi erat segnis. Sæpe, Vale dicto, plurima denuo protuli, et tanquam proficiscens obtuli novissima suavia. Sæpe repetivi eadem jussa; et me ipse decepi, retorquens oculos meos ad dilecta pignora. Tandem dixi, Quamobrem festino? Scythia est ad quam pellimur, Roma est deserenda: utraque mora est justa. Conjux superstes negatur in æternum mihi superstiti; itemque domus, et membra dilecta fidelis domus; et socii, quos ego amavi more fraterno. O animi mihi connexi fide Thesea! Quamdiu conceditur, amplectar; forsitan nunquam amplius concedetur. Tempus quod mihi conceditur est in lucro. Et sine cuncta-*

52 *Festines* Heins. profert ex melioribus; vulg. *festinas*.—55 R. *revocatus ab ipso:* Heins. conj. *et ipsi Indulg.*—57 Be. et alius Heins. *plura* pro *multa*.—58 Jun. et decem alii *osc. multa ded.*—60 Fragm. Rev. *oscula* pro *pignora*.—61 Plurimi vett. *Den. quo prop.* Et Jun. cum Be. et sex aliis *quid properas*. Heins. malebat etiam *quo mitteris inq.* ut se alloquatur: *mittitur* P. et V.—62 Alii *mor. est:* Heins. malebat *es.*—65 Plurimi *Quos ego.*—66 T. *pignora*

NOTÆ

55 *Limen*] Sinistrum usque adeo putarunt omen esse veteres, in limen impingere ingressuris vel egressuris, ut si fieret, quod tum facturi essent prospere sibi contingere non posse crederent.

56 *Tardus*] Ut quasi de industria limen offenderet; ne scilicet aliqua non esset diutius permanendi causa.

60 *Pignora*] Uxorem dicit, amicos, aliaque sibi carissima.

62 *Mora*] Pro causa moræ. Seu, inquit, Scythiæ barbariem respicio, seu in Romæ jucunditate hæreo, utrobique permanendi causa est.

64 *Membra*] Omnia intelligit quæ ad vitæ solatium domi teguntur.

66 *Thesea*] Antiqua, ut aiunt, et firma, cujusmodi fuit Thesei in Pirithoum.

Nec mora; sermonis verba imperfecta relinquo,
Complectens animo proxima quæque meo.
Dum loquor, et flemus; cœlo nitidissimus alto,
Stella gravis nobis, Lucifer ortus erat.
Dividor haud aliter, quam si mea membra relinquam:
Et pars abrumpi corpore visa suo est.
[Sic Priamus doluit, tunc cum in contraria versus
Ultores habuit proditionis equus.]
Tum vero exoritur clamor gemitusque meorum;
Et feriunt mœstæ pectora nuda manus.
Tum vero conjux, humeris abeuntis inhærens,
Miscuit hæc lacrymis tristia dicta suis:

tione omitto verba sermonis inexpleta, complectens animo meo quæque proxima. Dum loquor et lacrymas profundimus, Lucifer splendidissimus nobis molestus erat ortus in excelso cœlo. Non aliter diveller, quam si deseram meos artus; et pars visa est dividi a suo corpore. Eo modo doluit Priamus, tunc cum equus proditor mutatus in contraria habuit vindices. Tum vero tollitur clamor et gemitus meorum; et manus tristes plangunt pectora aperta. Tum vero uxor incumbens humeris discedentis miscuit hæc mœsta verba suis lacrymis: Non potes abstrahi: una ah, in-

iunct.—67 P. V. et quatuor alii *lic. amplector: nunq.*—69 Barb. *mor. sermoni verb.*—70 *Complectens* meliores: alii *Amplectens.* Tum Mor. et alius *anim. singula quæq.* et Jun. *dulcia.*—74 Pro *suo* plurimi *meo;* et ita Gryph. Mycill. et alii.—75. 76 Quidam hoc distichon ita fingunt: *Sic doluit Metius, tum cum in contr. versos U. h. pr. equos.* Sed si de Priamo intelligamus, Heins. malit *in contr. versæ...proditionis* legi. Salmasius curis secundis ad Florum I. 3. castigabat *Sic doluit Mettus, tum cum in contr. versus U. h. pr. equos.* 'Hunc quoque locum tentat sanare Vir eruditus in Supplement. Actor. Lips. tom. VI. sect. 2. legens, *Sic primus doluit, tunc, qui in contr. versos U. h. p. equos:* duritiem constructionis ita posse emolliri ratus, si *qui* ponatur pro, ille qui, et *tunc* pro, olim. Sed hæc non levia, sed plane Genio Ovidiano non convenientia. Præstat talia ulcera non tangere; certe ego nihil hic extrico.' *Burm.*—80 Nonnulli *verba* pro *dicta:*

NOTÆ

72 *Lucifer*] Stella est Veneris, quæ ceteras fugare dicitur, quia Solis ortum præcedit, cujus lumen ceteras obscurat: tumque Phosphorus dicitur. Hesperus, Vesper, et Vesperugo appellatur, cum Solis ejusdem subsequitur occasum.

75 *In contraria*] Inepte enim Sinoni crediderunt Trojani, equum ligneum muris suis, illo admonente, si recuperent, 'Ultro Asiam magno Pelopea ad mœnia bello Venturam:' cum ea machina potius armatos in urbem Trojam invexerit, a quibus incensa atque funditus eversa est. Ceterum ne dubites quin hoc distichon a manu sit aliena.

76 *Ultores*] Græcos dicit equi utero inclusos, in quem gravem hastam Laocoon intorserat, doli non ignarus; qui quidem Græci, incensa urbe Troja, equi ultores etiam esse videntur.

79 *Tum*] Profecto hæc ita accurate

Non potes avelli: simul ah, simul ibimus, inquit:
Te sequar; et conjux exulis exul ero.
Et mihi facta via est: et me capit ultima tellus.
Accedam profugæ sarcina parva rati.
Te jubet e patria discedere Cæsaris ira;
Me pietas. Pietas hæc mihi Cæsar erit.
Talia tentabat: sic et tentaverat ante:
Vixque dedit victas utilitate manus.
Egredior (sive illud erat sine funere ferri)
Squalidus immissis hirta per ora comis.
Illa dolore gravis tenebris narratur obortis
Semianimis media procubuisse domo.

quit, una proficiscemur! Te comitabor, et uxor profugi ero profuga. Mihi etiam paratum est iter: extrema terra me etiam tenet. Ero parvum onus navi profugæ. Ira Cæsaris te jubet egredi ex patria: pietas me jubet. *Hæc pietas erit mihi Cæsar. Talia incipiebat: atque ita etiam antea inceptaverat; et ægre concessit superata utilitate. Exeo (seu illud erat efferri sine funere) sentus, capillis sparsis per vultus hispidos. Illa semiviva dicitur cecidisse in media domo caligine in-*

****

et *suis* Heins. recepit ex quinque scriptis pro vulg. *meis*.—81 Heins. scribit *Num* pro *Non:* et ex nonnullis Codd. *ah* recepit pro vulg. *hinc:* et sic *inquit* ex plerisque vett. vulg. *ambo*.—82 Servii *Et seq.*—83 Mor. *cap. ultimus orbis*.—84 Bonon. *sarc. plena rat*.—85 Multi *e* pro *a*.—87 Quidam scripti et editi *sicut tent*.—89 Servii *er. cum fun*.—91 In vulgatis erat *dol. amens, tenebr.* in Combiano et tribus aliis *mei*, quod recepit Heins. 'An dicatur Latine, *dolore mei*, ut *desiderio mei* et similia, vehementer dubito: quare ego prætuli, *illa dolore gravis*, quod cum verbo *procubuisse* optime concordat. Dictum autem ut *vino, somno, vulnere, ævo gravis* et similia: sic illa, cum non amplius pondus doloris ferre posset, procubuit semianimis. Nec *amens* damno. In Bernens. erat mendose, *canens*.' Burm. Tum tres libri *lacrymis* pro *tenebris*.—92 Pro *media domo*, duo *via*. Scripserat puto Ovidius, *Vidua domo*, nam τὸ *media* prorsus otiosum ac superfluum est. Narrat quæ post digressum suum facta sunt. *Heins.* 'Nec illud *media domo* absurdum; cum enim post digressum viri vellet in cubiculum suum redire, non potuit eo usque venire, sed media domo procubuit, antequam in interius conclave penetrasset.'

NOTÆ

recensentur atque referuntur, ut eadem videre atque audire credat qui hæc legit. Adeoque adolescentulis ut hæc evolvant opuscula multis de causis consuluerim.

83 *Capit*] Propter maritum, qui in ea terra erit, scilicet.

Ultima] Quia maxime remota Scythia ad Septemtrionem.

86 *Pietas*] Quid sentis, Lector? Estne hæc ingenii magis an commiserationis plena?

89 *Ferri*] Efferri, ad sepulturam portari, quanquam vivus essem.

90 *Hirta*] In luctu enim neque capillos neque barbam tondebant.

Utque resurrexit, fœdatis pulvere turpi
Crinibus, et gelida membra levavit humo;
Se modo, desertos modo complorasse Penates;
Nomen et erepti sæpe vocasse viri:
Nec gemuisse minus, quam si natæve meumve
Vidisset structos corpus habere rogos:
Et voluisse mori, et moriendo ponere sensus:
Respectuque tamen non posuisse mei.
Vivat: et absentem, quoniam sic fata tulerunt,
Vivat, et auxilio sublevet usque suo.

ducta mei dolore. Et postquam excitata est, coma infecta obscœno pulvere, atque sustulit artus terra frigida, deflevisse modo se, modo destitutos Penates, et sæpe citasse nomen mariti sublati: neque minus gemuisse, quam si vidisset pyras exstructas habere meum corpus, vel corpus *filiæ: et voluisse mori, et amittere sensus moriendo; et tamen non amisisse in meam gratiam. Vivat; et siquidem ita fors tulit, vivat et semper sustentet absentem auxilio suo.*

Burm.—94 V. *Crin. egelida membr.* tres *et madida;* unus *media.*—95 Leid. *mod. desertam, mod.* Mox *complorasse* Heins. ex plurimis vett. recepit pro vulg. *deplorasse.*—99 *Et moriend.* Burm. scribit ex Jun. et Mor. ceteris τὸ *et* deest. —100 *Posuisse* ex uno Gallico placet Heins. nisi malis *voluisse:* vulg. *periisse;* quatuor *voluisse.*—102 Non placet repetitio τοῦ *Vivat.* Nec juvant tamen libri veteres. An *Jutet,* pro, adjutet, scripserat Noster? an *Di dent auxilio subl. u. s.* vel, *Di facite auxilio;* vel *date ut auxilio.* Scaliger, *Tutet.* Sed non persuadet. *Heins.* Corruptum locum esse constat: neque enim *vivat* illud secundo loco positum sensum facit commodum. Desiderari vero verbum, quod *amet* notet, vel simile, ex loco plane gemino, lib. v. Eleg. v. 23. colligo, 'Vivat ametque virum, quoniam sic cogitur, absens.' Forte scripserit, *Servet, et auxilio, &c.* Francius volebat, *Illa virum auxilio, &c.* Burm.

NOTÆ

91 *Tenebris*] Caliginem dicit, quæ animi comitatur deliquium.

98 *Reges*] Cremabant mortuorum cadavera veteres; uti millies dictum.

ELEGIA IV.

ARGUMENTUM.

Sese dicit Poëta mari tandem concreditum, tantamque in Ionio mari tempestatem coortam, ut ipsi etiam nautæ salutem suam desperaverint.

Tingitur Oceano custos Erymanthidos Ursæ,
Æquoreasque suo sidere turbat aquas:
Nos tamen Ionium non nostra findimus æquor
Sponte: sed audaces cogimur esse metu.
Me miserum, quantis increscunt æquora ventis;
Erutaque ex imis fervet arena vadis!

Custos Ursæ Erymanthidos mergitur Oceano, et ciet aquas marinas suo sidere: nos tamen sulcamus mare Ionium non ultro, sed cogimur esse audentes timore. Me infelicem; quam vehementibus ventis maria tolluntur, et glarea educta ex pro-

Turbatum Elegiarum ordinem esse facile apparet: nam cum primam Elegiam ut præfationem præmisisset, sequi decebat eam, quæ nunc tertia est, quæ ultimam in urbe noctem, et quæ ea gesta sunt, narret; deinde succedere debebat hæc, 'Tingitur,' &c. quæ narrat quid primum acciderit postquam navem conscenderit, ut ventis adversis in littus Italicum rejectus fuerit: et tunc sequi debebat, quæ nunc secunda est, 'Di maris et terræ,' quæ tempestatem, qua jactatus fuit, describit miserabiliori carmine, quam ut verosimile sit in navi tam quassata de ea facienda potuisse cogitare, nisi Nasonem Eumolpo Petroniano similem fingamus, cui vacabat in vicinia mortis versus facere. Pro *tingitur*, *mergitur* erat in duobus. *Burm.* —3 P. et Servii *nostr. scindimus æq.*—5 *Increscunt* ex multis vett. reposuit Heins. pro vulg. *nigrescunt*: alii *crebescunt*, *turgescunt*, *horrescunt*.—6 P. et sex

NOTÆ

1 *Custos*] Arctophylax est seu Bootes, in cujus Zona stella una ceteris lucens clarius, quæ Arcturus dicitur, cujus ortus atque occasus gravissimas dicitur ciere tempestates. Annus autem quo in exilium ejectus Poëta 760. fuit ab Urbe condita, et a Christo nato octavus. Mense Octobri, quo Arcturus occidit, navim conscendit.

Erymanthidos] Quia Callisto, quæ in Ursam mutata, Arcadica fuit, in cujus patria mons Erymanthus.

3 *Ionium*] Quod inter Siciliam et Græciam.

4 *Audaces*] Hic jocus non est verborum sine re: quia quotidie ita evenit, ut metus audentissimos præstet. Ceterum cordatos hoc modo afficit metus: namque alios omnino dejicit.

Metu] Quia Italia Augusti jussu excedendum, nisi graviori pœnæ sese addicere vellet Poëta.

5 *Increscunt*] Quia in altum tolluntur fluctus, et tument mare, vento-

Monte nec inferior proræ puppique recurvæ
  Insilit, et pictos verberat unda Deos.
Pinea texta sonant; pulsi stridore rudentes:
  Aggemit et nostris ipsa carina malis.
Navita, confessus gelido pallore timorem,
  Jam sequitur victam, non regit arte, ratem.
Utque parum validus non proficientia rector
  Cervicis rigidæ fræna remittit equo:
Sic, non quo voluit, sed quo rapit impetus undæ,
  Aurigam video vela dedisse rati.
Quod nisi mutatas emiserit Æolus auras;
  In loca jam nobis non adeunda ferar.
Nam procul Illyriis læva de parte relictis,
  Interdicta mihi cernitur Italia.

fundis gurgitibus agitata est! Atque fluctus non minor monte invehitur in proram atque puppim recurvam, et percutit Deos pictos. Texta pinea gemunt; funes stridunt: atque ipsa navis queritur de nostris ærumnis. Nauta prodens pavorem frigido pallore, nunc sequitur navim superatam; non regit arte. Et sicuti eques infirmus laxat habenas inutiles equo colli difficilis: ita cerno nauclerum permisisse lintea navi, non quo cupivit, sed quo vis fluctuum cogit. Quod nisi Æolus emiserit ventos mutatos, vehar in loca jam nobis non tangenda. Nam Illyricis procul desertis a parte sinistra, Italia prohibita conspicitur a me. Ventus, precor, omittat

---

alii *aren. fretis.*—9 Leid. *Pin. transtra son.* Mox pro *stridore,* Heins. putat *stridere* scribendum.—11 Alii *conf. gelidum pall.*—12 *Victam* ex corr. Heins. qui etiam conj. *votis;* vulg. *victus:* tres libri *ventos;* duo *fluctus.*—13 Multi vett. *profic. victor:* Burm. vero putat *rector* retinendum esse.—14 R. et alius *Cerv. rigido fr.*—15 Mor. *quia* pro *quo.* Tum Voss. et duo alii *trahit imp.*—17 Be. et unus Heins. *Sed nis.* Duo etiam *mut. immiserit Æ.* Et Voss. *Æ. alas.*—19 Tanaquil. Faber scribit *Illyriis,* quod Burm. rectum cen-

NOTÆ

rum impetu.

8 *Deos*] Quorum statuæ in puppi, ubi velut quoddam sacrarium erat: atque ab illis ceu insigni naves appellabantur.

10 *Aggemit*] Invita fortuna atque urgentibus malis ingeniosus est tamen Naso. Solent autem naves tempestate actæ gravi, aut vi majore pressa ligna, sonum quendam reddere ex quo ea vim pati facile cognoscitur.

12 *Non regit*] Quanquam et ars in eo est, ventis et æstui navim permittere, quam adversus illorum impetum nequeas flectere. Ille naufragium suum acceleraret, qui usque obniti studeret.

17 *Æolus*] Rex ventorum.

18 *Loca*] Italiam, scilicet, ex qua exilio ab Augusto pulsus.

19 *Illyriis*] Illyris seu Illyria dicitur ea regio quæ Italiæ objecta a parte Septemtrionali, Adriatico interfuso mari. Illa vero Poëtæ in Pontum aut Scythiam tendenti a læva fuit: quam deserere, repetita inter-

Desinat in vetitas, quæso, contendere terras,
Et mecum magno pareat aura Deo.
Dum loquor, et cupio pariter timeoque revelli,
Increpuit quantis viribus unda latus!
Parcite, cœrulei, vos parcite, numina ponti;
Infestumque mihi sit satis esse Jovem.
Vos animam sævæ fessam subducite morti:
Si modo, qui periit, non periisse potest.

petere terras interdictas, et mecum obsequatur magno Deo. Dum verba facio, et pariter opto et metuo revehi, quanto impetu fluctus verberavit latus! Ignoscite vos, ignoscite Dii glauci maris; sitque satis Jovem esse mihi infensum. Vos subtrahite crudeli morti animam defatigatam; si modo qui occidit, potest non occidisse.

set: vulg. *Illyricis:* Heins. malit *Illyrici...relicti.*—22 Be. *magna pereat unda maris.* In quibusdam editis *illa* pro *unda:* sed 'quæ *illa?* plurimi veterum *unda:* sed probo et sequor τὸ *aura*, quod in decem castigatioribus offendi.' *Heins.*—23 *Revelli* Heins. profert ex Barb. et uno Pat. alii *repelli.*—25 Pr. Pol. pr. V. et unus Bonon. cum Ro. *vos parcite num.;* in vulgatis erat *vos saltem num.*

NOTÆ

dicta Italia, coorta vis ventorum cogebat.

22 *Deo*] Deus vero fuisset, stupentibus omnibus, siquidem in ventos atque fluctus imperium habuisset Augustus.

23 *Cupio*] Cupiebat vero Romam verti; sed metuebat propter Augusti iram. Nusquam non acute Ovidius: atque ex isto verborum conflictu, quam dolendæ sint vices nostræ, qui usque et usque rerum jactamur repugnantia, licet intelligere, donec ad salutis portum anchoram nostram fixerimus.

26 *Jovem*] Augustum.

28 *Periit*] Augusti ira, et ad Sarmatas exilio.

ELEGIA V.

ARGUMENTUM.

Amici fidem laudat Poëta, quod etiam in adversis eum nunquam deseruerit: quam rem raros admodum ex tam multis fatetur sibi præstitisse. Simul eum hortatur, ut in pristino amore persistat, nec Augustum timeat.

O MIHI post ullos nunquam memorande sodales,
O cui præcipue sors mea visa sua est;

O nunquam mihi recensende post ullos socios, o cui sors mea visa est præsertim

1 Edd. quædam *post nullos unquam mem.*—2 Gryph. et Vincent. Edd. *Et*

NOTÆ

1 *Post ullos*] Siquidem primus sit fide in adversis probata.

2 *Sua*] Ea est Christi et lex et conditio, et spes, unde cetera fluant; ut omnes quotquot in ejus corpore vera fide vivunt unum sint cor atque una anima, qui eadem sentiant, bona malaque juxta communia habeant. Promulgatum est insuper decretum quod omnes improbos in rem malam deturbet, novissima die repetendum, ' Discedite, execrandi: quia enim neque esurienti cibum, neque sitienti potum præbuistis,' &c. namque satis superque docti sunt Christiani. Ex re ipsa illos spectes. Postquam paucos Jesu servatoris discipulos exemeris, ceteros vaferrimos invenias nebulones, plerosque, Pharisæos præsertim, atque in istis omnium pessimos qui de Veritate, quam certe obtinent et profitentur, usque et usque gloriantur: quasi viam munitissimam, accensamque maxime habere facem, satis fuerit ut quoquam deveniatur. Græculorum nullum quos corripuit Polyphemus tanta rabie afflixit, nullius tam aspere quassavit ossa, quanto cum invidiæ furore frater fratrem vivum deglubit, aut illius vulneribus vescitur. Quamquam vero ita expertus sum, neque rabiosi calumniatores tanquam Socinianum et patriæ imminentem pestem exagitaverunt, ut feris laniandum objicerent, scilicet; non ideo tamen istud conqueror ulciscendi causa, sed magis hortandi ut in Charitatis viam, si potis est, redeant: namque hoc primum in resipiscente ' iniquitatem suam agnoscere.' Ceterum, data occasione, ne cuiquam fuerim offendiculo, atque uti porro, sicut institui, promovendo in adolescentibus Jesu Christi regno operam meam ponere nihil prohibeat, ita bene faveas oro, Lector, atque hanc gratiam quovis pretio rependendam indulgeas, ut, contra quam livor, et ex eo odium suasit, testificari liceat me per summam Dei misericordiam ita a pueritia imbutum, atque robustiore ætate, maturoque judicio, confirma-

Attonitum qui me, (memini,) carissime, primus
  Ausus es alloquio sustinuisse tuo;
Qui mihi consilium vivendi mite dedisti,
  Cum foret in misero pectore mortis amor;
Scis bene, cui dicam, positis pro nomine signis;
  Officium nec te fallit, amice, tuum.
Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis;
  Perpetuusque animæ debitor hujus ero.
Spiritus et vacuas prius hic tenuandus in auras
  Ibit, et in tepido deseret ossa rogo;

sua; qui primus non es veritus, (recordor,) dilectissime, solari me attonitum tuo alloquio; qui mihi dedisti lene consilium vivendi, cum desiderium mortis esset in corde infelici; nosti quem alloquar, indiciis positis pro nomine; neque beneficium tuum te latet, amice. Hæc erunt semper infixa intimis medullis; at ero æternus debitor hujus vitæ: atque hæc anima ante feretur discerpenda in tenuem aërem, et

cui. Deinde unus V. *fors* pro *sors.*—5 Unus Med. *mit. fuisti:* eleganter, judice Heins.—7 Be. *poteris* pro *positis.*—8 Be. *Offic. mox te.* Deinde multi Codd. *amic. meum:* et Burm. conj. *pium.*—9 V. *im. confixa med.* Pol. pr. *confixa.*—10 *Animæ* ex melioribus: ceteri *animi.*—11 *Spir. hic vac. pr. extenuatus in aur.* Be. et alii multi, nisi quod *extenuandus* Gryph. et aliorum Edd.—

NOTÆ

tum, ut ab ejus Veritate quam publice profiteor nulla ex parte sim alienus.

4 *Alloquio*] Verba quid possint illorum est æstimare qui Verbi interni æternique Filii Dei vim incredibilem sincero amore experti sunt. Pecora, cujusmodi passim reperias, in terris vagantia, cibumque ex solo vanitatis halitu captantia, frustra ad abditi illius Manna suavitatem perducere contendas: namque vacuis atque fameliceis tantum acceptum. Illa vero cui et luti usque adeo plena sunt, ut ad primos Veritatis bene monentis, et famem ex inopia conciliantis, tota exhorrescant. Tandem tamen dicetur singulis, 'Habuisti tua bona.' O Verba et Voces! Omnes si scirent quantum habeant virium et jucunditatis!

5 *Consilium*] Quid commodi ex divitiis suis, ex fastu, ex ignorantia sua capiant, qui in tenebris, in superbia, in creaturis vitam totam agunt, maxime velim illos dicere, cum sese illa omnia produnt atque perditos esse cum illis demonstrant. Vidi ego adolescentem, et mille alii viderunt, pridie bene valentem, festivum, neque sodalium suorum, ut videbatur, ulli inferiorem, cui sibi postridie laqueo gulam frangere pulchrum visum est: atque id opus pulchre exegit. Unde parabile fuit ad vitam remedium? Ex verbis; iisque quæ maxime a plerisque contemnuntur; paucissimi in promtu habeant.

7 *Signis*] Quia amicum suum nomine appellare verebatur Naso, ne in Augusti incurreret offensionem, facto ipso aut benevolentiæ testimonio illum designat.

10 *Animæ*] Vitæ.

11 *Illic*] Meæ, scilicet. Prius

Quam subeant animo meritorum oblivia nostro:
Et longa pietas excidat ista die.
Di tibi sint faciles; et opis nullius egentem
Fortunam præstent, dissimilemque meæ.
Si tamen hæc navis vento ferretur amico;
Ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,
Si non infernas vivus adisset aquas.
Ut foret exemplum veri Phoceus amoris,
Fecerunt Furiæ, tristis Oresta, tuæ.
Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes;
Hyrtacidæ Niso gloria nulla foret.
Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

relinquet ossa in rogo calido, quam oblivia officiorum tuorum invadant mentem nostram, et iste amor excidat longo tempore. Dii sint tibi propitii, et præbeant sortem nulla re egentem, atque disparem meæ. Si tamen hæc navis veheretur vento secundo, forte hæc fides non esset perspecta. Pirithous non expertus esset Theseum tam amicum, nisi vivus subiisset aquas Stygias. Furiæ tuæ, luctuose Oreste, fecerunt, ut Phoceus esset exemplum sinceri amoris. Nisi Euryalus decessisset in hostes Rutulos, nulla esset laus Niso Hyrtacidæ. Nimirum, ut flavum aurum probatur in ignibus, sic fides est spectanda tempore adverso. Dum utile est, et for-

---

12 Unus Cod. *in tepidos...rogos.*—14 Unus Heins. *Et longa piet.*—17 Tres scripti *vent. frueretur amic.*—21 Alii scribunt *Phoceus.*—22 Plurimi *Oreste.*—23 Francius malebat *R. iniisset in host.*—24 *Niso* ex tribus libris: alii *Nisi.*—26 Be. et unus Heins. *est conspicienda fid.* et ita laudare Vincent. Bellovac.

NOTÆ

moriar.

17 *Navis*] Per navim, vitam atque fortunas Poëtæ intellige. Allegoria est.

19 *Thesea*] Hic Ægei filius cum Pirithoo Ixionis filio, Proserpinæ illi in uxorem rapiendæ causa, ad Inferos descendit: cujus amicitia in Proverbium abiit.

21 *Phoceus*] Pylades est, Strophii Phocensis filius, indissolubili amicitiæ vinculo cum Oreste conjunctus; qui furiis, ob Clytæmnestræ matris necem, agitatum amicum ita nusquam deseruit, ut pro eo mori apud Colchos non dubitaverit. Quamquam Iphigeniæ auxilio uterque liberati sunt.

24 *Niso*] Trojanus quidam fuit, Hyrtaci filius, Virgilianocarmine notissimus, qui arctissimo quoque fuit amicitiæ vinculo cum Euryalo conjunctus. Hi duo vero Rutulorum castra ingressi sunt, magnaque hostium strage edita, cum die adventante sese reciperent, in illorum inciderunt equitatum, a quo circumventus Euryalus. Ille cum amicum non posset eripere, certissimæ sese mahuit morti objicere, totumque facinus in se derivare, quam captum deserere.

Dum juvat, et vultu ridet Fortuna sereno;
  Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit; fugiunt: nec noscitur ulli,
  Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Atque hæc exemplis quondam collecta priorum,
  Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.
Vix duo tresve mihi de tot superestis amici.
  Cetera Fortunæ, non mea, turba fuit.
Quo magis, o pauci, rebus succurrite lapsis,
  Et date naufragio littora tuta meo:
Neve metu falso nimium trepidate, timentes,
  Hac offendatur ne pietate Deus.
Sæpe fidem adversis etiam laudavit in armis;
  Inque suis amat hanc Cæsar, in hoste probat.
Causa mea est melior, qui non contraria fovi
  Arma; sed hanc merui simplicitate fugam.

tuna ridet vultu læto, omnia sequuntur divitias intactas. At statim atque intonuit, dilabuntur; neque cognoscitur ab ullo qui modo erat stipatus turba comitum. Atque hæc olim collecta exemplis veterum sunt nunc mihi perspecta certa meis æruminis. Vix de tot amicis duo aut tres reliqui estis: ceterum agmen fuit fortunæ, non meum. Quo magis, o pauci, subvenite rebus afflictis, et præbete littora tuta meo naufragio: neve nimium pavidi tremite vano timore, ne Deus lædatur hac pietate. Sæpe approbavit fidem etiam in armis adversis: et Cæsar hanc diligit in suis, laudat in hoste. Causa mea est potior, qui non secutus sum arma adversa; sed merui hoc

Specul. Hist. VI. 119. notavit Heins.—27 Pro *juvat* opt. V. *juvet*: Heins. putat *favet*. Deinde Be. *F. secundo*.—28 Be. et P. *cunct. sequentur op.*—29 Mor. *fugitur* pro *fugiunt*. Tum Be. *nec nosc. ullus*.—31 Be. a man. pr. *exempl. nobis inducta*, pr. superscriptum vero *collecta*: duo libri *collata*.—32 Fragm. Rev. *Næ mih.*—35 Meliores, teste Heins. *lapsis*; vulg. *læsis*: alii *lassis*; et unus Bonon. *fessis*.—37 Jun. *nim. properate, tim.*—41 *Qui* Burm. dedit ex opt. scriptis; et sic quidem Aldin. Gryph. et aliæ Edd. ceteri *quia*.

NOTÆ

26 *Duro*] Namque ille non nobis, sed sibi favet, qui, secundis nostris rebus, iisdem nobiscum fruitur.

28 *Sequuntur*] Omnia ex votis illis cedunt, quibus opes integræ, et nullo casu imminutæ.

29 *Intonuit*] Id est, Cum primum aliquod malum impendet.

37 *Falso*] Qui veram causam non habeat.

38 *Deus*] Augustus.

42 *Simplicitate*] Utcumque sese excuset Naso, magis persuadet, tamen mitius, ex innocentia quam ex eo natam confidentiam, quod ipsum Cæsarem aliam exilii causam, quam quæ vera erat, fingere advertisset. Ceterum eo est ingenio Poëta, totque boni animi cernuntur ubique in ipso indicia, ut tametsi reus maxime fuerit,

Invigiles igitur nostris pro casibus oro;
  Diminui si qua numinis ira potest.
Scire meos si quis casus desideret omnes;
  Plus, quam quod fieri res sinit, ille petat.
Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent:
  Parvaque quot siccus corpora pulvis habet.
Multaque credibili tulimus majora: ratamque,
  Quamvis acciderint, non habitura fidem.
Pars etiam mecum quædam moriatur oportet;
  Meque velim possit dissimulante tegi.
Si vox infragilis, pectus mihi firmius ære,
  Pluraque cum linguis pluribus ora forent;
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis:
  Materia vires exsuperante meas.

exilium simplicitate. Precor itaque, ut prospicias nostro infortunio, si ira Dei potest frangi aliquo modo. Si quis cupiat cognoscere omnia mea infortunia, ille quærat plus quam quod res patitur fieri. Tot mala tuli, quot stellæ fulgent in cælo, aut quot pulvis aridus habet exigua corpora. Atque passi sumus plurima graviora quam credere est; neque inventura fidem certam, utcumque evenerint. Necesse est etiam aliquam partem mecum perire: atque optem posse celari, me dissimulante. Si vox mihi esset firmior ære in pectore fragili, et ora plura cum linguis pluribus; non ideo tamen comprehenderem omnia verbis, argumento exhauriente meas vires.

Mox pro *fovi* R. Be. et octo alii *movi*.—44 *Deminui* edidit D. Heins. et ita Grævium in Suet. Aug. 41. exhibuisse notavi, et sæpe in Livio Gronovium, et alios. *Cæsaris ira* etiam Bernens. *Burm.*—45 *Desideret* tres meliores [pro vulg. *desiderat*]; et *petat* pro *petit* proximo versu. *Heins.*—47 *Sid. fulgent* Be. et tres alii.—53 Homeri locus [Iliad B. 489.] stabilit vulgatam lectionem, *Si v. i. p. m. f. ære: non fragilis* habet Francof. et quinque alii; ut sæpe pro compositis ex *in*, *non* posuerunt librarii: sed *infragilis* recte; ita Plinius lib. xx. 1. 'Adamantem infragilem omni vi et invictum' dicit. *Burm.* In Jun. pr. V. et quinque aliis *in fragili mihi pectore firmior:* multi editi etiam *esset* pro *ære*.—55 Voss. *dictis* pro *verbis*.—56 Lov. et tres alii *exsuperante suas*.—

NOTÆ

vix quisquam ita sævus reperiatur qui crimen intra gloriam ejus non ponat.

43 *Pro casibus*] Si forte in gratiam redire posset.

51 *Pars quædam*] Postquam hujus loci sensum diutius exquisivi, nullus dubito tandem quin ærumnarum suarum in parte ponat, quod obstinate dissimulat Naso, crimen ipsum cujus causa relegatus: ut admisisse illud, aut quod ejus fuerit conscius, in malorum seu ærumnarum suarum bonam partem traxerit. Atque id ad virtutem proxime.

Moriatur] Intercidat; ut nulla sit ejus memoria.

Pro duce Neritio docti mala nostra Poëtæ
  Scribite: Neritio nam mala plura tuli.
Ille brevi spatio multis erravit in annis
  Inter Dulichias Iliacasque domos.
Nos, freta sideribus notis distantia mensos,
  Sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus.
Ille habuit fidamque manum, sociosque fideles:
  Me profugum comites deseruere mei.
Ille suam lætus patriam victorque petebat:
  A patria fugio victus et exul ego.
Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve, Sameve:
  (Pœna quibus non est grandis abesse locis:)
Sed quæ de septem totum circumspicit orbem
  Montibus, imperii Roma Deumque locus.

Poëtæ eruditi, scribite nostras ærumnas pro duce Neritio; nam passus sum plura mala duce Neritio. Ille erravit per multos annos in exiguo spatio inter regiones Dulichias et Trojanas. Fortuna nos vexit in oras Geticas et Sarmaticas, qui exavimus maria dissita per sidera cognita. Ille habuit et certos milites, et comites fidos: mei sodales destituerunt me exulem. Ille lætus et victor tendebat in suam patriam: ego victus et profugus auferor a patria. Neque Dulichium, vel Ithaca, aut Same sunt mihi sedes, a quibus locis procul esse non est magnum supplicium; sed Roma locus imperii et Deorum, quæ circumlustrat universum mundum ex sep-

57 Multi scripti habent *Naritio*.—59 Variant codices: quidam, *undis*; alii, *arvis*; alii, *armis* habent: ego libenter scriberem, *Ille brevi in spatio multis erraverit annis*: sed sequentia vetant. *Burm. Sec.*—61 Comb. et unus Bonon. exhibent *notis*; alii *tetis*.—62 Unus V. *Fors tul.* Jun. et quatuordecim alii *Detulit in G. Cæsaris ira sinus*: Leid. et duo alii *Distulit*; Heins. conj. *Depulit*: pr. Pol. et pr. V. *Detulit in G. Sarmatis ora sinus*.—63 Tres libri *fidosq. sodales*: Heins. conj. *certosque*, et Burm. Sec. *firmosque*.—66 Plurimi *patr. fugi*. Lov. etiam

NOTÆ

57 *Duce Neritio*] Ulysses est, cui a Nerito Ithacæ insulæ monte, hoc datum nomen.

60 *Dulichias*] Dulichii insulæ non procul ab Ithaca in mari Ionio, cui etiam Ulysses imperavit.

Iliacas] Per decem annos priusquam Troja seu Ilio domum ad Penelopen suam redux esset Ulysses erravit.

62 *Geticos*] Getæ ad Pontum magis quam Daci in Orientem vergebant, gens dura, sæva, ferox, qua nulla truculentior in toto orbe, ut alicubi testatur Naso. Adeoque pejor illius quam Ulyssis sors fuit, hic siquidem ad uxorem atque in regnum reverteretur.

63 *Manum*] Copias, scilicet, aut milites quos secum vehebat.

65 *Victor*] Excisa Troja.

67 *Same*] De hac insula, quæ et Cephalenia, Ulyssis etiam imperio subdita, jam sæpe dictum.